

Alexander Achilinus
de Chyromantia et Physiognomia

Bartholomei Coclitis Chy romantie ac physiono mie Anastasis: cuz approbatiōe ma gistri Alexā dri đ Achil linis.



HORATIVS BICHARDVS FANENSIS INCLYTO SPLENDIDOQVE ALEXANDRO BENTIVOLO FELICITATEM.

MAgno equidem preconio laudis Alexander Inclyte: Is extolli meretur: cui non gloriæ ſolum uel immortalitati conſulere: Verum etiam nepotibus poſteriſq; magnam eſt in animo utilitatem parare. Nam quid melius / quid precioſius / q̄ a funere monumentum de ſe aliquod ſcriptum reliquiſſe: quo nos uixiſſe teſtemur / ne cuncta de nobis cum uita ineffugibilis mors depredetur. uelut iis ſæpiſſime contigit. qui uitiorum inuolucro adeo irretiti ſunt: ut preter uentrem quem numinis uice colunt: nihil conſiderent: Verum ad hoc procreatos eſſe eos arbitror / ut illud Venuſini poete Carmen concinere poſſint. Nos numerus ſumus et fruges conſumere nati. et illud / Nobis uncta ſatis eſt uixiſſe patella. Hæc monſtra aufugere concupiſcens noſter Cocles ſeq; a cetu huiuſmodi ſubtrahere / mente animoq; reuoluens illud grece dictum ἄνθρωποσ ἀγράμματοσ ξύλον ἄκαρπόν ἔσεσται Hæc eſt homo illiteratus lignum infructuoſum eſſe: decreuit penitus culturæ ſe litterarum tradere ſine quibus cultus (ut ab excelſo præceptore meo Philippo Beroaldo identidem dici ſolet) omnis eſt incultus et uita uix uitalis. Igitur cum ſibi adoleſcenti pater ſuperuiueret domi res anguſtas poſſidens quod in acquirendis uirtutibus (maximum eſt obſtaculum) ſe litteris tradere nequiuit: Tum cum adoleſceret: Reſq; hodie minor eſſet here q̄ fuit: operam dedit ſe ab iniuria cachitychiæ uendicare: eiuſq; præclaro conatu / ſeuitiā anteire: ſolam uirtutem et uiuenti et mortuo ſtabilem et firmam eſſe poſſeſſionem ducens. Tum demum in candidatorū uirtutis numero ſe ſubſcripſit (quod ut mirum ſic laudabile eſt) Homo pauper neceſſariis omnibus litterarum neruis penitus indigens: minime territus eſt arduam uirtutis uiam capeſcere. cuius licet anguſtus Trames: cliuoſus: ſenticoſus: crepidinoſus hinc inde precipitia offerat: tamen ad apicem eius amoeniſſimum uigiliis lucubrationibus laboreq; indeffeſſo peruenit. Mente igitur animoq; diu ſecum ipſe reuoluens

Philippus Beroaldus.

quo scientie campo facilius militaret/minime inscius naturam illã rerum omnium parentem aliud aliis aptum rebus largitam esse. In terambigendum: illi in decimaquarta scorpii existens horoscopus: aurem uellit: incentiuoq; quodam illius animum ad illa non uulgaria: nec triuialiter protrita Physionomiæ: Chyromantiæque studia incitauit: quas artis amplius dubitare non debemus scientiæ physicalis partes esse/uel probatione illius physici primi nominis Achillini Alexandri. Quibus scientiis ita pertinaciter operam dedit/ut modo perfectissimas habeat. ex quo aperiri/reuelariq; intima celorum secreta posse affirmare iure uereq; contenderim: in quouisq; homine siue bona siue mala inspectis: uultus manusque lineamentis/antequam infundantur cognosci. Ecquis transacta fidelius: præsentia melius: Futura uerius/referat: cognoscat: prædicet/meo Coclite certe nullus? cuius rei innumerabilia de se palam et fecit et facit experimenta: iudicio suo tantillum nunquam delyrans. Egoq; isto obtutu gemino/identidem uidi homines a se iudicatos: quos uariis ĩfortuniorum generibus destinatos arbitrabatur: nunquam iudicium euasisse: qua ex causa multi hunc hominem sunt iurgiis et odio prosequuti: qui sunt profecto tanquã ὄνοι λύρας idest asini ad lyram: nam existimant accidentia mala ab ipso prædicta. ex eo non ex celestibus influxibus prouenire: ignorantes summum illum architectonem/signa in manibus hominum apposuisse ut omnem denotarent effectum: sicut uerissime patientissimus Iob testatur. Ad huius artis culmen illum perduxerunt: et αὐτοδίδακτον idest se ipsum magistrum habentem fecerunt Iuppiter in angulo septimæ in Tauro: Mercurius in quarta in Piscibus cum capite Draconis coniunctus. Ergo nullo præeunte doctore sed istorum syderũ dispositione: Ingenio uel industria Chyromanticus/et Methoposcopus adeo excellens euasit: Vt in perscrutandis hominum lineamentis totiusq; habitus filo acie sit Draconis acutior: qui etiã Geomanticus infallibilis. nec non Oniropolos hoc ẽ somniator idest somniorũ interpres ueridicus/effectus ẽ: de qbus iã sub nomine diui Galeatii Sfortiæ Pisaurensis principis fratris edere decreuit opus. Is igitur Ebibita plurima lucernarum fuligine: Varios physionomiæ chyromantiæq; auctores discussit/minime inscius duplici nos uia ad cognitionem incogni/

Alex. Achillinus

Iob

Oniropolos

Gal. Sfor. Pisaurensis

torum peruenire et a doctoribus adiſcendo noſtroq; ingenio et in duſtria inueſtigando: Ob hoc ſatius longeq; melius eſſe duxit non prius in eorum ſententiam pedibus ire: q̄ oculo tanquam certiori arbitro / ueritatem contueretur eorum quæ aſſidua lectione iam lectitauerat. Laudabili cupidini ſuæ ſatisfacere contendens ſolum patrium reliquit : haud nummis malorum omnium irritamentis : ſed tutiſſimo uirtutis præclaræ uiatico inſtructus Corneli forum deuenit: ubi cum nobiles principes uidiſſet inſpectis uultus manuſ/que lineamentis illis ipſis dominii ſui ammiſſionem prædixit. Hinc ille ſoluens Fauentiam ſe contulit: qua in urbe cum forte cogita/bundus : ut ſuum eſt: Vicatim ſpatiaretur dominum de Manfre/dis Hieronymum principis patruelem offendit : habitis hincinde ſalutationibus ad Aſtorgium ſtatim adoleſcentulum Principem ſine pauſa deductus eſt : cuius cateruam aſtantium Conſiliario/rum . κατ᾽ ἄνδρα / per corporis habitudinem uultuſq; filum conſi derare cœpit. Nam ita intimos mentis affectus proditor uultus enũ ciat / ut in ſpeculo frontis ymago extat / ita in uultu animorum teſti monio paccati in panegyrico ad Theodoſium: His uiſis adoleſcen tulo coram intulit : Tibi miſereor . Quoniam ſortem mobilis ac uariantis fortunæ peſſimam ſupra tuum uolitare caput conſpicio: et hoc addens inter multas ſentes nitida et floridula roſa educaris Verbaque ſucceſſu nec caruere ſuo: fuit enim in hoſtis manu tra/ditus a quo paulopoſt miſeranter indigneque uitæ officio priua/tus . Qua de re non modo a predicto domino Hieronymo mihi amiciſſimo certioratus fui: Sed etiam a fratre meo Marcoantonio: qui in illa Fauentina obſidione (quod uix credibile eſt) annum ætatis ſuæ undeuigeſimum agens ita uiriliter ſe geſſit : ut illi Fa/uentia ciueſque omnis plurimum debere palam confiteantur : At quoniam in fratris mentionem incidi: poſtulante fraterna pie tate libuit ſilentio non præterire nefandum ſcelus quorumdam ci/uium noſtrorum / q dum reſpicerent tantam in iuuene animi uirtu/tem: iam iamq; eius famam per omne ferme latium uagari : Te/terrimo inuidiæ ſtimulo agitati : qua nullum pernicioſius crimen humanis eſſe mentibus inſitum a Baſilio traditur. eum de medio tollendum cogitare cœperunt: Itaque cum excellentiſſimus Gui/

Hierony. đ Mãfredis

Aſtorgius đ Fauentia.

Paccatus

Marcus Antonius đ fano.

Baſilius

do feltrius/Mortuo Alexandro ſexto / ſuum recuperaſſet domi/
nium Marcum Antonium: qui forte per id tempus in cuſtodia pe
ruſina quingentis militibus præerat litteris euocauit: ut ſuo nomi/
ne Cardinaliumque collegii patriam in priſtinam Sanctę Roma.
Eccleſiæ Tutellam (quod æquum fuit) reduceret: in libertatemq;
aſſereret/pro qua repetenda nec mors quidem fugienda eſt: cui nõ
iniuſtæ petitioni morem gerere concupiſcens. in territorium Fani
propediem deuenit: Ibique pernoctans: benigne ab his ſuſceptus
eſt de quibus non ſolum ipſe: ſed tota noſtra domus ſemper bene
meruerat. Cumque igitur frater meus decreuiſſet nequid detrimẽ
Nota facius ĩmane — ti reſpu. caperet: quid ſibi eſſet in animo ciuibus ſuis enunciat:
quos inter ingrati quidam et liuidi uafritia / præmioque cum illis
ruſticis / quibus nullum tam atrox facinus quod ipſi minimo etiam
lucello corrupti non audeant / de iuuene interficiendo egerunt ſu/
dorum: laborum: uigiliarumque bene memores ¿quas anno præte/
rito ipſe tutando: defendendo: ſubleuando illos labantes: et in ho
Petrus Frã/ciſcus de Bichardis. — ſtilem predam tendentes ſubſtuliſſet. Itaque mane et plane mane:
ab his quibus confidebat uti agnus: a lupis inermis / una cum pa/
truele noſtro Pierfranciſco nefandiſſime trucidatus eſt: quo faci/
nore: dii boni: quid inhumanius: quid turpius: ab optimis Ciui/
bus perpetrari potuiſſet: q̃ eum interficere qui patriæ tutor: illu
ſtratorq; fuerat: Vobis enim ruſtici Cacoceti incolæ qui animus:
quæ inconſtantia: quæ ingratitudo: quæ inhumanitas / ueſtra fu
Exẽpla ĩgratitudinis. — it ſic eum prodere qui uobis tantopere fidebat: Et ſi ingrati Ciues
aduerſus tam bene meritum iuuenem extitere / armis et animi mo
deratione clariſſimum: nihilominus antiquorum exemplis me ſo/
lor: quando nulla unquam claritas inuidia uacauit: non ne ingra
Romulus. — ti ciues aduerſus primum urbis conditorem extitere: non ne erga
Gamillus. — Camillum qui ob egregia facta ſecundus urbis/et ipſe conditor dic
P. Africãus — tus eſt: Nimirum ciuium ingratitudo ſuperiori Africano cauſam
ſuperior — præbuit teſtamento legare/ſcribendum ſepulchro: ingrata patria
[Ingratitudo] — ne oſſa quidem mea habebis: Cuius frater hanc ipſam cauere nõ
ualuit / quamuis Antiochi uictor: Aſiæ domitor: Imperiique Illu/
ſtrator extitiſſet: Nec quidem filio profuit Carthago intra ſex mẽ
Pub. Scipio Naſica — ſes domita: deletaq; numantia quin domi raptorem ſpiritus inue/

niret. Punitorem uero mortis in foro neminem. Nec deorum ma
ter hoſpitatorem ſuum Naſicam optimum a Senatu uirum iudica/ Lygurgus
tum defendere ualuit: Nam et ipſe inuidia et obtrectatione expul
ſus in Aſia diem ultimum obiit. Neque lygurgo ut iam exter/
norum ingratitudines tangam uitæ ſumma ſinceritas / neque con
ſtantiſſimus erga patriam amor neque leges ſalubriter excogita/
tæ: auxilio eſſe potuere: quominus infeſtos Ciues experiretur.
Athenienſes ferino more uagantes ad polyticam / moralemque ui
tam inſtruxit monſtrorum domitor Theſeus: qui tamen ſuo Theſeus
rum ingratitudine Ciuium coactus eſt in ſcyro ultimum ſupplici/ Mōſtrorū
um experiri. quid enim de Mylciade loquar. qui decemplicem domitor.
hoſtium numerum profligauit: attamen in uincula publica conie Milcyades.
ctus indigne occubuit. Nihil enim de Neoclis filio dicam qui et Themiſto/
ipſe inuidia ad Artaxerem inimici filium confugere coactus eſt: cles
eiuſque petere amiciciam: Si igitur inter Romanos Athenien/
ſeſque Ciues: qui conſtantiæ: moderationis: Grauitatis ſibi lau
dem eximiam uendicabant: Inuenti ſunt aliqui tam ingrati ad/
uerſus tam benemeritos: Hoc forſitan in diluēdo crimine in me
dium afferre poſſent: maluimus innoxios plecti q̄ diutius eſſe in
timore: Ego quidem nihil inuenio quo poſſim ab iniuſta infa/
miæ nota tutari ac deffendere Ciues noſtros: bonorum cauſa/ do
leo: quos infinitos Fanum fortunæ gratiſſimum / noſtra patria Fanum for/
ſuo gremio fouet ac nutrit. ad hoc facinoroſum facinus et inui/ tunæ
dia et obtrectatio illos impulere: nec mirum ut enim cantarides
(qd Plutarchus ait) Lætioribus frumentis et uiridioribus roſis ma/ Plutarchus
xime innaſcuntur: Ita Inuidia eos precipue tangit qui boni Inuidia.
ſunt: quique ad uirtutem gloriamque graſſari uidentur: Has
enim ecbaſes formoſe mi Alexander facere libuit ut iniuſtum
fratris mei Marci Antonii obitum: tibi tuæque ſplendidæ do/
mui dedititiſſimi cognoſceres. Cuius Epythaphium ab optimo ac
imprimis humaniſſimo meique amantiſſimo Daniele Medice Daniel Sa/
Saxolenſi conditum / non ab re interferendū duxi: quod Rogo xolenſis.
non prætereas.
Biſdecimū Marcus peragens antonius annū

Raptus obit: cineres hæc habet urna suos.
Magnanimus uirtute fuit: pietate colendus
Cuius adhuc patriæ flagrat amore rogus
Expulit hic patriis grassantem mœnibus hostem
Sepius: et populo libera pila tulit.
Prho scelus / ii ciues: quorum quatit ilia liuor
Immeritam iuueni contribuere necē.
Qui licet ob patriam telis sit mille petitus /
Non cecidit: quoniam fama perennis erit.

Sed unde abii ad Coclitem regredior: qui Fauentia soluens Cese/
nam petiit: cuius habenas tunc Moderanti Biotanaton futurum
enunciauit ꝙ paulo post illi Romæ contigit: Nec inficias uadit
Pandulfus Ariminensis a Coclite ipso longe antea predictum fuis/
se quod illi dein euenit. Inde Pisaurum dum recta petit / uiden/
di domini maximo ductus desiderio: forte illum cum inclyto fra/
tre suo Galeatio Gratariæ offendit: quod oppidum ab urbe est ad
septimum lapidem: Hoc tam iucundum tamque gratum mihi fo/
re uidetur ut illud a gratiis conditum: nomenque sumpsisse exi/
stimem: Munitum est Arcula quadam undecunque faberrime ex/
tructa: cuius pars altera surgentem: altera occiduum solem spectat
quo illi Optimi ac imprimis studiosissimi principes recreandi ani/
mi gratia uentitare consueuerunt: Temperie cæli: Situs dispositio
ne. Amœnitate uillæ allecti: quas uoluptates nisi cum librorum
magna copia non capiunt: hic Cocles noster benigne comiterqꝫ
ab his susceptus est: quibus aliqua post infortunia felicitatem præ/
dixit: quod dii deæque faxint. Mox impetrata abeundi copia
Excellentissimum Ducem Guidonem Vbaldum accessit: uirum
Si quisquam est / integerrimum: cui gratus admodum: Suauisque
fuit: Namque domus eius Illustris Illustribus semper patet hospi
tibus. Ipse profecto non solum dominio. sed illa qua præditus
est eloquentia censetur: Plurimum litteratos diligit ac fouet:
quod genus multos in aula sua detinet quorum confabulatione
recreatur. Huic itidem nunciauit / Per aliquam temporis interca/
pedinem fortunæ cedendum esse: Asserens quicquid toruo uul/
tu rapuerit eādē benigno ac Illari reditur ā. qđ idē nō secus accidit.

Io. SFor. de Pisauro Galeatius SF. Gratariæ opidum

Guido ubaldus Vrbini Dux.

Hinc ad Iulium uarenum Camerinensem dominum uiam cœpit cuius cum physionomiam / natorumq; Chyromantiam uidisset: de fati sui iniquitate illum admonuit: quod nec aufugere potuit: Id dei opus esse non hominis arbitror. Multosque alios dominos egregiosq; Dinastas: qui tunc temporis florebant: securiq; degebāt: neq; qdquā tale sibi euēturū arbitrabant adiuit. omnibusq; siue αγαθὴντύχην: siue κακὴντύχην: haud perperam uaticinatus est: Sed iam tempus est ut Coclitem cum epistola domum reducam: Qui postquam multorum prouidus urbes et mores hominum inspexit: non sine magno uitæ periculo: ad tuguriolum suum repedauit: quo tempore res noue ui geri incipiebant. Domique quietus ne ocio sine negocio frueretur: quicquid illa migratione accuratissime expertus est: in Physionomiæ Chyromantiæque opus compilare decreuit: quo effectum est ut disciplinæ istæ quæ antea raris uel nullis utpote submersæ cognoscebantur dilatato pomerio in lucem redierint. Verum ut hoc gratiosius uenerabiliusque appareat: tuum felix ac faustum nomen anteposuit: Tibique uelut tutelari numini primitias frugum dedicauit.

Dedit enim ut Plinius ait q̄ maximum potuit: daturus amplius si potuisset: Tametsi quid homini dari potest maius q̄ gloria laus et æternitas. Qp si aliquando animum grauioribus curis relaxare uolueris: flores in huiusmodi prato legere tibi non erit inutile. Quid enim Principi potest esse conducibilius: q̄ ex uultus totiusque corporis filo / mores ac naturas / cum seruorum: tum amicorum cognoscere: hominemque totum interiorem extra perspicere. Debet enim princeps in eligendis seruitiis / Amicisque facere quod Apes: quæ / ut a Basilio traditur / nec omnes pariter adeunt flores: nec si quos adeunt totos absummunt: sed eo solo ablato / quod operi suo aptum sit: reliquum omne ualere sinunt. Hæ scientiæ utique erunt tanquam flosculi inter tot tuas innumerabilesque uirtutes inspersi: quarum ego maximus præco buccinatorq; / ut debeo / esse non desinam. Tuum erit splendide mi Alexander a Viperinis susurronum maledicumque morsibus Coclitem deffendere / hii nanque uti herba noxia uberrime succrescunt: qui si forte præter consuetudinem benedicere cupiunt: in consuetum crimen dilabuntur.

Pli. i epist.

Phy. Chyr. Principi utilis.

Basilius.

Cōtra susurrones.

Hos tanti faciendos esse censeo: quanti culicum barri morsus existimant. Ad hominum huiusmodi uoces: Tanquam ad syrenum cantiones obturandæ sunt aures: malorum nanq; uituperatio impendio magis est bonorum laus. At quoniam receptui canendum est: hanc illo carmine claudam recte de te ab inclyto Beroaldo decantato: quod in admirabili ac splendida Aula Mœcenatis mei Petronii Palatini Viri siquidem Magnifici: sub lepidissima imagine tua scriptum apparet. DELITIVM POPVLI: LVMENQVE: DECORQVE IVVENTAE. Viue felix Tumq; Clentulum semper: quod spero facies: dilige. Bononiæ xv. decembris. M DIII.

Beroaldus.

Aula Petronii Palatini

DIVO ALEXANDRO BENTIVOLO IOANNIS BAPTISTAE PII BONO NIENSIS PRO COCLITIS ANA STASI CARMEN.

Vsarum uigili meditata uolumina cura:
m Accipit unigenæ palladis alma manus:
Vt pulchrũ pulchro munus ferat innu(
Bẽtiuolæq; petit limia celsa domus. (ba diua:
Nouerat hãc patriis caput insinuare sub astris:
Seu quatit armigera martia tela manu.
Siue triumphali redimit pia tempora lauro:
Et pacem: dextra quam dedit: ipsa colit:
Obstupuit: clypeoq; hæres dea docta medusæ:
Nescit quem dominum muneris esse uelit.
Quattuor illustri cernit duce sidera Iano:
Par honor his frontis: par honor iis animi.
Stant tamẽ: et melius geminata luce refulgent:
Sacraq; Alexandri clarius astra micant.
Quantum inter radios effulget luna minores:
Eminet et proprio delia celsa choro.
Hæret ad huc uirgo donec sub Coclite sistit
Iudice consilium: iudiciumq; dea.
Sic melior tanti censetur muneris hæres:
Pulchrior et pulchro gaudet honore deus.
Et merito quem tota suis insignibus ornat
Pallas, palladio munere si fruitur.
Munere quo natura parens prius inuia nullo
Vel duce non certo coclitis arte patet.
Hinc tibi mille dolos animi: secretaq; mentis
Nosse oculis, uultu, pectore, fronte, licet.
Et quot adoptiua uulpes sub pelle latentes
Inuadunt tectis uiscera nostra dolis.
His pariter uirtus specioso in corpore florens
Noscetur lectis musica turba notis.
Nec manus, et uario millesima linea fato
Deerit: et illustri semita uera duce.
Tu modo docta legas consumati orsa magistri:
Auctoresq; alios somnia uana puta.

Guido posthumus Siluestris pisaurensis.

Præside Achillino uictura uolumina Cocles
Condidit: orbe italo dissimulator abi.
Nota animi fient penetralia: cesaq; ficti
Fronte uel in media crimina cordis erunt.
Notus erit tandem iusti temerator et æqui
Olim aliquis populo creditus esse numa
His poterat nosci pelopeius aduena chartis
Qui menelaei claustra reclusit equi
Temporibus nostris ista noscendus ab arte
Impius anguigeræ proditor arcis erat.
Hoc animi speculo patriæ pater inclytus urbis
Ocia bentiuolus fida senator aget.
Cede igitur uitiũ: quia munere coclitis actũ est
Vt ferat in patula crimina fronte reus.

¶ Magistri Bartholomei Coclitis Bononiensis Medicine Distillatoris Chyrurgici. Physionomiste: Chyromātici: Geomanticiqꝫ Anastasis Ex pluribus Et pene infinitis Auctoribus feliciter incipit. Ad Illustrissimum Dominum Alexandrum Bentiuolum Patronum Collendissi. Felicissimi Joannis Bentiuoli Bononie Dictatoris Filium. Et primo Prologus.

PHysionomia scientia prorsus regia est collende pricceps Alexander: qua mores hominum coniecturis extrarijs plane solent innotescere. Siquidem vultus proditor est animi: Incessus cor ipsum nudat: ⁊ voces auctore Aristotele note sunt iteriorum cogitationum: que omnia sub physionomica doctrina continētur. Lucius Sylla: Cesar Dictator duce hoc naturali iudicio mores aduersariorum sub uulpe latentes: vt canit oratius: non semel exacte deprehenderūt. Plautus quoqꝫ nitoris comici parens lenones: aut facinorosos homines vberi sermone delinians corporeis signis infamibus infames esse significare contendit. Preterea vates epigrammaticus nature se non penitus ignarum professus est: cum Zoilum hominem pessimum pessimis corporis mendis nota satyrica perstrinxit. Quin tu inter ceteros fulgentissime regule certis: ⁊ nunquaꝫ fallacibus prescitis Physionomicum vaticinium natura duce fideliter amplecteris: vitia delitescentia profers: archana morum secreta denudas: Quanto certius ⁊ examinatius id acturus: si artis nostre precepta legisse contigisset: que cum sitienter optares: nec certum amnem: qui te ad hoc mare deduceret: inuenires: Bartholomeum clientem tuum inuitasti: vt maiori voluntate q̄ꝫ facultate onus hoc laboriosum subiret: quo satis voto tuo pro captu ingenioli faceret. Accipe igitur hilari ⁊ geniali fronte labores nostros princeps Auguste. Et cum ab Clientum tuorum auditionibus in diuersorium genij tui te contuleris: hec per momenta lege: que principem hominem non minus decent: q̄ꝫ iuuant: imo adiuuant: cui iudiciuꝫ multiplex secretaqꝫ indagans uigere par est: vt qui vitandi sint vitet: qui fouēdi sint foueat. Hoc pacto te: queꝫ naturalis instinctus clarum in hac scientia reddebat: clarissimum ars efficiet: geminoqꝫ dotatus insigni artis ⁊ nature perambulabis astra sidus aureum. Verū ne te ⁊ alios titulus operis nostri absterreat: quare Anastasim opus hoc nominauerim paucis habeto. Notum est Anastasim significare resurrectionem: ⁊ quoniam hec scientia pene mortua erat: nos eam ab inferis ad superiora reuocauimus: ⁊ extincte animam ac vitaꝫ reddidimus: ideo resurrectionis nomen merito sortita est. Vale secundo sidere.

¶ Eiusdem Bartholomei Coclitis Bononiēsis Introductoriū Ad totū opus siue Anastasis. Ad eundē Diuū Alexandruꝫ Benti.

IUpiter omnipotens Reguꝫ rerū ipse deusqꝫ: Progenitor genitrixqꝫ deū: rex vnus ⁊ oīs. Pectora nostra tuo diuino numine reple. Vt sic inuocando exordiar: auxiliuꝫ progenitoris summi implorani: qui ⁊ idem genitrix omnium rerum vocari potest: tum philosophicis rationibus: tum vt testantur versiculi illi initio inuocationis positi: quorum Valerius Soranus est auctor. Quod autem vbiqꝫ deus inuocandus sit: etiā Auicenna sentire videtur: prima primi dū inqt: In primis deo gratias agam⁹ ⁊ce. Idem sensit Halyabas primo regalis dispositionis dum ait: medicum ad deum esse suspicientem. Et Joānes Mesue ꝺ appropriatis. In nomine dei misericordis cui⁹ nutu sermo recipit gratiaꝫ ⁊ doctrina perfectionem. Ideꝫ testatur Auicenna decimo sue methaphisice capitulo primo. Prosunt eniꝫ hominibus deprecationes ⁊ sacrificia. Et Aristoteles quito ethicorum. Homines auteꝫ orant ⁊ prosecuntur: oportet autem orare quideꝫ bona simpliciter: ⁊ ipsis bona esse eligere: que sibi ipsis bona. Que verba asserunt summum ⁊ omnipotentem deum sub suo iure tempora ⁊ momenta habere reseruata tanq̄ꝫ primum motorem: absqꝫ auxilio cui⁹ omnis nostra cogitatio fluxa caduca atqꝫ fragilis apparet: Vt sacrum

euangelium ꝛ omnis diuina pagina innuunt.
Ipse enim deus omnium futurorum euentuū
sincerus scrutatoꝛ existitit:neqꝫ aliquis est qui
hoc in seculo mortalium possit rerū futurarum
tradere cognitionem:neqꝫ inuenit̄. Nec certe
quisquam futura ꝓnosticari pōt inquātū firmi
ter:sed coniecturaliter. Omnium rerū sublimis
cōditoꝛ:ob eius imensissimā bonitaté multa su
is creaturis ifudit:quibus ꝑmisit mortalibus
ventura queqꝫ cognosci:ꝛ a lōge ꝯprehēdi:ꝛ vi
deri. Sicut multarū auiū expientia cernimus
ꝛ multorū aialiū:que temporum dispositiones
ꝓnosticantur. Alique ex his cantu:alique vo/
latu pronostica ferentes modo ad dexterā mō
ad sinistrā volāt. Multa alia signa se nobis of
ferunt:que breuitatis causa relinquo. Quid ꝓ
nostica Julij Cesaris morté precedentia nar
rem:nō ne regaliolus lauri ramusculum ferēs
apparuit:quem alie aues decerpserunt:que de
notauit ita a cōiuratis Julium Cesarez debe
re decerpi:quod paulo post euenit:nam in cu/
ria viginti ꝛ tribus vulneribus confossus ceci/
dit:vt Suetonius trāquillus in eius vita affir
mat. Nostram rationem Ouidius poeta cele/
berrimus in fastis corroborat sic dicens:nō tm̄
hoc falsum est:naz dijs vt proxima queqꝫ:nūc
penna veras nūc datis ore notas. Inqt phūs
i libro ꝺ signis aquaꝝ ventoꝝ ꝛ tēpestatū:lupꝰ
vlulās tēpestaté significat. Passer mane cla/
mās tēpestatis ē signū:ꝛ alia similia antequaz
appareant ab eisdem denūciant̄. Quod ꝓbat̄
exēplo Philippi Regis Macedonū. Olim
cū sederet solus Philiphus Rex in palatio
apparuit ei parua atqꝫ mitissima auis:ꝛ sedēs
in gremio eius generauit ouum:ꝛ cecidit ipsuz
ouum a dextra eius in terrā:ꝛ diuisum est. Sta
tim exiit ex eo potentissimus serpens cōgira/
tusqꝫ ouuz voluit itroire i illud ꝛ anteqꝫ caput
ibi imitteret mortuus ē. Hoc cū vidisset Phi
lippus valde turbatus est:ꝛ vocauit ad se ario
luz ꝛ ostendit ei ouuz fractum ꝛ serpēté narrās
ei oia que acciderāt. Cui ariolus iquit o Phi
lippe nascet̄ tibi filius:q debet regere post obi
tū tuū ꝛ totū orbē circuiturus est: subiugādo si
bi cūtas gētes:ꝛ sue iuuentutis ānis moriet̄.
Solem videmus vespertino tempore rutilanté
cū festinat ad occasuz ꝓpinquā denotare sereni
taté. Idē mane vesptinā idicat mutationé sic
scriptū ē ab Aristotele. 6. particula ꝓblematū

ꝓblemate. 6. ꝛ ꝯciliatoꝛ loco ꝑlibato dicit. Se
ro rubens celū cras idicat esse serenū: Mane
celo rubeo aqua sine dubio. Et ars hec q̄ a so
le accipit̄ Solmantia dici poterit. Has res
ab vniformi natura ꝛ inuariabili fabricatas eē
videmus:prout ei a suo datore cōcessuz ē. Nō
nobis auctores q de his rebus affatim scripse
runt deesse vident̄. Nec contra nos ē philoso
phi dictū primo ꝑihermenias dū iqt. De futu
ris contingentibus nō ē determiata veritas:qꝛ
phūs itelligit de agentibus volūtarijs:qꝛ idez
aristoteles cōcedit futuri pronostica:sicut ha/
bemus i prelibato libro de signis aquarum ꝛ
de Regimine principū ad Alexandrū i capᵒ
Quomodo Rex debet ordinare studia iquiēs
Prepara gymnasia:statue studia i ciuitatibus
tui regni:permitte:ꝛ precipe tuis hominibus
vt suos doceāt filios scientiā lr̄arū:ꝛ faciāt eos
studere i nobilibus ꝛ liberalibus scientijs:ꝛ
tua prouidentia dz eis in necessarijs subuenit̄.
Fac aliquam prerogatiuā bene studētibus ꝛ
proficientibus:vt per hec prepares aliis scola
ribus exemplū ꝛ materiam vigilādi. Exaudi
petitiones eoꝝ. Epistolas eoꝝ recipe:ꝛ attēde
collauda collaudādos:ꝛ remunera remunerā
dos. In hoc excitabis litteratos ad tua ꝑconia
extollēda:ꝛ ad gesta i scriptis ꝑpetuāda. Iste
modus est cōmēdabilis:ꝛ ista prudētia cōmē/
dāda:ꝛ in hoc honorat̄ iperium:ꝛ decorat̄ to/
tū regnum:illuminat̄ curia:annales:ꝛ gesta re
galia memorie melius cōmendant̄. Quid sub
limauit regnū grecoꝝ:Quid eoꝝ gesta per to/
tū mundū ꝑpetualiter diffamauit:hoc certe di
ligentia studentū:ꝛ probitas sapientuz effecit:
qui supra modū scientias dilexerūt:ꝛ ꝑꝑ hoc
talia meruerūt. Sane ꝑuelle i domo patris fa/
milias studio sciebāt cursus āni: Festa futura
solēnitates mensium:cursus planetarū:causas
abreuiatorias diei ac noctis:reuolutionez ple/
yadis ꝛ Bootes:circulum dierum:signa stel/
larum:iudicia futurorū:ꝛ alia que ꝑtinent ad
artē superiorū. Apud Romanos maxima in
veneratione fuerunt augures:vates:aruspices
ꝛ arioli sine quorum scientia nihil incipiebant
Et proprium auguruz collegiuz habebant ob
eoruz vehemētissimā credulitaté:quā habebāt
Cuius rei meminit Juuenalis Sathyra. 6.
sic dicens. Caldeis sed maior erit fiducia:
quicquid dixerit astrologus:credent a fonte

relatum Hammonis:quoniam delphis ora'
cula cessant. Inuentores omniū scientiaruz ꝛ
vaticiniorū fuerunt assyrij prisci:caldei: perse:
egyptij:ꝛ greci:vt ceteri perhibēt astrologi. A'
pud Tulliuz, libro de diuinatiōe legitur de au
ruspico spurina:qui Julio cesari mortē ꝑdixit.
Multos pronosticādi repperio modos. In
ter quos prima ac ueridica est astronomia:que
docet cognoscere stellarū cursuz:vt docēt ptho
lomeus:hermes:alchindus:ꝛ bauenasrba he
breus. Unde philosophꝰ primo metheororū
dicit motus celi est perpetuus:ꝛ est principiuz
ꝛ causa omniuz motuuz inferioruz: Et in secū
do de generatione ꝛ corruptione sic motus celi
ꝛ aliorū planetarū in obliquo circulo est causa
generationis:ꝛ corruptionis. Et in libro de se
cretis secretorum in capitulo quō Rex.se d̄bz
Regere ꝑ Astronomiā ait. O Rex clemētissi
me si fieri potest non surgas:nec sedeas:nec co
medas:neqȝ bibas:nec penitus aliquid facias
sine cōsilio peri i in astrorū arte. Scias ꝓ certo
ꝙ nihil fecit deus gloriosus vanū vel ociosum
in naturis:sed omnia facta sunt probabili cau
sa:ꝛ certissima rōne. Et per istaz viā ꝛ iquisitio
nem cognouit peritissimus doctor noster Pla
to naturā partiū cōpositarū ex contrarijs quali
tatibus:ꝛ coloribus in sua generatione ꝑ cōpa
rationē ad res cōpositas ꝛ ꝑ hoc habuit sciam
de ideis:ꝛ rebus formatis. Ne adhibeas fidē
insipientū dictis:q dicūt sciaz planetarū diffi
cilē esse:ꝛ ꝙ nemo poterit ad eā peruenire: isti
nesciunt quid dicāt:qꝛ apud potestatē itellectꝰ
nihil est difficile:ꝛ cuncta sunt scibilia ēt in via
rationis. Sunt ꝛ alij non minus stulti q dicūt
deum cuncta preuidisse:ꝛ ordinasse ab eterno
vnde dicunt:non prodest futura prenoscere: ex
quo d̄bēt necessario euenire: Quid igitur valet
sciētia stellaruz. Isti tn̄ similiter manifeste er'
rāt. Dico igitur ꝙ ꝛ si quedā necessario sunt vē
tura cū tamē ꝑsciunt:leuius tolerātur: pruden
tius declinant:ꝛ sic quodāmō euitantur:qꝛ eo
ipso ꝙ que futura sunt in nostra sunt noticia:et
prouide ꝛ discrete transeūt sine molestia ꝛ ma'
xima lesiōe. Uerbi gratia qn̄ hyemis se prepa
rat nimis frigida:homies ꝑparāt hospitia cali
da:optima idumenta:carbones:ꝛ ligna cōpa'
rant:ꝛ sic se de alijs multis premuniunt:ꝛ ꝑꝑ
hoc veniente hyeme a frigore non leduntur hoc
etiā faciunt i estiuo calore:per frigida eniz ciba

ria ꝛ reꝝ species euadūt estatis feruorē. Simi
liter etiā qn̄ prescire possumus annos famis ꝛ
indigētie:per ꝯseruationē frumentorū:ꝛ ꝓuidē
tiam rerum minus moleste ꝛ leuiter substine'
mus tempus famis. Confert ergo multū ven
tura prescire qꝛ melius declinantur. Et qꝛ pos'
sunt homines qn̄ futura prenoscunt destinato
rem excelsum tantū ꝑcibus fatigare:ꝙ ꝑ suaz
potētiā futura ab eis auertet mala:ꝛ aliter ordi
nabit. Nō.n.predestinauit.quod sue potentie
in aliquo derogetur. Possunt siquidē hoies di'
uinā clemētiā deprecari oratiōibus:ꝑcibus:de
uotionibus:ieiunijs:sacrificiis elemosinis: et
multis alijs bonis:ꝛ sic de cōmissis veniā pe
tere:ꝛ iplorātes pro reatibus penitere. Tunc
est verisimile ꝙ deus omnipotēs ab eis remo'
uebit quod trepidāt:ꝛ formidant. Redeamus
ergo ad predictum sermonē. Sciendū est ꝙ A
stronomia diuiditur i duas partes. In ordina'
tionē celorū:ꝛ spherarū:in dispositionē plane'
tarū:i diuisionē signorū:ꝛ in elongationē eoruz
ꝛ in suos motus. Et ista pars Astronomie vo
catur scia. Secūda pars ē de qualitate:ꝛ d̄ mō
cognoscēdi motū firmamēti:ortū signoꝝ:super
rebus euntibꝰ ante q̄ȝ fiant sub firmamento lu
ne. Et hec secūda pars dicitur Astrologia siue
sciētia iudiciorū. Et dignior pars astronomie ē
scia d̄ tribus rebus, videlicet. De spheris: pla
netis:ꝛ signis. Scias igitur ꝙ stelle fixe ꝛ plane
te sunt mille ꝛ.xxix. d̄ quibus tradā tibi ad ple
nū cognitionē i quadā parte istius operis. Itē
phūs cōposuit librū astronomie:vt recitat liber
qui dicitur nouē iudicū vt patebit in tertio libro
d̄ physionomia nostra d̄ planetis. Et hoc qd̄
diximus d̄ Astrologia siue astronomia est pri
mus modus iudicādi. Secūdus modus ē geo
mantia dicta a geo qd̄ est terra ꝛ mantia quod
est diuinatio. Hec fit per punctationē in arena
aut farina. Fit ēt in charta cū atramēto linean
do ꝛ colligēdo. Cuius fundamentū ꝛ origo su
mitur ab astronomia d̄ qua paulo ante diximus
nā hoc omne qd̄ mouetur ab aliquo mouetur 8ᵒ
phisicorū. Est aūt hec geomātia astronomia in
ferior:ꝛ quēadmodū ꝑ superiorē:eodez modo
ꝑ hanc futura predicitur. Auctores aūt quos
in hac vidi ac imitatus sum sunt hi:haly. Ge'
rardus cremonensis:rondinus. Bartholomeꝰ
d̄ parma:aliiqȝ:noia:quoꝝ nūc me latēt. Que
autē dicta sunt ab his:quos numeraui iudico

esse vera:non tantum per eorum dicta quan-
tum experientia mei. Et propterea in hūc pre
sentem diem decreui componere librum huius
discipline deo fauente. Tertius modus iudicā
di est physionomia:que denotat per membra
exteriora qualitatem anime:per membra ani-
malium:situs ⁊ positiones figuraruz : contem
platione quorum fortunam ⁊ infortunia cogno
scimus:vt in hoc opere patebit : ⁊ ostendunt:
Loxius: Phylemon: Palemon: ⁊ Aristote
les in sua physionomia ad Alexandrum:⁊ in
physionomia methaphorica cuius initiuz est.
Quorum anime secuntur corpora ipse secun-
dum se ipsas non sunt impassibiles a motibus
corporis. Et ait ad Alexandrum: Conside-
ra ⁊ cogita quid pretendat physionomia idest
norma cuiuslibet:quem uis recipere in tuaz fa
miliam. Galenus preterea: Auicenna: Ra-
sis in secundo ad Almansorem: Conciliator:
Albertus magnus de animalibus. Zachari-
as ac Hieronymus de Manfredis Bono-
niensis in libro suo propter quid:multa de hac
arte pertractarunt. Et Michael sauonarole
composuit speculum physionomie: vt ipsemet
testatur in libro de balneis in prologo. Idem
fabricauit Antonius cermisonus illustris phy
sicus ac medicus:vt dicūt. Et philosophus i
primo de animalibus in prio capitulo. xxviij.
nono decimo:⁊ in problematibus particula d
cima problematuz sexagesimo problemate:et i
primo de partibus animaliuz capitulo secun-
do. Et etiaz de partibus animaliuz libro secū
do capitulo quarto de hac arte scripsit duz ait
Habent eniz sensum nobiliorez:quorum hu-
mor tenuior:⁊ sincerior est. Tamen physiono
mia diuiditur a nobis quinqz modis. Prima
dicitur methaphorica Secunda de membris.
Tertia de planetis. Quarta de lineis in fron-
te existentibus sicut inferius in processu ope-
ris patebit: Est etiam quinta que dicit physio
nomia confusa:quaz in presentiarum non indi
co ⁊ precipitur in hoc opere. Quartus modus
iudicandi est chyromantia que pars est phy-
sionomie de qua etiaz nunc agimus. Quin-
tus modus pyromantia:que fit cum pila ce-
rea proiecta in ignem congruuz : ⁊ sue forme
transmutatione a septentrione ab oriente ⁊ oc-
cidēte ⁊cetera. Alij a scintillis fuligine genera
tis iudiciū sumunt. Alij circumuoluunt ipsuz
lebetem vbi carnes aut alia coquuntur ciba-
ria. Alij a fumo ab ipso igne causato indicia
colligunt:si sit a dextris seu a sinistris. Sextus
modus est spatulamantia : accepto enim osse
hyrci recenter interfecti aliqui iudicant quibus
dam liniamentis. aliqui secundum qualitates
⁊ motus ⁊ formaz spatularuz . alij iudicant cū
pellibus animaliuz. Septimus modus est
hydromantia:que supra aquam fit: aliqui su-
munt iudicia per cumulos aquarum. alij dicūt
hoc fieri oleo aque admixto . alij ymagine ce-
rea: alii candelis accensis ⁊ in aqua fluentibus
⁊ candele sint ceree. At nectaneus: vt de eo le
gitur:cum conca aqua pluuiali plena: ⁊ naui-
cula proiecta in ipsam que fugam ⁊ exilium
denotauit ad Philippum Regem Mace-
donum fugit : ⁊ dicunt eum iacuisse cū Olym
piade matre Alexandri. Octauus modus
est aeremantia:idest quidam effectus aerei per
quos affertur scientibus iudicium. Nonus
modus ē necromantia:hoc fit euocatione vm
brarum mortuorum:aut cum ossibus cadaue
rum : seu medullis:⁊ ymaginibus. Et inspec
tione a pueris aut feminis pregnantibus fac-
ta in speculo chrystallino : seu amphora aqua
plena : sub luna:aut aliis planetis. alii cande
la accensa iubent inspicere. aliqui policis vn-
guem perspici malunt . alii i vase olei nucum
pleno spectare iubent . alii fabricant anulum
cum diuersis signis : ⁊ caracteribus sub di-
uersis planetis. Sed in his non multum tem-
poris conterā ne siz nimis longus . Deci-
mus modus sunt auguria:que animalium fi-
unt obuiatione:aut garritu : seu volatu auium.
Inquit Plinius auguria ex auibus primuz
comperta dicuntur a Carando Rege. Mi-
chael scotus inquit in libro eius physionomie
Auguria per diuinationem hominis aut alte-
rius animalis accipiuntur. Etiam ex auditu
vocis constant auguria. Et augur vtrunque
sexum continet viri vel femine. Per huiusmo
di scientiaz res future a longe demonstrantur.
Et huius scientie signis singula i genere vnus
quisqz iudicare nouit. Unde sciendum est :
quedam auguria bonum denotare: ⁊ quedam
contrarium: quamobrem dicimus auguria nu
mero. xii. esse instar duodecim celi signorum.
Caldei astronomie peritissimi inter augures
primi habiti sunt: Multi diuinatione quadaz

Joannes Garwinski Anno 1675 Die 17 May

futura predicebant actu auguris sacris scilicet
τ alijs quibusdam icãtationibus: τ mala auer
tere ab hominibus: τ bona afferre auguria no
rant. Insuper somnia τ prodigia interpretari
consueuerunt teste Diodoro libro tertio. Aliq
inter auguria sternutationes ponunt τ somniũ
¶ Undecimus modus diuinationis sunt som
nia antecedentia: quorũ interpretes fuerũt assy
rij ingeniosi: Indi: Perse: τ Caldei: nec non
antiquissimi hebreorum sicut est siruachã som
niorum īterpres Regis indorũ. Baranta sõ
niorũ iterpres soanisam Regis persarum. In
ter egyptios Carphaz interpres somniorum
Pharaonis Regis egyptiorũ. Joseph pri
mus somniorũ fuit interpres apud hebreos:
vt testatur Justinus i trigesimo octauo libro.
Et etiã Daniel cum affirmatione Auguriorũ
τ somniorũ hãc disciplinã suis dictis illustra
uit: exẽpla inserendo. Diuinus hyppocrates i
libro de regimine acutorũ libro primo. Et ga
lenus cõmentario decimo septimo Illo para
grapho. Quorum videlicet omniũ a deo τcet.
hanc artẽ confessi sunt. Et idẽ Galenus i libꝰ
Cum ergo quantitas diuersitatis: Exponit ꝙ
ars augurandi vera est: τ futura prenoscit. In
quit ipse. Sed venite interrogemus quosdam
diuinos alkeumos: τ significat sermone: suo il
los qui aspiciũt exta victimarũ: τ eos qui som
nia interpretant. Somnia ipsa sunt a deo subli
mi emanantia: Licet Macrobius distiguat in
ter somnũ isoniũ τ visionẽ. Hyppocrates li
bro somniorũ iquit. Ex isomnijs ea nobis bo
na sunt: que ad vltimã noctis partẽ somniãtibꝰ
nobis se offerunt. Et rasis i suis affor[i]simis li
bro secundo de verbis hyppocratis inquit: ꝙ a
somno territus surrexerit hoc ei multiens acci
dit: vt vel moriatur: vel pecuniã amittat. Hoc
tangit Auerroys: τ albertus magnus i libro
de somno τ vi[g]ilia: ꝙ medici ex isomnijs qua
litates humorũ: τ diuersitates egritudinũ digno
scũt. Inqt Auicẽna i secundo canone capitu
lo de vrina: Quidaz homo spleneticus somnia
uit ꝙ precipiebatur ei i somno: vt vrinã suaz bi
beret omni die ter: τ sanaretur: quã rẽ exptus ẽ
τ inuenit rẽ mirabilẽ. Auerrois dixit i libro de
concordia iter Aristotelẽ τ Galenũ de genera
tione sanguinis. Inqt Galenus: quoniaz ha
bebat magnã egritudinẽ i vena: que ẽ iter dya
fragma τ epar somniauit ꝙ liberaret̃ si minue
ret sibi de vena que est inter pollicez τ indicẽ:
postea minuit τ liberatus est. Hoc idem tan
git Auicenna .4. primi capitulo ð flobotomia
auctoritate galeni. Alij salem i mensam proiec
tuz obijciunt: alij oleum: alij vinũ offerunt.
De somnijs mentio fit apud Ualeriuz maxi
mũ libro primo capite quito. Et apud Sueto
niuz: dũ scribit somniuz Julij cesaris qd mor
tem suam premonstrauit. Etiam dixit Uale
rius De mandane filia astiagis que somnia
uit vitez natam ex eius genitalibus vmbra sua
totã asiaz occupare: que res portendebat Cy
ruz ex ea nasciturũ qui pulso astyage auo om
nem asiam possideret: que res somnium non
frustrata est. Hoc idem dixit de Olympiade
alexandri matre: que per quietẽ vidit: e femo
ribus suis vitez emanãtez: que totuz orbez vm
brabat: τ vsqz ad celuz tendebat. Multa
subriceo: que per quietem hoibus apparuerũt
futuros τ quidem veros euentus ostenden
tia. ¶ Duodecimus iudicandi modus anti
quorum est litteramãtia: que hoc modo fit. Si
tu ad aliquẽ locũ iter capere volueris: aut ali
quid peragere destinaueris: cuz fueris extra
ciuitatez: vel eo i loco vbi quid tractare volue
ris. Interroga primuz virũ vel mulierez: quez
vel quam inuenies: quo nomine nuncupetur.
Si nomen eius incipit ab aliqua istarum lit
terarum scilicet. a. e. i. o. u. proculdubio inue
nies: quod reperire cupis τcetera. Alij no
men duorum litigantiuz inter se accipiunt quã
libet litteram cum numero suo computando: τ
per numerum nouenariuz diuidendo τcetera.
Alij de coniugio iudicantes diuidunt per sep
tem: τ hec aristoteli τ Pythagore attribuun
tur. Huius rei auenasrha doctor hebreus me
minit. Cuius dicunt fuisse mosem primum
repertorem. Si super infirmo iudiciũ ẽ ferẽdũ
nomẽ egroti τ patris τ genitricis sumit̃ τ pla
neta dñans .i. dñs eius dici q fuit egritudinis
sicut supra diuidendo litteras τc. ¶ Tertiusdeci
mus modus Solmantia nuncupatur: tunc sic:
quãdo radij solares cura attentissima ab ali
quibus denotantibus ispectantur: sic ex colore
solis properantis ad occasium: vt per aristote
lem notatur superius allegatum vigesimasexta
particula problematum problemate .6. τ in li
bro de signis aquaruz ventorum τ tempesta
tum. ¶ Decimus quartus modus est venamen

tia vt testantur obstetrices de nodo Salamo'
nis in fronte puerorum existente. Decimus
quintus modus est nomantia a nomine distin
guendo per singulas domos: hunc modum
danieli attribuūt ⁊ sancto scādiano babilonico
cuius librum habeo sed i presenti reperire non
possum. Sextus decimus est vmbilicomantia
.i.scientia que fit per vmbelicum in egressu pu
erorum. ex utero matris: quam habeo gratia
mee genitricis: que (citra adulationez eloquar)
omniuz obstetricum huius seculi peritissima
est. Multe nostrates matrone se ei plurimum
debere aperto ore fatentur ipsamqꝫ mirificis
extollunt laudibus. Hoc cōciliator asserit par
ticula.x.super problematibus Aristotelicis p
blemate.46.ex auctoritate Albumasaris i pri
mo suo introductorio dicens. Ex parte nutri'
cis cognoscitur per vmbelicum quid mulier
debeat parere in uita ⁊ reliqua ⁊c. Idem testa
tur michael scotus in suo de procreatione ho'
minis libro. Multos alios auctores ad rem
nostram facientes adducere possem quos pro
pter nimiaz dicendi prolixitatem nunc omitto.
Multa in medium materie exempla afferre
possem: ⁊ experientias ab idiotis ⁊ doctis fac
tas narrare: sed timeo ne sim verbosus. Sunt
aliqui super galinarum expilatione conside'
rantes: qui si eas a capite prius expilare ince
perint tempestiue serendum esse asserunt: Si
uero a posterioribus inceperit expilatio sero'
tine serendum esse censent. Tamen experien'
tia est clara: videmus rusticos predicere dispo
sitiones temporum ⁊ signa stellarum nec non
signa lune. Insuper inquit Galenus primo
pronosticorum commento septimo. Sermo
arati in luna est: qꝛ quando extremitas superi'
or manifeste inclinat se significat vētos septen
trionales: Et si est expansa significat ventos
australes. Cum felles caput sibi aut inferius
aut superius lauat temporis mutationem ma
nifestare presumitur. Asinus auriculas quas'
sans futuram indicat pluuiam vt aiunt rustici.
Anseres per siccam currentes terram expan'
sis alis ⁊ collo ita gestientes ac si aqua merge
rentur: proximaz pre se ferunt pluuiā. Aliqui
deimantia vtuntur: hoc est diuina reuelatione
mediātibus angelis ad nūcianduz missis his:
quibus deo visum est esse aliquid enunciandū.
Aliȷ mensium kalendas inspiciunt. Quod si
ianuarie kalēde i die dñica inceperint hyemē
calidam ostendunt: ver humidū: estatē calidā
⁊ ventosam: autunnum ventosum: furmenti vti
litatem: annonam bonam: mellis sufficientem
habundantiam: vuarum vberrimam copiam:
legumina multa: fructus ceteri peribūt: pugne
erunt ⁊ pax fiet. Et consequenter de aliȷs die'
bus ⁊ mensibus ⁊ce. Aliȷ solmantia: quaz eti
am supra tetigimus vtuntur. Ut si die domini
ca sol clarus descenderit ad orizontem: clarum
erit tempus vsqꝫ ad diem iouis. Cuz vero die
iouis sol clarus occiderit vsqꝫ ad diem domi'
nicuz serēitas habebitur. Aliȷ: vt coqui: velan'
do ignem si cinerem proiectum ruere viderint
pluuiam pronunciāt. Si vero contingat cinerē
non moueri: nec ruere: serenitatem futurem di'
cunt. Aliȷ cum caro salita humectatur pluui'
am diuinant. Aliȷ ventis in prima ebdomada
augusti pugnātibus: quem ventum viderint i
illa suprastare: illum toto anno vincere asserūt
Inquit alkirandus in suo libro secūdo de apo
crationis in capitulo nonagesimoprimo de pe
largos idest ciconia. Omnes species auiuz ab
egypto ⁊ lybia ⁊ Syria aduolant ⁊ veniūt in
liciam ad flumen qui vocatur xantos ad mare
rubeum: ⁊ in eo loco cōmittūt preliuz cum cor
uis cornicibus ⁊ aliȷs scilicet segirnis ⁊ vultu
ribus: ⁊ cum omnibus carnes vorantibus: nā
ille presciūt tempus: ⁊ aduenīunt omnes pelli
canorum quoqꝫ exercitus ⁊ in vna parte ripe
fluuiȷ aciem parant. Corui autem ⁊ vultures
omnesqꝫ sarcophage idest carniuore aues in
altera fluminis parte castra collocāt: Sciūt eni
dies in quibus debent congredi: Tunc audi'
tur clamor vsqꝫ ad celum: ⁊ sanguis fluens cer
nitur in flumine: ⁊ multitudo auiū vulnerata'
tarū ⁊ prostratarum: Et pariter ingens illaruz
depilatio prospicitur: adeo quod ex earum pen
nis liciȷ sternunt etiam sibi lectos sumptuosissi
mos. Post vero belli exitum: qui iudicare vo
lunt vident numeruz auium iterfectarū cuius
sint generis: an sint sarcophage plures iteremp
te: an pelasgorum ⁊ pellicanoruz minor cecide
rit numerus: ⁊ hinc pronostica sumunt ad vite
humane vtilitatez. Nam si pelasgorum exer'
citus vicerit: diuitiarum ⁊ frumenti aliarumqꝫ
frugum copiam promittunt. Si autem corui
superiores extiterint: Multitudinem ouium:
bouum aliorumque quadrupedum denunci'

ant. Translatus fuit liber iste alkirandi Cõ
stantinopoli Manuele imperante anno mun
di .6299. anno vero domini nostri Jesu chri
sti. 1100. indictione .2. Aliqui alij: qui suam
ymaginatiuam habent supra intellectiuam: di
cunt: Si vis scire quid tibi somnium pronosti
cari velit aperi Psalterium: ꝛ prima littera:
quam repperies in summitate folij tibi denota
bit quod optas ꝛ desideras. A. significat po
testatem vel dilectionem. B. potestatem in
bello. C. ꝛ. D. merrorem ꝛ mortem. E. ꝛ
F. progeniem nobilem. G. significat casuz
vitiosum. H. amorem mulierum. J. bo
nam vitam. k. stulticiam ꝛ iocunditatem. Et
alia que nolo scribere breuitati consulens. Ali
qui iudicant secundum ꝙ dies natalis domini
venerit: Nã si fuerit die solis hyems erit bõa
ꝫ ventosa: estas sicca ꝛ bona: vindemie bone ꝛ
cetera. Et sic discurrendo de die lune ꝛ mar
tis: ꝛ ceteris diebus cum suis iudicijs. Aliqui
etiaz conati sunt inuenire horoscopuz natoruz:
vt alchandrinus philosophus: quem dicunt fu
isse discipuluz aristotelis inquit si vis scire quã
do homo natus sit: vide computum nominis
sui ꝛ matris sue: ꝛ diuide per. 28. si remanserit
1. vel. 2. erit caput arietis. Si vero .3. vel. 4. e
rit finis arietis. Et sic de alijs numeris discur
rendo per totum Zodiacum colligendo per
quandam suam tabulam cum numero compu
tato cum suis litteris: quam non pono ꝛ per
istum modum iudicabat ꝛ fortunia ꝛ infortu
nia viuentium: ꝛ pronosticabat. Quidam etiaz
gloriantur se scire signa que sunt sub pannis i
coporibus hominum: sicut nigellum cicatrices
verucas ꝛ alia signa ꝛ per istam viam aliqui d
ceptores dicũt se esse physionomistas: dicen
do tu habes tale signum in tali loco. Ego mul
totiens istud probaui: ꝛ aliquando inueni ve
ritatem: ꝛ aliquando non. Et per istam viam
multi melancholici sicut hebrei pronosticantur
auctoritate Rabi hauenisrba. aliqui per aspec
tum. hominis: sicut Halyamberazel in suo
libro de interrogationibus: cognoscunt signa
in corporibus humanis: sicut porrum: nigel
lum; lentiginem: rubedinem inseperabilem: ꝛ
tumorem carnis sub pannis. Inquit idem ha
lyamberagel: per aspectum hominis ꝛ per si
gna in eo apparentia potest quis scire signa tec
ta: que habet homo per membra. aspicias ho
minem: ꝛ si veneris signum in nare habet: ali
ud habebit in virga Virili: ꝛ aliud in costis a
parte sinistra: ꝛ aliud sub capillis in pendili.
Et si in facie inuenies signum aliud erit in te
sticulis. Et si habet in fronte signum aliud ha
bebit in pendili. Et si habet signum inter su
percilium ꝛ palpebras: aliud habebit in vul
tu inferiori: ꝛ aliud inter vmbilicum ꝛ pendi
lem. Si habet signum in vultu subtus nares
aliud habebit in brachio inter cubitum ꝛ hu
merum. Et si habet in supercilio: aliud ha
bet in pectore. ꝛ si habet in manibus signũ: ali
ud habet in Virga ꝛ pẽdili. ꝛ si videris signũ
in gula aliud habet in costis a parte dextera.
Alij tñ retrogradi physionomiste aspiciũt i as
pectu hominis cum quadam sua fatua regula
ꝛ conãtur inuenire signum ascendentis ꝛ iu
dicant signa coperta: ꝛ aliquando inueniunt
veritatem per accidens: sed vt plurimum men
dacia: Et quare non possunt dicere veritatem
dicimus in libro secundo. Aliqui per quan
dam suam viam etiam inuenire querunt horo
scopum. Et dicunt: Tibi ascendit aquarius:
ergo caueas tibi a signo in oculo dextero aut
in brachio sinistro. Si autez ascẽderint pisces
dicunt timidum esse de fronte: vel latere: vel co
xa: vel brachio: Et sic procedendo per ordi
nem secundum diuersitatem signorum: diuer
se iudicant. Insurgunt etiam aliqui ingeniose
procedentes: qui ex litterarum propriorum
nominum initio pontificum obitum diiudica
re attestentur. Si enim alicuius pontificis no
men proprium ab aliqua litterarum ante. F.
initium sumat: vita vtiqꝫ illius. F. non transi
bit. ꝛ hoc cum ex numero litterarum annorũ
numerum concluditur. Si autem idem no
men proprium sit ab .F. tunc per annos
obitum suum diiudicare non inconuenit.
Si autem primum pontificatus annum tran
sierit ab. f. vsqꝫ ad vltimum. a. b. e. a. b. f. vsqꝫ
ad. f. posse viuere arbitrantur, relictis tamen in
connumeratione litterarum his litteris. h. k.
x. y. z. ꝛ. ꝯ. ꝑ. Judicatio hec fundatur in ex
perientia. Eugenius enim cui proprium no
men erat Gabriel decẽ ꝛ septẽ ãnos vixit: Vñ
si recte aspexeris a. g. vsqꝫ ad. F. inclusiue sunt
decem ꝛ septem littere. alij etiam ex vmbilici li
neis iudicare nituntur: inter quos est Ptho
lomeus philosophꝰ: ꝛ põtius gallicus dicẽtes.

Qui habet vnam lineam in vmbilico: signifi-
cat scientiam. Qui habet duas sub vmbili-
co plures vxores. Si tres multos filios deno
tat. Si quattuor vitam promittunt diuturnā.
Si quinqꝫ magnam sublimationem aut ma-
gnum honorez. Si sub vmbilico duas lineas
inequales quis habuerit significat hominem
malignum adeo vt de ipso minime sit confidē
dum. Multa alia dicere possem sed huic itro
ductorio nostro finem iam imponere volens:
de his que dixi contentus: finem faciaz. Nec
ꝙ hec diuinandi ars in omnibus modis ⁊ par
tibus suis vera sit plures rationes adducam:
cum satis superqꝫ de hoc disseruerit ⁊ copiose
Dominus Magister Alexander Achillinus
in omnibus artibus adeo excellens vt nō hu-
manus sed diuinus potius iudicandus sit: in
libello quodaz: quem mihi sua benignitate de
dicauit: Ad eum autem librum studiosos: qui
curiosiores esse voluerint remitto: ibi eniz: si
quid dubietatis habuerint: remittent: artesque
diuinandi veras: ac firmissimis fundamentis
munitas pro certo reputabunt. Ceteruz est vt
in quot libros opus nostruz diuidatur quid ue
in vnoqꝫ libro tractemus enarrare conemur:
vt facilior sit ad hanc scientiaz perspiciendam
aditus. Diuiditur ergo Anastasis nostra i sex
libros. In primo libro cuius tractātur aliqua
capitula ⁊ veluti cōmentaria pertinentia ad di
ctam artem: que generalia erunt: ⁊ vniuersalia
In secundo vero libro ponentur capitula par
ticularia a capite vsqꝫ ad pedes de omni mē-
bro gradatim: cū diuersis quesitis factis per di
scipulum nostrum Augustinum i hac arte peri
tissimū. In tertio libro dicetur de physiono-
mia planetarū: ⁊ de lineis existentibus in fron
te incipiendo a Saturno. In quarto libro
ponetur dialogus in Chyromantia cū diuer-
sis quesitis ⁊ disputationibus contra Anthio
chū cesenatē Chyromanticuz ⁊ multos alios:
interrogāte etiā Augustino nostro. Quintus
liber certa continebit capitula: cum Chyro-
mātia Conciliatoris: ponentur etiaz multe ac
varie nostre additiones: ⁊ hec vocabitur Chy
romātia magna. In sexto ⁊ vltimo libro trac-
tabimus de Chyromātia parua cū capitulis
distictis ⁊ recollectis i chyromātia magna. Et
sic finis ē itroductoriū nostri: ⁊ eaꝝ rerū: que in
singulis libris ꝯtinētur.

¶ Eiusdem Bartholomei Coclitis Bono-
niensis Liber primus Physionomie Et
sue Anastasis. Cuius caput primum
demonstrat ꝙ anima sequitur corpora
lem complexionem: Et quod
prudentia nostra euitare fata
possumus.

a Cademici ac peripatetici
philosophi testanturꝙ anima
nostra habituz corporis sequi
tur. Inter quos omniū peri-
tissimus Plato: ita i physio
nōmia sua similitudinaria di
cit. Homo qui mēbra similia
habet alicui animali illius sequitur naturā.
Exēpli gratia: qui nasuz habet acquilinū hic
moribus aquilinis vtet: hoc est magnanimita
te: crudelitate: rapacitate. Qui vero vultū sicut
canes hispani habent: tales iracūdi ⁊ loqua-
ces indicant a metoposcopis. Exēplificat pre
terea de pluribus aliis animalibus vt in ꝓces
su patebit. Mirifice etiam probat hoc Gu-
lielmus cōmētator physionomie Aristotelis:
Ingens Galenus i tractatu primo de iuua-
mentis mēbrorum dicit corpora aialiū sunt in
strumēta animarū: que sunt i eis: vt per ea ⁊ ꝑ
diuersitatē mēbrorū suorū explicet illud: quo i
diget anima. ⁊ tūc necessariū ē ꝙ mēbra corpo
ris cuiuslibet modi animalium sint cōueniētia
dispositioni anime illius animalis hec Gale-
nus. Sicut igitur diuersa animalia habēt ani
mas diuersimode i suis affectionibus disposi-
tas: ita habent diuersimode membra disposi-
ta ad sequēduz cōuenienter suas affectiones.
Et vt igr Cōmētator primo de anima diuer
sitas animarum facit membrorum diuersitatē:
vbi dicit ꝙ mēbra leonis a mēbris cerui nō dif
ferūt nisi propter anime diuersitatē: ita ꝙ quia
anime humane i diuersis mēbris diuersimo-
de i suis passionibus disposite sunt: ⁊ corpora
hominū diuersorum diuersimode disponūtur
secundum diuersas dispositiones animarum.
Oēs. n. operatiōes ⁊ passiōes aīe vident eē cū
corpore: qd maxie pꝫ i passiōib⁹ aīe ꝯcupiscibi
lis: sicut sunt: ira: māsuetudo: timor: misericordia
⁊ reliqua huiusmodi: que nō fiunt absque mo
tu locali cordis dilatationis ⁊ constrictionis: ⁊
absque physica alteratione: quod patet per

ſignum:quia ſecundū ꝙ homines ſunt diuerſarum complexionum ⁊ differenter in alterationem incurrunt:⁊ in his paſſionibus differenter ſe habent. Sunt enim quidam qui fortibus ⁊ manifeſtis periculis ſuperuenientibus nullatenus prouocantur ad iram propter eorum flegmaticam complexionem frigidam ⁊ humidam non aptam ebullitioni:⁊ aliqui in talibus nihil timent:ſicut qui multum ſanguinis habent:⁊ corda calida. alij autez paruis ⁊ debilibus cauſis ſuperuenientibus cito incitantur ad iram quorum corpus eſt faciliter iraſcibile:⁊ fere ita diſpoſitum:vt in colericis accidit habentibus corda calida ⁊ ſanguinem leuem qui facile ſurſum mouetur. Et ad huc hoc manifeſtum eſt magis in his qui ſunt timentes quando nulla cauſa timoris iminet:vt accidit in melancolicis:qui ſunt frigidi ⁊ ſicci:⁊ pauci ſpiritus:⁊ modici caloris in corde ⁊ in quibꝰ ppter vapores melancolicos nigros aſcendentes fantaſmata ⁊ apparentie terribiles fiunt: inducentes timorem:hec Gaietanus in primo de anima ex alberto. Quia igitur in ſcientiis non ſolum proceditur a priori:ſiue a cognitione cauſarum ad cognitionem effectuum:ſed etiaz econuerſo a poſteriori ſcilicet a cognitione effectuum ad cognitionem cauſarum:⁊ hoc in omni genere cauſarum:vt patet ex libro priorum. Ex diſpoſitionibus igitur corporum a poſteriori congrue poteſt argui diſpoſitio animarum. congrue igitur proceſſerunt philoſophi in tradendo phyſionomiā ⁊ diſpoſitiones corporis ⁊ per hec poſtea iudicarunt de moribus ⁊ diſpoſitionibus mentis. Unde Plato dicit qđ pueris ⁊ adhuc iuuenibus exiſtentibus cum ad huc mouentur motu celi ⁊ non ducti rationis:conſiderandum eſt ad quam artem ſiue mechanicam ſiue liberalem ſunt magis inclinati:⁊ in quo magis delectentur: ad hoc eniz vt dicit:ſunt diſpoſiti a natura ita ꝙ ſi in illa arte nutriantur in illa peritiſſimi euadent. Si autem ſe exerceant in aliis nunquam erunt habiles inclinatione naturali in contrarium reluctāte:hec Plato. Unde Ariſtoteles in predicamentis capitulo de qualitate aſſignans differētiam inter paſſiones: ⁊ paſſibiles qualitates dicit. Illas qualitates ⁊ paſſiones anime:que mox in naſcendo fuerint ſcilicet:que naſcuntur cum hominibus ⁊ ſunt a natura vt eſt de natura ire ⁊ huiuſmodi iſte inquam vocantur paſſibiles qualitates quia ſunt difficulter preterēūtes ⁊ omnino immobiles. Difficile eſt enim mores naturales immutare: qui ſcilicet ſunt ex complexione naturali:⁊ influentia celi. Dic eniz Plato anima vero eſt adeo ſuper materiā vt eam non attingat elementorum procella ⁊ iniquitas certantiū qualitatū:nunq̄ȝ rurſus ex eo inquinabitur ꝙ alienam aliquam ⁊ nature ſue aduerſam quandoq̄ȝ ſuſcipiat qualitatem que noxiam ipſi inferat paſſionem. Primum nāq̄ȝ ſubiectum paſſioni expoſitum materia ē: per quaȝ ⁊ quantitas ipſi immerſa ⁊ qualitas quantitati coherens exponitur paſſioni: Quocirca eſſentia illa que eſt a materia ſeparata id eſt potentia ſeparabilis nullam habet in ſe ipſa potentiam per quam alienum quicquam ⁊ hoſtile ſuſcipiat vnde paſſioni ſubijciatur. hec Plato in quinto theologie capitulo quinto vnde Galenus ꝯo tegni ſermonē faciens de naturali cordis complexione: que per ſigna ⁊ moribus iudicatur:dixit ſe de moribus ſermoneȝ non exprimere ſm exercitatorum philoſophiā: ſed primo ⁊ principaliter de moribus ī quibus homines naturali quodam inſtinctu inclinantur:⁊ ad fortuna preparantur bona. Licet eniȝ celum nō poſſit agere in animam humanā directe:eo ꝙ nullum corporale poteſt agere directe in ſpirituale: Ideo de futuro ſibi poterit prouidere. Unde Iſaac quinto febrium dicit ꝙ anima rationalis dignior eſt ſtellis: quarū actio minime ei accidet niſi in ignorantie vinculo fuerit inoluta. Nihilominus poteſt agere in ipſam indirecte agendo in corpus: ⁊ organa virtutum ſenſitiuarum:que ſunt ipſius anime iſtrumēta:quibus ſic vel ſic diſpoſitis anima ī ſuis operationibus naturalibus perficit vel deficit ab eiſdem. Patet igitur quod ſigna corporalia phyſionomizandi de moribus hominum naturalibus magnam iducūt probabilitatē lȝ nō neceſſitatē. Cuius ſcie vt ſuperius ī introductorio noſtro recitauimus Loxius apud antiquos ſummus metopoſcopoꝝ fūdator et princeps extitit hūc phylemon: ⁊ palemon ⁊ Zopyrus ſequuti ſunt. Archiphyſionomū ēt dicūt fuiſſe Hermetē tremegiſtū:vt narrat guli elmus nurice phyſionomie cōmētator. huius quoq̄ȝ diſcipline pfeſſor:princepſq̄ȝ pipateticoꝝ Ariſtoteles:vt ī itroductorio noſtro dictuȝ eſt:

in sua physionomia methaphorica efficacissi-
mis rationibus idem probat: dum iquit:
Quoniaz τ anime sequũtur corpora: ipse secũ
dum se ipsas non sunt impassibiles a motibus
corporis. Hoc autem valde fit in ebrietatibus
τ in egritudinibus: multum nanqꝫ anime mu
tari videntur a passionibus corporis. Et econ
uerso vti corpus comparatum passionibus ani
me multum: vt circa amores τ timores: τ tristi
cias: τ delectationes. Amplius autẽ τ natura
factis vel generatis magis vti aliquis conspi-
ciet τ corpus τ anima: ita se habent generalia:
quod fuerit circa plurimaruz passionũ ad inui
cẽ: nũquã eniz factũ: vel generatũ est tale quod
corpus haberet alterius animalis animã vero
alterius sed semꝑ eiusdem idest animalis cor-
pus τ anima. Quare necessariuz ẽ cõsequi cor
pori talẽ formã. Amplius autẽ τ scientes cir-
ca vnũquodqꝫ animaliuz ex forma possunt cõ
siderare: veluti equites equos τ venatores ca-
nes. Idez tenet flauius Vegetius in libro đ
re militari duz inquit ex vultu τ oculis: ex om
ni ɔformatione membrorũ eos eligat: qui iple
re valeant bellatoris officiũ. Nã non soluz in
hominibus sed etiã ĩ equis: τ canibus virtus
multis đclarat́ indicijs: sicut doctissimorũ ho-
minũ disciplina cõprehendit quod etiã ĩ apibꝰ
mantuanus auctor dicit esse seruãdũ. Nã duo
sunt genera: hic melior insignis τ ore It ruti-
lis clarus squamis: ille horridus alter desidia:
latãqꝫ trahẽs inglorius aluũ vt etiaz pꝫ per xe
nophontẽ in libro de venatione. Si autem hec
vera fiunt: ꝓpterea autẽ hec vera sunt: erit ita
qꝫ physionomizare: Et magis inferius. Alij
aũt hoc faciebãt: non ex oĩbus animalibus ex
periebant́: sed distinguebant ex ipso genere ho
minũ secunduz gentes: quecunqꝫ differrent se
cunduz sensus τ mores: vt egyptij τ traces τ
scyte Similiter ellectione signorum faciebant
τc. Ideo heraclitus ait aer siccior anima pru
dentior ac melior: Ego dico ꝙ nos videmus
vulgus imperitum sine aliqua ratione τ funda
mento iudicare quasdã res cũ ambiguitate in
hominibus: veluti cũ dicit đ aliquo turpi aspec
tu: hic mihi non placet: Insuper dicũt Deus
auertat τ conseruet me ab illo hoĩe ab eo no
tato: vt sunt gibbosi τ strabones: Sentimus in
super plebem susurrãtẽ. Si equus dũ est in cõ
tinuo motu assidue circũuoluerit caudã dorsi đ

bilitatez denotabit. Piscatores anguillaz op
timã esse τ bene cõplexionatã iudicabunt: que
has habebit cõdiciõẽs scilicet vt sit capite par
uo: pelle alba: vel si nitida fuerit breuis τ cras-
sa secũdum formam. Multa quoqꝫ alia ĩ bru
tis cognoscuntur: si plebis iudicium verifica-
tur: sola experientia τ non ratione. Et si
hec in animalibus ab imperitis iudicantur:
Quanto magis philosophi cum suis argumẽ-
tationibus euidentissimisqꝫ rationibus: melio
ri τ efficatiori veritate credendi sunt: cum ma-
xime de homine loquentes per signa exteriora
cognoscere ac perspicere intrinseca anime glo-
riantur τ merito: Habent enim que dicunt
maximam apparentiam propter nobilitatem
subiecti. Vt philosophus in libro de Regimi
ne principum. Nobilissimum animalium est
homo: ex nobili animali nobilis intelligentia
sequitur: τ mores habet secundum comple-
xionem: τ corporis habitum. Sangui-
neus mores sectatur sanguineos: τ colericus
colericos: vt per hos versiculos apparet com
positos per Ioãnem michaelem sauonaro-
lam in sua pratica dum inquit.

¶ Sãguie largꝰ amãs hylaris: ridẽs rubensqꝫ
Cantãs: carnosus: satis audax: atqꝫ bẽignus:
¶ Plene bile tumens: hyrsutꝰ ꝓdigꝰ audax
¶ Fallax: irascens: bili subiectus habetur
¶ Astutus: tenuis cute: croceoqꝫ colore
¶ Somnꝰ flegmaticos captat: τ iertia multa:
¶ Ore spuit multum: tussit conamine multo:
¶ Sẽsꝰ habes: piguis facie: color albꝰ adheret:
¶ Inuidus τ tristis: cupiẽs: dextreqꝫ tenacis:
¶ Et malincolicus his signis notus habet́:
¶ Nõ exps fraudis: timidꝰ: luteiqꝫ coloris.

Idem testatur Galẽus primo de cõplexioni
bus τ in libro tegni τ in libro vbi probat ani-
mã corpus sequi. Idẽ sentit Auerrois quarto
colligeth capitulo de accidentibus triũ virtutũ
scilicet ymaginatiue cogitatiue τ memorati-
ue Vt inquit Serapion capite de aloe: Et ra-
sis in secũdo Almãsoris: τ cõciliator. Albertꝰ
magnus in libro de physionomia idest in pᵒ
de animalibus: τ in ɔpendio sue Theologie:
τ Michael scotus in libro de physionomia: τ
Aristoteles in secũdo de anima: τ ĩ 7ᵒ metha
phisice testat́ ex sanitate aĩe fit sãitas ĩ corpoŕ.
Et in libro de natura animalium capitulo de-
cimonono dũ ait. Sãguis solꝰ oĩuz humoꝝ cõ

ſparſus per totum corpus animalium eſt: Et
ſemper quam diu vita ſeruatur: ſanguis unus
animatur ꝛ feruet: oritur primuz in corde ante
q̃z totum corpus formatur: Si multum ſangui
nis effluat anima deficit: ſi nimium vita interit
Si ſanguis immodice humeſcit: morbꝰ ĩfeſtat.
Tamen cũ hõ ſit aial politicum: ꝛ cuz habeat
intellectum agibilem ꝛ ſeperatum a paſſioni
bus corporiſ poteſt vitia ꝛ fata ſuperare: vt te-
net philoſophus primo politicorum: anima na
turaliter dominatur corpori: ſicut dominus ſer
uo. Et ut iqt Ariſtoteles pᵒ ethycoꝝ nos ſu-
mus dñi noſtraꝝ operationũ. Cũ.n. hõ oium
aialiũ Rex ꝛ princeps exiſtat: ut 3ᵒ ꝺ iuuamẽ
tis mẽbroꝝ aſſerit Galenuſ: idcirco iter cetera
erecto capite incedit. Unde igenioſus poeta
Ouidius ait.

Pronaqz cum ſpectent animalia cetera terrã
Os homini ſublime dedit: celumqz videre
Juſſit: ꝛ erectos ad ſydera tollere vultus.

Si celi nos cõſtringerent nõ oporteret adhiber̃
conſiliũ: vt dicit philoſophus primo peryher-
menias: ꝛ magis corroborat ſecũdo de anima
dicẽs: ꝙ actus actiuorũ ſunt in patiente diſpo
ſito ꝛ bene. Nã videmus in aliquibus regio-
nibus homines conſilio ꝛ legibus fata ſupera
re: ꝛ hoc manifeſte patet in regione dominio
venetoꝝ ſubiecta circa pedicatiõis vitiũ ꝛ etiã
in multis regionibus: vt ĩ alemania gallia: pan
nonia: ꝛ ſic ꝺ ſingulis. Exẽplũ vnũ iduco: cele
ſtem preuideo influxũ ſaturni ĩfluẽtẽ frigiditatẽ
hac in hyeme prouideo mihi ꝺ igne ꝛ veſtibꝰ:
vt etiã dixi in introductorio meo: ergo celi influ
xus patientẽ bene diſpoſituz non inuenit: ꝛ cõ
ſequenter non poteſt perficer̃ ſuã actionẽ: quia
materiaz comperit indiſpoſitaz: ꝛ inalterabilẽ.
Idem ſentit Auicenna in capi'e de febre pe
ſtilentiali dum inquit. Principiũ omniũ horũ
ſunt forme ex formis celi facientes eſſe neceſ-
ſariũ illud cuius aduentus ignorat̃. Licet ſint
quidaz qui dixerunt in eo aliquid nõ proportio
natũ eſſe ad cauſaz eius immo oportz vt ſcias:
ꝙ cauſa prima longinqua ad aliud ſunt figure
celeſtes: ꝛ propinqua diſpoſitiones terreſtres:
ꝛ cetera: Et ſubdit. Agens ei ſolũ quandoqz
peruenit: ꝛ patienti non eſt preparatio non acci
dũt actio ꝛ paſſio. Et iſtud ĩtelligit Pholome
us in centiloquio verbo.5. dum inquit optimꝰ
aſtrologus multa mala euitare poteſt: que ſecũ
dũ ſtellas ventura cognouerit. Et dicunt aliq
ꝙ idem pholomeus in ſuo libro prouerbiorũ
dixit: Sapiens dominabitur aſtris. Hoc pro-
phyloſophia actibus: moribus: hominũ neceſ
ſitate minime impinget. Sed inclinationes ex
ſangnine ſpiritibuſqz quaſdaz cauſas impulſi
uas oſtendit: quare non immerito ait Loxius
animã in ſanguine fore fundataz operatione ta
men non eſſentia cũ ſic probatur omnino a cor
pore eſſe ſeperatã: ꝛ ideo poſſunt freno ſobrie-
tates retinere ad vnguem. Ariſtoteles dicit po
teſtates ratiõales eſſe ad oppoſitũ ꝯuerſiuas.
Unde ad alexandrũ dixit: hanc eſſe phyloſo-
phiã victoriã quidẽ ꝛ abſtinentiã ꝯcupiſcibili
um. Teſtatur Tullius quarto Tuſculanaruz
circa vltimum de phyſionomiſta quodaz Zo
pyro: qui naturam cuiuſcumqz ex forma pro-
ſpicere profitebat̃. Deriſus eſt a ceteris: quia
illa in ſocrate uitia nõ agnoſceret: ab ipſo autez
ſocrate ſubleuatus eſt: cũ illa ſibi ſigna ineſſe:
ſed ratione correcta diceret: Ariſtoteles in tali
hiſtoria perſuaſit diſcipulis hyppocratis choi:
vt eius figura depingeretur: que depicta tandẽ
ꝛ optime expreſſa delata fuit phylemoni ingẽ
ti phyſionomo: quã cũ aſpexiſſet: ꝛ mẽbrũ mẽ
bro comparaſſet: uiz ſignoruz aduertens pro-
nunciauit ipſũ eſſe virũ luxurioſuz: deceptorez:
coitũ appetentẽ: ob quã cauſaz diſcipulis indi
gnatis eũ culpantibus: ꝛ flagellis fere rũdenti
bus: qꝺ de viro eximio talia iudicaſſet: ab eis
tandez hoc iudiciũ ad hyppocratem delatum
eſt: qui confeſſus eſt phylemonẽ verũ omnino
de ipſo protuliſſe: neque vnã litteraz pretermi
ſiſſe: ſed euz ex amore phyiloſophie ꝛ honeſta
tis: ſui cordis concupiſcentias ratione viciſſe:
ꝛ ſtudio atqz abſtinentia accepiſſe: quod prius
eius nature negatũ extiterat: Eadẽ ſenſit al-
bertus in primo de animalibus: ꝛ conciliator
in ſua phyſionomia: ꝛ Ariſtoteles ad Alexan
drũ iqt homo ſemper in omnibus ſecundum
rectuz iudiciuz rationalis intellectus operatur
appetitui ſenſitiuo: ſibi per omnia ad ſuũ impe
riuz: vel ſecundũ ſuuz beneplacituz obediẽdo:
ſicut hyppocrates: vt ſuperius dictuz eſt: facie
bat. Nota ꝙ omnia iſta ſigna maximã incli-
nationẽ inducunt: cui difficile eſt obuiare: licet
poſſibile: vt etiaz tenẽt theologi: Quare conclu
demus voluntatem noſtram: ſub noſtre pote-
ſtatis imperio eſſe ſubiectam.

Josephus Burzynski
Anno Dni
1670
Lector lege com-
mo-
rare.

¶ Capitulum secundum contra Plinium ⁊ suos sequaces in vndecimo libro capite. 52. vbi stimulat metoposcopos: atqꝫ Chyromāticos: ⁊ precipue phylosophum ⁊ trogum. et in hoc loco ostendetur diffinitio physionomie ⁊ embrionis generatio.

INquit Plinius. Miror quidem Aristotelem non modo credidisse prescita vite: non modo esse aliqua in corporibus ipsis: verumtamen prodidisse: Que quamquam vana existimo: nec sine cunctatione proferenda ne in se quisqꝫ ⁊ auguria anxie querat attingā tamen que tantus vir in doctrina non spreuit. Igitur vite breuis signa ponit raros dentes ⁊ cet. Inferius dicturi sumus ꝙ philosophi perveniunt ad debitam cognitionem per tres modos: aut quia: aut propter quid: vt in precedentibus tactuꝫ est: aut propter experientiā. Nos hoc loco ostendemus propriam causam huius. Necesse est diffinire prius: quid sit physionomia: ⁊ vnde habeat deriuationem: ⁊ qd sit embrio: ⁊ quod ⁊ que sint membra spermatica propter maiorem: ⁊ vniuersalem cognitionem. Inquit Conciliator in lib. suo de physionomia capitulo secundo ⁊ decisione tertia. A non nullis autem dicta est physionomia a physis greca lingua natura ⁊ onoma nomen: eo ꝙ ipsa naturam nominet. Sunt ⁊ alii aliter deriuantes: volunt enim ꝙ physionomia dicatur determinatio vel lex nature a physis qd̓ est natura ⁊ nomos qd̓ ē lex. Ex quadā nāqꝫ ordinatione ⁊ lege nature inest ꝙ talis corporis forma vel potentia anime imprimatur ⁊ econtra Ideo physionomia sic diffinit̄. Physionomia est sciētia passionum anime naturalium corporisqꝫ accidentium habitum vicissim permutantiuꝫ vtriusqꝫ. Dico autem passionū alterantium quoniam signa ⁊ membrorum dispositiones quas physionomi considerant non referuntur nisi ad passiones ⁊ accidentia: que primo in eis naturaliter inexistunt: ⁊ nō ad illa que sibi sunt acquisita secundo vt musica: geometria: in anima caliditas seu frigiditas: molicies vel duricies corporis ex adueniente extrinseco causata. Talia enim nō alterant sic anime habitum vt demum corporis formam permutent. Hec autem sinthomata corpori unqꝫ occurrentia cum non ex suis nature principijs ipsum taliter exagitent: naturam exinde anime non physice permutant. Oportet itaqꝫ physionomum cum talia sint erroreꝫ pollicentia: signa ⁊ dispositiōes corporum ex ipsa rerū natura orta: et anime conceptibus membrorūue accidentijs propriis propter orta recipere que vtriusqꝫ simul ex alterent habitum vt ira: concupiscentia ⁊ huiusmodi similitas: ⁊ paruitas: ⁊ talium ceteraꝫ communia vero ⁊ extrinseca tanquaꝫ impertinentia ab hac consideratione repellere: De generatione aūt embrionis inquit Lanfrācus ī sua chyrurgia maiori Quattuor sunt passiones: alias intentiones apud rerū certitudinem īquirentes: quarū tres quamq̄ꝫ in verbis uideantur aliqualiter discordare: tamen in vna coueniunt veritate. Nam philosophorum summus idest Aristoteles dicit ꝙ embrio generatur ex viri spermate ⁊ sanguine menstruoso mulieris. Et sperma viri se habet per modum factoris: ⁊ sanguis menstruus per modum materie: hoc quideꝫ taliter intellexit Auerrois ꝙ sperma viri nullo modo staret in substantia embrionis: ⁊ ꝙ sperma mulieris ad generationem nullo modo intraret. Galenus vero ponit ex duobus spermatibus viri scilicet ⁊ mulieris ad inuicem agentibus ⁊ patientibus embrionem causari. Ita ꝙ vnuꝫ quodqꝫ ipsorum agit in aliud: ⁊ patitur ab alio ⁊ ex cōmixtione amborum adinuicem causat embrionis generatio: ita tamen fit ꝙ ex spermate viri fit actio fortior: minor autem ex spermate mulieris. Auicenna vero qui ī dictis apprime physicis laborauit Galeni sequens opinionem cassat omnino Auerrois dictionem dicens: Quod ex duobus spermatibus fit generatio embrionis: ita quod si mulier non spermatizat: non fit filius neqꝫ filia: ⁊ sicut coagulum se habet in caseo per viam coagulationis actiue: ⁊ lac se habet per viam coagulationis passiue: ita sperma viri ad embrionis generationem se habet per vim coagulationis actiue Et quemadmoduꝫ vnumquodqꝫ duoruꝫ coaguli scilicet ⁊ lactis est pars substantie casei: q fit ex eis: ita vnumquodqꝫ duorum spermatū est pars substantie embrionis: nec istud verbū discordat a philosopho: Nam sperma mulieris est adeo a natura sanguinis elongatum ꝑꝑ mulieris frigiditateꝫ non valentis illud bene

decoquere: ⁊ propter vicinitatē vasorum sper
matis: ⁊ matricis: quod nō est dignum vocari
sperma. Et propter hoc voluit philosophus ip
sum sanguinem mestruū appellare. et etiā li
cet ex duobus spermatibus fiat embrionis pri
ma generatio ex quibus: omnia membra consi
milia: excepta carne ⁊ pinguedine generantur
tamen ad ipsorū augumētū: ⁊ ad carnis gene
rationē ⁊ pinguedinis sanguis prouenit men
strualis. Matrix vero mulieris: que formam
habet naturalem: ⁊ cōplexionē aptā ad con
ceptionē: sicut quelibet mēbra formā habent
cōuenientē ad eorū proprias actiōes cū trans
glutit sperma ad ipsius matricis profundum:
tūc totā se naturaliter colligit circa illud: suūqꝫ
taliter claudit orificium: quod non posset illud
intrare stillus. Informatiua vero virtus appro
priata huic officio cū deo glorioso cōtinuata: q̄
non cōprehendit: quoniam est de secretis dei
modū inuenit mediante calore naturali: qui est
istrumentū eius: Spiritus vero qui descēdunt
cum duobus spermatibus: sed cū spermate pa
tris plus permiscentur illa spermata: ⁊ itendūt
generare vnūquēqꝫ spiritum: tam vitalē q̄ȝ ani
malē: q̄ȝ naturalē: ⁊ minerā vnicuiqꝫ propriā:
⁊ hoc facit in sex primis diebus in illis solum
spermaticis de sanguine menstruoso nihil pe
tens: quoniam vsqꝫ ad illos dies non fit talis
resolutio de qua curet. Sed postea incipit ap
petere: ⁊ menstruum sanguinē attrahere: ⁊ tūc
icipit attractiua: ⁊ in tribus diebus incipiūt fie
ri puncta ⁊ lineationes ⁊ in sex vltra sanguis
menstruus intrat in spermate: qui quidē san
guis toto cōceptionis tempore in quinqꝫ par
tes diuiditur. Una mutatur in naturam sper
maticam: ⁊ tendit ad augumentum membrorū
a duobus spermatibus habentium principiū
Secunda pars est sanguinis grossi: quā cali
ditas coagulat: ⁊ mutat in carnem. Tertia
pars subtilis: quā frigiditas coagulat: ⁊ muta
tur i pinguedinem. Quarta pars boni sangui
nis qui superhabundat ab his omnibus: ⁊ trā
sit ad mamillas: ⁊ cōuertit i lac. Quinta que
superfluit ad hec omnia vsqꝫ in diē partus re
manet in matrice. Post. xv. dies a principio
conceptionis. xij. diebus sequentibus fit san
guis: humiditas: caro: nucha elongatur: cor: ⁊
cerebrum: epar: i tribus vesicis incipiunt appa
rere. Deinde apparet vmbelicus: qui quāquā
post illas appareat: ante illa tamen perficitur.
In decem sequentibus diebus elongatur ca
put ab humeris. Uenter a lateribus: extremi
tates a ventre. Quattuor diebus sequentibus
perficitur totus quiqꝫ sequentibus: ⁊ sunt. xlv.
sentit duplicatis omnibus ⁊ sunt. cx. mouetur
triplicatis omnibus: ⁊ sunt nouē menses: i qui
bus nascit: hoc tamen i aliquibus fallit sed vt
plurimū verificat. Unde versus.

¶ Cū recipit matrix generādo spma pentis
¶ Sex i lacte dies stat: tribus linea pūctis
¶ Incipit: ⁊ sanguis sex post i spmate trāsit:
¶ Humiditas caro fit: sequētibꝰ i duodenis
¶ Nuchaqꝫ lōgat: tria mēbra regalia ꝯstāt
¶ In reliqs nouē extremis latera distāt:
¶ Humerus ⁊ ceruix vēter: q̄ttuorqꝫ seq̄ntes
¶ Perficiūt totū: dāt sensū: deniqꝫ quinqꝫ
¶ Duplica: sicqꝫ dies dat nonagesima motū
¶ Si queris ortū: tunc tēpus triplica totum.

Sola ergo caro ⁊ pinguedo generātur ex san
guine menstruoso: ossa vero ⁊ cartilagines: li
gamēta ⁊ nerui: vene: corde: arterie: pāniculi: cu
tis ex duobꝰ spermatibus generantur: vt vult
Auicenna: ⁊ omnes alij doctores: ⁊ vt appro
bat experimētū Chyrurgicū. Nā si aliqd isto
rum membrorū amputet nullatenus vera re
stauratione restauratur: quoniā eorum mate
ria fuit sperma parentum: quod formam aliā
acquisiuit: sed caro cuius materia est sanguis:
q quottidie generatur in nobis: cui sanguis dat
formā verā restaurationem recipit completā:
hec Lanfrācus. Ideo dentes q generant ex
materia antedicta scilicet spermatica: que idi
uisibilis est: ⁊ que i radicali humido cōuertit
sic scilicet mēbro iciso i quacūqꝫ minima eius
parte semper reperitur: vt arguat sic: omne si
gnum est representatiuum sui signati: sed den
tes generant ex materia spermatica: ergo si ex
trahant nulla vera restauratione restaurari pos
sunt: patet consequentia cum maiori: minor est
nota q a dentes originē habent a cerebro: ⁊
quanto rariores sunt ⁊ exigui tanto plus osten
dunt virtutis spermatice ⁊ cerebri debilitatē:
⁊ ex consequenti totius corporis debilitatem:
⁊ malam complexionem cum cerebri compo
sitione: ex quo seqt radicalium membrorū dis
cordantia scilicet cordis: epatis: ⁊ cerebri: ⁊ iō
breuitas vite talibus pronosticat: qa virtus nō
consistit nisi ex humorū equatione propter an

tedictorum mēbrorum concordantiaꝫ queād-
modum alibi ostendemus. Aliqui dicunt Iu-
lium Cesarem habuisse dentes raros: ⁊ tamē
fuisse fortissime cōplexionis ideo ⁊c. Dico au-
tem ꝙ philosophus particula decima proble-
matum intelligit ꝙ habentes dentes raros ⁊
debiles sunt male complexionis ꝙ taliter Ce-
sari non accidit. Paucitas dentium po-
test prouenire eo quia os mandibule potest es-
se compactum ⁊ densum virtute spermatica i-
pendiēte tamen ex se ipsa etiam forti ⁊ obedi-
ente seu intendente ad supplementuꝫ virtutis
ipsorum dentium: ⁊ secūdū quod reperitur sub-
iectum dispositūꝫ: ita se habent in quantitate: ⁊
qualitate: nihilominus physionomista non ad
vnum signū solum considerare habet: sed plu-
ra predominantia ad inuicem proportionando
vt intelligere oportet in singulis dictis nostris
īferius: Quemadmodum testantur physiono-
mi: ⁊ philosophus ad Alexandrum: ⁊ in phy-
sionomia methaphorica: dum inquit. Omnino
autem vni signorum credere fatuum est. Quan-
do autem plura conueniunt in vno magis vtiqꝫ
secundum cōueniens accipiet quis vera esse si-
gna: vt etiam tenet Rasys dum ait: oportet vt
cum iudicare volueris non vnam tantū atten-
das intentionem: sed in quantuꝫ vales itēdas
aggregationem. Et si quando significationum
acciderit contrarietas ipsarum virtutes ⁊ testi-
monia mentiantur. Deinde ad fortes ipsarum
declina ⁊ earum iudica testimonio: ⁊ similiter
que plures sunt. Preterea scire debes quod
faciei significatio: ⁊ precipue oculorum: oībus
alijs significationibus in fortitudine ⁊ firmitu-
dine preiudicat: vt dicemus i secūdo libro. Et
hoc apprehēdere non potest rude ingeniū sed
speculatiuū tātuꝫ: ⁊ maxime ille qui ab humo-
ribus melancolicis denudatur hoc melius co-
gnoscet.

Capitulum tertium contra Pliniū vt su-
perius dixi de physionomia atqꝫ Chyroman-
tia.

In Omni autem re terrena que
effectum producit: a medicis et
phylosophis eius causa elemen-
tis seu corporibus celestibus at-
tribuitur. Inquit Mesue primo ꝺ appropria-
tis. Dotauit eni deus: vt aiunt philosophi om-
ne duplici scilicet virtute elementaria ⁊ celesti
hinc quideꝫ cōmuni: hinc vero propria: Et. n.
calefactiuū ⁊ infrigidatiuū calidum ⁊ frigiduꝫ
omne: Solutiuum autem non quia calidum ⁊
frigidū: sed qꝛ celesti virtute datum sit ipsius cō-
mixtione regulante: ⁊ ab hoc quidem solutiuū
illud vero prouocatiuum: illud vero aliter ⁊ ali-
ter: ⁊ hoc qꝛ celestialem supra complexionem
fert. Inqt Plato dotauit res quidem natura
ꝓprietatibus: omnino quodlibet secunduꝫ qꝺ
meretur a specie sua quod proprium: Utique
enim nullius rei est actio propria nisi quā spe-
cies idest forma regulat. Hoc autem certifica-
re non est medici: sed eius: qui se altius agit: o-
pinari autem inconueniens ⁊cetera. Ideꝫ sen-
tit Auicenna i secundo canone capitulo tertio
dum inqt Sermo vero differentia distinguens
in hoc apud illū est qui altioris gradus qꝫ me-
dici. Nos videmus reubarbarū purgare co-
leram: ⁊ turbit flegma: Tyriacā contrarianteꝫ
veneno. Felles sentit: ⁊ discernit murem per
multam distantiam sine auditu visiuo obiecto:
sed mus fellem non sentit: Similiter oues de
lupo faciunt. Omnia animalia quadrupedia
leonem timent. Et omne genus auium aqui-
lam formidat. Piscis autem delphinum me-
tuit. Cornu monocerotis fugat ⁊ expellit ve-
nenum: vt aiunt: Omne animal nociuum sibi
discernit: ⁊ adiuuatiuum optat: que res cui nisi
ymaginibus celestibus attribui possunt: Et a
vulgo instinctus naturalis dicitur: Aristoteles
īterrogatus quare plante herbe ceteraqꝫ talia
vno eodemqꝫ modo semper se haberent: Res-
pondit quoniam ab intelligentia non errante
gubernantur. Queque etiam principes non
latent cum in eis sentiant non raro in amorem
Martini ⁊ alosie magis se trahi qꝫ Petri.
Quodqꝫ i ludentibus cernimus: vt superueni-
ens incognitus alterum cupiat ex eis lucrari:
reliquum perdere. Quoruꝫ effectuuꝫ causa nō
nisi in celestibus influxibus reduci potest. Ut
tenet Sauonarola in libro de balneis in dis-
putationibus bissextilibus. Hanc sententiā
tenet philosophus metheororum primo. Duꝫ
ait totus iste mundus sensibilis contiguus est
lationibus superioribus: vt tota eius virtus in-
de gubernetur. Item Manilius libro quar-
to. Fata regunt orbem, certa stant omnia le-

ge. Longaqꝫ per certos ſignantur tempora curſus. Naſcentes morimur finiſqꝫ ab origine pēdet ⁊c. Boeci⁹ in libro de bona fortuna. Nūc ludū ludimus infima ſummis: Summaqꝫ infimis mutare gaudemus. Et Virgilius ad hanc illudens ſententiam dixit.

¶ Fortuna potens tantum
¶ Juris atroxqꝫ vendicas:
¶ Enerviſqꝫ bonos erigis/improbos
¶ Nec ſeruare potes muneribus fidem
¶ Fortuna imeritos auget honoribus
¶ Fortuna innocuos cladibus afficit.
¶ Juſtos illa viros pauperie grauat
¶ Indignos eadem diuitijs beat.
¶ Hec aufert iuuenes ⁊ retinet ſenes:
¶ Iniuſto arbitrio tempora diuidens:
¶ Quod dignis adimit tranſit ad impios.
¶ Nec diſcremen habet: rectaqꝫ iudicat
¶ Inconſtans fragilis perfida lubrica
¶ Nec quos clarificat perpetuo fouet:
¶ Nec quos deſerit perpetuo premit.
¶ Item Saluſtius de fortuna inquit.

Sed profecto in omni re fortuna dominatꝰ: ea res cunctas ex libidine ⁊c. Idem teſtatur Albertus i libro de ſecretis mulierum: ⁊ i libro ꝺ mirabilibus mundi dum inquit. Dicit auctor regimenti: quedam ſunt manifeſta ſenſibus ꝺ quibus nullam ſcimus rationē: Et quedam ſunt manifeſta ratione: quibus nullum ſenſum nec ſenſationem percipimus: In primo genere entium nulli credendū eſt niſi experientie: ⁊ non eſt expectanda ratio: nec neganda experientia. Et in ſecundo genere entium non eſt expectandus ſenſus qꝛ ſentiri non poſſunt: quedam ſola experientia ſunt credēda ſine ratione cum careant ſenſibus: Nam cū nos manifeſtam rationem neſciamus: vt ꝙ magnes trahit ferrum. Ita tamen manifeſtat illud experientia: ꝙ nullus negare poteſt: Et quemadmodū iſtud eſt mirabile ꝙ ſola experientia certificat: ita in alijs exiſtimare debet ex tam diuerſis ꝓcedentibus ꝙ humanus intellectus ſecundū Platonem non poteſt eas imitari. Et idē Albertus in ſecundo de mineralibus capitulo primo. Hermes autem ⁊ quidam ſequaces eius indorum plurimi: multa de vniuerſali virtute differentes dicebant: omnium inferiorum virtutes eſſe i ſtellis: ⁊ ymaginibus celorum. Omnes autem virtutes infundi in inferioribus omnibus per circulum Alaur: Quoniam primum circulum ymaginibus celeſtibꝰ diſtinctum eſſe dicebant. Magnetem videmus ferrum attrahere. Et adamantem virtutem reſtrigere. Adhuc autem expertū eſt Saphyros aliquos antraces fugare: ⁊ vnum vidimus oculis noſtris. Et hec cauſa elemētis dari non poteſt: Sed celeſtibus formis: ſeu virtutibꝰ ſpecificis. Et ꝺ hoc nihil aliud qꝫ experiētiam videmus. De experientia philoſophus Secūdo poſteriorū: ⁊ primo methaphiſice ait ab experientia particularium accipimus vniuerſalem ſcientiam. A doctis experientia hoc modo diffinitur. Experientia eſt particularis cognitio alicuius rei: que aliquos producit effectus in plura ſubiecta: ſimilis diſſimiliſque nature. Poteſt aliquis dicere ꝙ omnis res non ſit plena mirabilitate: ⁊ neſcit que maioris quando diligenter certificat: ſed vnuſquiſqꝫ vilipēdit rē quā nō nouit vniuerſaliter ſm omnem modū philoſophandi vnaqueqꝫ res eſt plena mirabilitate. Et poſtqꝫ ſciuerunt hoc Phyloſophi inceperunt experiri: ⁊ educere quid in rebus eſt per tres modos: ⁊ ſic ad debitam peruentum eſt cognitionem rerum: aut quia: aut propter quid: aut propter experientiam: vt ſuperius in ſecundo capitulo dixi. Et vt inquit ptholomeus primo quadrupartiti capitulo primo. Indignum enim eſt: ꝙ illud ex aliqua ſcientia poteſt conſequi contemptibilis habeatur: ⁊ hoc ignorantis operatio eſt: Dic mihi plini cum tuis ſequacibus cum quo trium modorum ſupradictorum derides Ariſtotelem: cum quibus ſylogiſmis aut argumentationibus: cum qua platonica phyloſophia: aut peripatetica: metopoſcopos: ⁊ chyromanticos negas. poteſt ne inficiari: quoniam linee ſint formate a celeſtibus ſpheris: ⁊ non ſint iudicatrices nocumenti ⁊ adiumenti hominum. Vides naturam bruta animalia cognitione dotaſſe: vt diſcernant ſuum congruum ⁊ incōgruū. Si homo eſt animal nobilius: vt dixi: in capitulo primo a fortiori habet dotem animi ⁊ corporis nobiliorem: vt libero arbitrio agat aut auertat ea que nobis liniature oſtendunt: ⁊ figure animalium rationalium ⁊ irrationalium vt in predictis oſtenſum eſt: ⁊ in libro ſequenti patebit. De te non miror dico plini: nam cecus natus non iudicat de colore quantum ad

rem sed quantuꝫ ad nomen secundo phisicoꝝ
textu sexto qui dubitat ꝛ admiratur ignorat vi
detur primo methaphisice: ꝛ in secundo Ce-
rum nescimus sine causa: Et idē philosophus
tunc scire putamus cum causas cognoscimus:
vt ait philosophus primo posterioruꝫ capitulo
secundo ꝛ secundo phisicorum textu . xxvij.
Non tu argumenta : non tu syllogismos af-
fers : sed modo garrulo ꝛ verboso procedis:
In tuo libro vndecimo capitulo trigesimo oc-
tauo scribis Animalia sanguine exuberantia
sunt magis iracunda q̄ꝫ exangnia. Et capitu-
lo trigesimonono. Illa animalia que sangui-
nem habēt subtilem sunt prudentiora. vt acce-
pisti a philosopho de partibus animalium li-
bro secundo capitulo quarto dum ait. Habēt
enim sensum nobiliorem quorum humor te-
nuior ꝛ sincerior est . ꝛ econtra. Ibi physiono
miam concedis: naturam quoqꝫ posse cogno-
sci fateris animalium . Ergo idem tu tibimet
contradicis: canis non ratione sed vsu latrat.
Non miꝝ est si Plinius ipse ausus est philo
sopho contradicere quoniam ꝛ sibi ipsi contra
dicit ꝛ Naꝫ libro secundo cap. decimoqnto as-
serit martis stellam senis mensibus stationalē
esse ꝛ in eodem libro capitulo decimoseptimo
affirmat eandem inobseruabilem esse : modo
stationalem esse ꝛ cursu inobseruabileꝫ contra
dictionem implicat vt patet apud earum exer
citatos in astrologica facultate: ꝛ tunc isto posi
to pro antecedente quodlibet inferi posse con
sequens nullus ambigit certe Plinius: ꝛ pli
niane classis candidati canes imitantur nam
vt ij excrementa obiter ac cursim olfaciunt sic
ille: ꝛ illi rerū nomina de limine tantum salu-
tant ac delibant: recessus vero ipos prorsus ne
gligunt: ꝛ turpiter pretereunt. In tua prefatio
ne confitens aggregasse viginti milia reruꝫ me
morabilium extractaruꝫ ab auctoribus centū.
Facis sicut ille: qui nocturno tempore ignem
struit: qui supra ipsum ignem ligna congrua ꝛ
incongrua proijciens monstruosa ꝯmemoras.
Tu de pluuijs sanguineis loq̄ris. Et de bel
lis in aere confectis . Ais enim in opere tuo
quod Cresus Rex lidie septimo mense est lo
quutus : quod fuit prodigium amissionis re
gni. Et in eodem tuo volumine quod psyl-
lis ꝛ marsis presente Romanoruꝫ senatu obe
ditum fuit a serpentibus: eos deniqꝫ ab eisdeꝫ
serpentibus demorsos. Dic mihi o plini qua
de causa hoc accidit non explicas. Contra te
est ille eximius teuthonicus Albertus magn⁹
in suo lapidario capitulo primo ꝙ scripsisti de
lapidibus preciosis sed non scienter. Omni-
um auctorum auctoritas apud philosophos
sine proprie cause allegatione minime accepta
bilis est: aut sine experientia: tu nec causaꝫ nec
experientiaꝫ rationalem allegas : ergo friuo-
la ꝛ caduca: sicut probatur per verba Alberti
magni dum inquit de mineralibus libro secun
do tractatu tertio capitulo tertio. Non autem
dubitamus quin omne quod est causa aliquo
modo cause est etiam aliquo modo causa cau
sati . Si igitur vis ꝛ afflatus siderum influit
quandam causalitatem artis in artifice: pro cer
to nisi impediatur influet omnibus operibus
artis aliquid sue virtutis . his habitis pro pri
cipio summimus a dictis philosophi quod eti
am alibi probandum est: Figuras celoruꝫ pri
mas esse figuras: ꝛ ante omnia generataruꝫ na
tura ꝛ arte figuratas : Quod autem primum ē
genere ꝛ ordine generatum absqꝫ dubio causa
litatem suam per modum cuiqꝫ congruum om
nibus influit sequentibus . Nos enim non i
tendimus hic de figuris mathematice sump-
tis: sed de figuris prout iducunt diuersitatem
generantium ꝛ generatorum in ordine ꝛ specie
bus: ꝛ natura forme ꝛ materie sue igitur habe
bit figura celestis causalitatem in omni figura
generata a natura eo ꝙ ars resoluitur in princi
pium nature: Or pricipiū artis prout diximus
natura est secundum ꝙ exiuit a suo celesti prin
cipio. Cuius principiū est itellectus practicus
sicut idē itellectus ē pricipiū artis sicut dixim⁹
sepius i de celo ꝛ mūdo ꝛ i physicis . Ex his
autem de necessitate concludit ꝙ si obseruaue
re ad celestem figurā iprimatur figura in mate
ria per naturā vel artē ꝙ celestis figure aliqua
vis influit operi nature ꝛ artis: ꝛ inde est ꝙ ob
seruare ad ymagines celi precipiunt fieri ope
ra ꝛ exitus ꝛ itroitus ꝛ icisio vestium: ꝛ vestitu
ra a Ptholomeo sapiente in cētilogo v̄bo. 22.
vbi iq̄t noua vestimēta facere vel exercere luna
i leone timēdū est maxie si fuerit ipedita. ꝛ etiā
paululū supra loquēs de icisione mēbroꝝ dicit
verbo 20. Tangere membrum ferro: Luna in
signo illius mēbri existēte verēdum. Et hoc de
membris intelligēdum est vniuersaliter: sꝫ stric

tius operatur quãdo luna fuerit lumine plena
ꝙ quando vacua: ⁊ hoc est propter humorum
attractionem ad superius ⁊ humiditatũ. Hinc
est ꝙ sciẽtia geomantie ⁊ figure punctorum ad
ymagines tales reduci percipiuntur. Unde a
stronomorum decus Ptholomeus primo iu
diciorum dicit. Omnis mundane geniture cõ
ditio ex planetis eorũqꝫ signis tãqꝫ ferrũ ex la
pide magnete depẽdet. et Messealach simile
inqt ẽ opus stellaꝝ i hoc mũdo lapidi magneti
⁊ ferro. Ptholomeus ẽt i principio quadru/
ptiti: inquit. Mundanorum ad hoc ⁊ ad illud
mutatio ex virtute corporum celestium proce/
dit. Et Albertus in libro de mirabilibus mũ
di ait. Concursus rerum est secundum cursum
stellarum: exinde tristicia gaudium ⁊c. Hui⁹
etiam rei veritatem theologi confitentur cõce/
dentes iferiora superiorum corporũ regimine
gubernari. Unñ sanctus doctor i prima parte.
qõne. cxiij. articulo tertio quarto quinto. dicit ex
presse necesse est esse vt superiora corpora suas
habeant ĩfluentias ⁊ virtutes qbus in hec ife/
riora ĩfluant. Idem ẽt tenet doctor subtilis in
ꝯo sentẽtiaꝝ cõcedẽs astra in hec inferiora age
re posse. Celum habet in ista iferiora actionẽ
realem ⁊ naturaliter causalẽ nullusqꝫ etiã the
ologus hoc negar̃ videtur. Cui veritati tota ad
heret philosophia. Philosophus i libro de bo
na fortuna iquit. Est autẽ bona fortuna i his q̃
non i nobis existunt non aũt quorũ ipsi domi/
ni sumus ⁊ potentes operari: Unde Averro/
ys primo celi asserit expresse dicens Celum
esse ligamentũ iter substantias abstractas ⁊ ista
iferiora. Idem testatur phũs de generatiõe ꝯo
Omnes iqt forme sunt i terminis. i. in corpori
bus supcelestibus q̃ termios appellat ex eo ꝙ
iponũt formã ⁊ terminũ oibus que sunt a celo
pducta. Nec ab hoc magnus discrepat Al/
bertus i speculo philosophie dicẽs. deũ glorio
sum summa sapientia ordinasse vt p stellas sur
das ⁊ mutas que cõtingunt iferioribus opere
tur. Inquit hyppocras in libro de aere ⁊ aqua
⁊ regionibus dicens. Cum igit̃ medicus tẽpe
rãtiam aeris: temporũ discordiã prenotauerit
scientia sua semp perutilis: ⁊ ad sanitatis ige/
nium cõuenit morbi: ea vero que de re altissi/
ma tractauimus recte tenent ⁊ credunt: norint
astronomiam nõ minimã partẽ esse medicine
que homines quippe pmonet mutationes tẽ/
porum. Idẽ sentit̃ Albubatri auctoritate du/
cis medicorum i prologo libri de experimẽtis
⁊ cõfidentijs. Et haboali abinsceni ꝯa primi
capitulo octauo ꝺ accidentibus aeris ipressio/
nibus ⁊c. Inquit. Ille vero que res sequunt̃
celestes sunt sicut ea que stellaꝝ causa accidũt
⁊c. Et idẽ prima tertij capº ꝺ subet ⁊ somno al
legat causam ipsius subet esse solẽ ⁊ lunã: Ex
ipsa lumine plena humores attrahẽdo ad cir/
cũferentiã a centro operatur. Uacua vero con
uersum facit. Etiã hyppocrates quarto affori/
morũ ait sub cane ⁊ ante canem moleste sunt
purgationes. ⁊ dixit primũ aspice lunã quãdo
est plena luminis: ⁊ tunc crescit sanguis ⁊ me/
dulla in homie ⁊ bestijs omnibus ꝯm augum/
tum: ⁊ i mari ⁊ i cunctis rebus mundanis: Cũ
igit̃ infirmus cadit i lecto opus ẽ ei videre si lu
na exeat de cõbustione tũc. n. crescit infirmitas
quousqꝫ venerit ad oppositiõis gradũ: ⁊ quan
do itrat in oppositione vide si fuerit cum malo
planeta aut in malo loco: ⁊ si aspexerit dñm do
mus mortis: ⁊ per hoc poteris scire vtrũ habe
at mori an non: ⁊ si habebit longã infirmitatẽ
aut non. Nũc videamus naturã omniũ signo
rum iuxta presentiã lune in eis hec omnia di/
cit i libro de hora ⁊ crisi recumbẽtium ꝯm lunã
Et albertus inqt. Dico igit̃: ꝙ me existẽte ve
netijs cũ essem iuuenis incidebant̃ marmora
p serras ad parietes templi ornãdos: contin/
git autẽ in vno marmore iã inciso tabulis inci/
sis sibi applicatis apparere depictũ caput pul
cherrimũ Regis cũ corona ⁊ lõga barba: neqꝫ
i aliquo peccare videbat̃ pictura nisi i hoc solo
ꝙ ptẽ frõtis videbat̃ i medio habere minus al
tera ascẽdẽtẽ versus verticẽ. Sciuimus autem
oẽs q aderamus hoc a natura fuisse pictũ i la/
pide. Et cũ a me quereret̃ causa inordinatio/
nis frontis: dixi lapidẽ illũ ex vapore fuisse co
agulatum ⁊ i medio p calorẽ fortiorem vaporẽ
iordinate ascẽdisse vltra modũ. Fuit aũt pictu
ra eiusdẽ coloris cũ lapide. Alia possent dici:
que narrare omittimus gratia breuitatis. Cuꝫ
igit̃ natura i dies effigies multiformes diuer/
saqꝫ lineamenta idiscriminatim iserat: iõ cõclu
dendũ est: eadem vberiori causa i prestantissi/
mo aialiũ statui ac locari debere. Iuxta illud
philosophi pº posteriorũ cap. 5º. pp vnũ qdqꝫ
⁊ illud magis: ⁊ i codẽ pº. Si ꝺ quo min⁹ vr̃
inesse ⁊ inest: ergo ⁊ ꝺ quo magis. Sꝫ cũ nec

Deus: nec natura quicq̄ʒ ab re facere diluci/
de conspiciatᷣ: vt inq̄t Auerroys pᵒ celi: huius
modi (vt ita dicam) caracteres nullam ob aliaʒ
causam in toto corpore descripsisse creditur ni
si vt haruʒ ductu in preteritos presentes ꝛ fu/
turos euentus libere deduci valeamus: Quis
porro tam saxei penitus est ingenij: qui ac tutū
non dicat hec a summo omniuʒ opifice confec
ta fuisse ad tutandam hominū vitā: Hac nāqʒ
mortales ab icursu hostiū subtrahemus: febres
carceres: rixas aliaqʒ q̄ʒ plura diligenter serua
bimus. Dic queso plini quare natura tot her/
bas: lapides: radices: plātas: ꝛ plura alia vsui
medicine quadrātia tanta ordinis cōpage ꝑdu
xit: nēpe amorē humane speciei solū i causa ex
titisse creditᷣ Aristoteles ȝᵒ de aīa vbi iq̄uit: ꝙ
postq̄ʒ deus hominem in indiuiduo perpetuo
seruare nō potuit: seruat i specie. Uide quanta
sit in nos diuina clemētia. Hec igitᷣ vides qua
nā lege ꝯstituta sunt. Concludēdū ē igitᷣ Chy
romāticos physionomos ꝛ huiusmodi hoīes
nō accidētaliter: Sed diuino profluxisse ꝯsilio.

¶ Capitulū quartū istruens nos vt deuenia/
mus ad maiorē noticiā artis seu sciētie physio
nomie atqʒ chyromātie diuidēdo humanū se/
xum i binas formas seu naturas.

b

Plures philosophi physionomi
ci ꝛ chyromātici in eorū examina
tionibꝰ humanā speciē diuidūt i
duas formas. s. masculinā ꝛ fe/
mininā ẜm aīe ꝓprietatē. Nō aūt naturaliter:
nisi eius ꝓcreatio ꝑturbetᷣ ꝑfectior ē femella i
moribꝰ: ꝛ actionibus. Primo viuacis ē animi
ad īpetū vehemēs: tarde irascibilis: tarde pla/
cabilis: ꝓpensus i operibꝰ: in oportunitatibus
studiosus: apertus liberalis: magnanimus: iu/
stus: securus: inagabundus ꝛ veridicus: Un̄
Auicēna in lib. nono ꝺ aīalibꝰ dixit: dicimus
ergo ꝺ moribus ꝛ pᵒ de hoīe: ē aūt subtilior: ꝛ
mulieres sunt magis pie quā viri. ꝛ magis con
uertibiles: ꝛ īuidiores ꝛ timidiores: ꝛ īuerecun
diores ꝛ magis stulte: ꝛ mendaciores: ꝛ magis
fraudulente ꝛ recipiūt fraudē plus: ꝛ magis re
colētes viles res: ꝛ magis pigre: ꝛ magis mol
les ꝛ magis parate ad cōsuetudineʒ. hec sentē

tia est philosophi lib. nono ꝺ historia aīaliū ca/
pite primo dicentis. Nō in natura ꝑfectissima
est. Et ob eā rē habitus isti ꝯspectiores i eo ip
so cōtinentᷣ. Ita ꝙ mulier misericors magis: ꝛ
ad lachrymas ꝓpensior q̄ʒ vir est inuida. Itē
magis ꝛ querula: ꝛ maledicētior: ꝛ mordatior.
Preterea anxia ꝛ desperās magis q̄ʒ mas:
atqʒ impudentior ꝛ mendacior. Quin etiā faci
lior decipi: meminisseqʒ aptior: ad hec vigilan
tior segnior: ꝛ imobilior deniqʒ ē: ꝛ minus cibi
desiderās. Mas vero viuacior (vt modo dixi)
ꝛ fortior. Et i. xvi. de aīalibꝰ. Femina ē maris
occasione nata. Etiā Auerroys pᵒ physicorū
ꝯmēto. 81. inq̄t femina ē hō īꝑfectus: ꝛ feminei
tas accidit hōini ꝑ accidens Alia lr̄a dicit ex
priuatione. Et Joannitius in hisagogis inq̄t
masculus a femina differt in eo qꝺ hic calidior
ꝛ siccior ē illa e ꝯtrario frigidior ꝛ humidior. ꝛ
in primo de aīalibus. Nobilissimū ꝛ altissimū
ꝛ apud nos notius: ꝛ magis fixum aīal ē hō. ꝛ
i. xj. de aīalibꝰ. Uir i oībꝰ aīalibꝰ ē magis no/
bilis. Aliter masculi fortiores sunt femellis:
nisi in vrso ꝛ leopardo vt octauo ꝺ aīalibꝰ: In
oībꝰ aīaliū generibꝰ femine magis mortuū ha
bēt animū minusqʒ sunt patiētes: ꝛ citius ꝯuer
ti possunt: citiusqʒ irascuntᷣ: ꝛ velocius sedantᷣ:
minorisqʒ sunt caliditatis: sunt p̄terea p̄cipites
inuerecūde caput ēt habēt paruū: ꝛ faciē ꝛ col
lū subtilia: pectus quoqʒ ꝛ spatulas habēt ma
gis angustas: atqʒ costas minores: coxas vero
vtrinqʒ habēt grossas ꝛ nates similiter. Earū
insuꝑ crura gracilia sunt. Manus aūt ꝛ pedes
tenues. Que in oībꝰ aīaliū vt p̄dictū ē generibꝰ
masculis ꝛ timidiores: ꝛ ꝺterius inueniūtᷣ mo
rigērate. hec Almāsor secūdus. Femina vt plu
rimū credula est: ꝛ malefica. Credulitas signi
ficat maliciā itelligētie: sʒ tēperata magis cōue
niēs: vt dicit hyppocras ꝛ i libro secretoꝝ. Ari
stoteles tū ex ꝑte organoꝝ: tū operationū ꝛ mo
rū ratione i q̄busdā physionomijs methapho/
ricis sermonibus hystorialiter i leone ꝛ pardo
eximie declarauit vt iferius patebit ꝑ leonē na
turā masculinā: ꝑ pardū vero femininam desi/
gnās. Si aūt vt stabilitū ē p̄fatā opationē non
seruet vnūquodqʒ. Sʒ si mas ꝯuersiōis femel
le ꝓprietates assumat: Signū nēpe ꝙ ifidus
ē ꝺtractor ꝛ mēdax: quēadmodū ptes ipse mē/
dosum ꝛ versipellē sibi sexū vsurparūt. Sed si
corporis ꝯpositionē: ꝛ corporalē ꝯplexionē ani

mā ſeq ꝯcedis (vt etiā diximus ſuperius) ⁊ ēt
Gilbertus i libro ſex pricipioꝝ. Opȝ igit̄ fe-
minā q̄ maris ꝯpoſitionē hȝ ſeq eius veſtigia ⁊
extra. Sic phyſionomiſta ⁊ Chyromāticus ꝺ
lineis ꝯſiderat ac formis differentias: Ait eni
Frāciſcus aſculanus in lib. cerbe i cap. ꝺ luxu
ria phyſionomice loquendo aut ꝑſuaſiue.

De non credati a femina ſcioccha
E non vacenda lor ficta bellezza
Ma riguardati come dentro fioccha.
Miri la mente cum gliocchij cerueri
Che alhora perderai la ſua vagbezza
De lei mirando li ſoci miſteri.

Hic docet vernaculus phūs q̄ non eſt cōfidē
dū muliebri pulchritudini: q̄ȝ naturalis non
exiſtit: ſed ꝑ artificiū cū aquis. ſ. ⁊ ſimilibꝰ: vt i
tuenti patet. Et etiā mulieres ferūt caput vt
ceruus nā oculi eorū ſtabilitatē nō habent: ſȝ
vacillādo cōtinue ſunt i gyrū a dextris ⁊ a ſini
ſtris ſurſum ⁊ deorſum qꝺ arguit ꝑcipuā inſta
bilitatē: atqȝ luxuriā inſaciabilem. Adeo q̄ ſi
intenſiue habēt ſunt meretrices: ⁊ expertus lo
quor. Franciſcus petrarcha eo in libro quem
ꝺ vita ſolitaria ſcripſit: qꝺ de eis ſentiat libet
apponere. Dicit enim ſic. Nullū virus adeo
peſtiferū vitā hanc ſectantibus vt muliebre cō
ſortiū. Femineus enim decor eo formidoloſior
funeſtiorqȝ: quo blandior: vt ſileam mores: qui
bus omnino nil inſtabilius: nihil ſtudio qetis
infeſtius. Quiſqȝ requiem queris feminā caue
perpetuam officinā litiū: ac laborꝝ. Raro ſub
eodem tecto habitant qes ⁊ mulier. Eccleſia-
ſtes. xxv. Mulier ſi primatū habeat contraria
eſt viro ſuo. Ait etiā a muliere factū eſt initiū
peccati: ⁊ per illam omnes morimur. Item ec
cleſiaſtes. xl. cap. ait. De veſtimentis. n. ꝓcedit
tinea: ⁊ a muliere iniqtas viri. Melior eſt ini-
quitas viri q̄ȝ bene faciens mulier: ⁊ vt inquit
poeta varium ⁊ mutabile ſemꝑ femina. Maſ
culus ex parte compoſitionis eſſe dȝ vt dixit ꝯ
ciliator: maſculinū enim genus: ſi ſtimulata or-
dinem non ꝑturbat natura: caput grāde hȝ: fa
ciem in omnem diametrū expāſam: collū groſ
ſum: viuidum ⁊ neruoſum: pectus quoqȝ for-
te ⁊ amplum. Similiter ⁊ ſpatulas: coſtas ma
gnas dorſo ⁊ ſibi inuicem vehementer ⁊ ante-
rius copulatas. Dorſum omne neruoſum atqȝ
bene ꝺarticulatū: ventrem mediocriter quidē
carnoſum: coxas ⁊ nates minores: ⁊ gracilio-
res femellis. Totā quoqȝ groſſam ꝓtenſam ⁊
decenti alterutram proportionem compoſitā:
⁊ vt omnino eſt dicere maiores in creatura atqȝ
fortiores femellis niſi hoc aliquod ꝑ accidens
recōpeſet velut in auium genere rapaciū tem-
perata natura. Femina debet habere oppoſitū
ſcilicet caput paruū: faciem longā: collū ſubtile
gulā amplam ⁊ aliqualiter eminentem: pectus
ſubtile: ⁊ ſpatulas compreſſas hyppocondria
ſubtilia: ⁊ dorſum: coxas ⁊ nates maiores maſ
culis. Crura quaſi equalia: pedes paruos: cal
caneum cōpreſſum: brachia curta: manus ⁊ di
gitos paruos. Labia ſubtilia ⁊ mentum rotun
dum cum quadam fouea: quale Apuleius vo
cat laculatū: dico ꝑ longitudinem: aut latitudi
nem. Et carnem mollem in tactu: ⁊ protenſos
capillos obornatos. Ratio allegatur ab haly-
ablate primo theorice capitulo. xxij. de maris
⁊ femine natura: dum inquit. Virorum pecto
ra lata ſunt propter dilatantem calorem. At ve
ro cōtrarium eſt mulieri que pilis priuate ſunt
in pectoribus ⁊ ventre manibus ⁊ pedibꝰ ꝓp
ter earum complexionis frigus: ⁊ debilior ani
mi minus audaces: pectora earū ſtricta. Pec
toris enim latitudo hōinis proprium eſt. Te-
nue ⁊ inualidū teſtat̄ animū imbecillem. Ca-
ſtratorum corpus non ſolum exterminat ſed
etiam animus ab eo vt parum differat a femi-
nis vt tenet philoſophus decimoquinto de ani
malibus. Tamen mas ⁊ femina ope mutua
coniunguntur filioſque procreant non ſolum
vt nature id tributum ferant. Verum etiam
vt commoda exinde ſuſcipiant: valentes enim
ipſi imbecilles ſuo labore tuentur ⁊ alunt.
Mox imbecilles obſeniū facti a valentibus
eadem appetant ⁊ reportent ⁊ ſimul natura ꝑ
hunc circuitum adimplet ſempiternitatem: ex
quo ſecundum numerum non poteſt: at ſecun-
dum ſpeciem. Sic enim diuina prouidentia
vtriuſque natura ordinata eſt: Viri ſcilicet ⁊
mulieris: ad ſocietatem enim tendunt: ⁊ eo-
rum omnia preterea ad vtilitatem: licet contra
ria quedam videantur. Alterum enim robu
ſtiſſimum fecit. Alterum imbecillius: vt hoc
quidem ob timorem cautius: Illud vero ꝓp
ter fortitudinem pugnancius eſſet. Et alterū
parat foris: alterum parta domi conſeruat.
Ad operis vero perfectionem alterum ſedu
litatem intra limen agit: Alterum ad exter-

nam peruagationem aptum fecit. Imbecil-
lem: alterum ad sedulitatem deterius est ad
motus autem valentius. Circa prolem autez
generatio quidem propria vtilitas vero cōis.
Alterius.n.nutrire ē: Alteri⁹ erudire: vt tz Leo
nardus aretinus ↄmētator libri iconomicoꝝ.
Inqt Auicēna.x°.sue methaphisice ca° q̄rto
iustū est aūt vt mulier custodiat̄ ē.n.parui sen
sus ⁊ ↄceptibilis ⁊ magne voluptatis ex cuius
cōmunione ꝓuenit ignominia ⁊ verecūdia ma
xima. Ex cōmuniōe vero viri nō ꝓuenit igno
minia sz inuidia ⁊ iō debēt custodiri porte ⁊ cor
tine. ⁊ magis iferius ait vtilitas vō coitus viri
qz cōis ē sz portio mulieris maior ē. Fuge aūt
a societate mulieris qñ ē virago: qz indiciū est
luxurie atqz malignitatis. Sic extra de effemi
natis viris.

Capitulum quintū de moꝝ mutatione.

Tates ⁊ diuersa tēpora mutāt ↄ
plexiones: dicimus.n. adolescen
tes sanguineos: Iuuenes coleri
cos: senes ⁊ decrepitos flegmati
cos vel melācholicos. Igitur ad diuersitatem
etatū ⁊ tēpoꝝ seq̄t diuersitas moꝝ aialiū. Cō
firmat̄ ꝑ experientiā qz iuuenes vt i plurib⁹ sūt
hylares ⁊ iocūdi: ⁊ breuiter habēt mores san-
guineorū: ⁊ mixtos sm processuz tēporis suc
cessiue tepescūt: ⁊ similiter i senectute ex toto ↄ
ficiūt. Idē arguit̄ diuersis tēporib⁹ āni scōm
quorum diuersitatē: diuersificat̄ dñiū quattuor
humorū in corporibus. In vere.n.abūdat san
guis: In estate colera. In autūno melācholia
In hyeme vero flegma. Sz istis humoribus
variatis variant̄ ↄplexiones: ⁊ ꝑ ↄsequēs mo-
res naturales. Preterea honores mutāt mo-
res: ergo multo plus tempora mutāt ipsos: pz
statim consequentia honores.n.magis sūt ad-
uētitij hōinib⁹ qz accedūt ⁊ recedūt: nō sic aūt
tēpus qz istud seq̄t̄ iseperabiliter: sicut mēsura
oium que fiūt in istis inferioribus. Illa autez
q̄ sunt ⁊ fiunt corrūpunt̄ ⁊ tabescunt cū tēpore
vt patet.4.physicorū. ⁊ sic pz ↄsequētia: ante-
cedēs aūt ē cōmune ⁊ famosuz: ⁊ ꝑcōsequens
saltē in toto non pōt esse falsum: vt dicit ↄmen
tator tertio de anima: trahens illud e dicto ari
stotelis in de sōno ⁊ vigilia: dicentis fama quā
oēs famāt nō oino ꝑdit̄. Et istud ꝓuerbiū cō
firmat experientia. Visuz.n.ē frequenter ꝙ ali
q q i morib⁹ ↄstitu i apparebāt multū humiles
tāqz agni: affabiles: ciuiles: ⁊ vniuersaliter vir
tuosi: ad dignitates ⁊ magnos status promoti
inuenti sunt sup̄bissimi vrsini ⁊ insuportabiles
⁊ multum vitiosi. homines igit̄ mutāt mores.

Capitulū sextū de significatione dispositio
nis ⁊ forme faciei: ⁊ est textus Aristotelis cuz
expositione Gulielmi nurice.

Textus.

Igure aūt ⁊ passiones: q̄ appa-
rent i facie secūdū similitudines
accipiūtur passionis. Quādo.n.
patit̄ aliquid fit vt si hoc habe-
ret: vt qñ aliqs irascit̄: irascibile signū eiusdē.

Expositio.

Ic Aristoteles docet physiono
mizare ex figuris: ⁊ dispositioni-
bus faciei: que apparent in facie
supple naturaliter sūt similes pas
sioni.i.dispositioni faciei apparenti i facie. ali-
cuius ↄstituti i aliqua passione accidentaliter
Vult dicere ꝙ figure ⁊ dispositiones faciei na
turales ⁊ ꝑmanētes significant tales passiōes
anime ⁊ corporis naturales quas similes dis-
positiones accidentaliter significaret extrinsece
si tales passiones iessent eis accidentaliter ⁊
extrinsece. Quandocūqz.n.aliquis patitur ali
quam passionem accidentaliter: quamuis nō
sit ei naturalis nihilomin⁹ apparet similis dis
positio i facie sua: q̄zdiu i tali passione constitu
tus accidentaliter que apparet i facie sua: si ta
lis passio iesset ei naturaliter sicut in facie ali-
cuius irati: licet non sit naturaliter iracundus
apparet signum naturaliter iracundie: apparet
signum naturaliter iracundi: sicut rubedo vel
quodcūqz sit illud: q̄z diu ē in passione ire con
stitutus: ⁊ hoc intendit cum dicit. Quando.n.
patitur aliquid supple aliquis accidentaliter
aliquam passionem: fit idest disponitur in facie
vt si haberet. Et hoc est quia spiritus alteran-
tur aut a causa intrinseca: ⁊ hec est ira natura-
lis proueniēs ab instinctu naturali. Vel cau-
satur ab extrinseco: ⁊ hoc potest esse a diuersis
causis vt puta ab ebrietate ⁊cetera. Si habe-

renit illam passionem naturaliter: vt quando a-
liquis irascitur accidentaliter irascibile signum
idest dispositio significans iram naturalez sup
ple sit signum eiusdem idest ꝙ aliquis irascit̃
accidentaliter: ⁊ ita ira naturalis: ⁊ ira accidẽ-
talis habent idem signum: ⁊ eãdez dispositio-
nem in facie. Licet in facie iracundi naturali
ter istud signum sit permanens: In facie vero
irati accidentaliter: Sed passiue transiens ⁊ re
cedens. Causa autez quare ex passionibus na
turalibus: ⁊ innaturalibus siue accidentalibꝰ
causatur eadem dispositio: ⁊ idem motus i fa
cie est: quia licet cause remote dispositionis ⁊
motionis faciei naturalis permanentis ⁊ acci-
dentalis ⁊ transeuntis: sicut alie diuerse. Cau
se tamen propinque ⁊ imediate ad quoruz idẽ
titatem precipue sequitur idemtitas effectu-
um sunt vtrobiqz eadem per eius euidentiam.
Est sciendu ꝙ licet vnus ⁊ idem effectus nõ
possit habere nisi vnam causam proprie: ⁊ im-
mediate: ⁊ hoc in eodem genere cause: nihilo-
minus potest habere diuersas causas remotas
quarum alique sunt proprie: alique per acci-
dens: alique intrinsece alique extrinsece: dum
modo tamen per accidens ad causas per se or
dinentur: tunc enim est idem effectus vtrunqz:
Qui quidem effectus potest esse causa imme-
diata alicuius alterius effectus: cuius quidem
effectus iste cause remote sunt etiam cause: qz
quicquid est causa cause: est causa causati sicut
patet in exemplo de sanitate que potest fieri a
natura: ⁊ etiam ab arte quia a medicina tanqz
a causis remotis eo ꝙ debita proportio humo
rum in corpore: que est causa immediata sani-
tatis potest causari a natura: ⁊ etiam a medi-
cina. Sic dico in proposito de dispositionibus
faciei. Eadem enim dispositio potest proue
nire a passionibus naturalibus. ⁊ accidentali-
bus tanquam a causis remotis: cum ab illis
causis remotis possit prouenire vnus effectus
que est causa immediata illius dispositionis:
siue cum accensio sanguinis fiat naturaliter: si
ue accidentaliter semper erit accensio sangui-
nis: ⁊ ebullitio: que est causa per se ⁊ imedia-
ta rubedinis in facie. Similiter siue aliquis ha
beat ex nimia potatione vini dispositionez ebrij
in facie: siue ex passione naturali: tamen spiri-
tus ⁊ humores ex quibus ista dispositio imme
diate causatur: equaliter disponuntur in ebrio-
so naturaliter: ⁊ ebrio accidentaliter ratione ni
mie potationis. Licet enim nimia potatio vi
ni per accidens faciat talem morem in facie:
causa tamen per se ⁊ immediata talis moris i-
ducitur: ⁊ excitatur: a vino sicut ex rasura capi-
tis inducitur per se causa salutis: ⁊ sic de om-
nibus alijs effectibus ⁊ causis per accidens.
Semper enim istud quod est per accidens o-
portet reduci ad per se. Ex predictis potest p
positum sic probari: ex similitudine dispositio-
num faciei easdem causas per se ⁊ immedia-
tas habentium conuenienter potest argui simi
litudo passionum per istas dispositiones signa
tarum. Cum ex idemtitate per se: ⁊ imediata
rum causarum conuenienter arguatur idemti-
tas effectuum. Sed dispositio faciei naturalis
designans aliquam passionem naturalem: et
est similis dispositioni accidentali designanti
eandem passionem inesse accidentaliter: ⁊ ha
bent easdem causas propinquas ⁊ immedia-
tas: licet habeant diuersas causas remotas igi
tur cõmẽtator ex similitudie dispositionũ faciei
accidentalium: ⁊ designãtiũ aliquã passionem
inesse accidentaliter ad dispositiones faciei na
turales potest conuenienter argui similes pas-
siones inesse naturaliter in habentibus similes
dispositiones naturaliter. Si ergo rubedo in
facie significat iracundiam accidentalem: vel
ebrietatem accidentalem: verisimiliter potest
argui ꝙ rubedo faciei naturaliter significaret
iracundiam vel ebrietatem naturalem. Et
hoc etiam voluit Rasys. vbi dicit: cuius homi
nis facies faciei ebrij scilicet accidentaliter as
similatur ebriosus est: iracundo autem irascibi
lis est: Qui autem verecundo inuenitur similis
verecundus est. hec ille. Ex predictis patet ꝙ
Aristoteles non contrariatur sibi hic: ⁊ supra
vbi improbauit modum philosophãdi antiquo
rum ex moribus apparentibus i facie physio-
nomizati. Quia antiqui ex talibus apparenti-
is accidentalibus etiam semel apparentibus:
⁊ ex vna sola statim iudicabant aliquem habe-
re passionem istam naturaliter: quam similes
apparentie consequuntur. hoc autem tanquam
falsum Aristoteles improbauit. Non enĩ seq
tur si aliquis pro vna vice ex aliquo accidente
te ẽ hylaris ita de alijs ⁊c. Nihilominus ex ta
libꝰ apparẽtijs i diuersis in aliqua passione ac
cidẽtaliter cõstitutis: quã qdẽ passionem tales

apparentie ⁊ dispositiones consequuntur: potest argui probabiliter: ꝙ ille qui habet tales dispositiones in facie accidentaliter: habeat ēt illas passiones: que huiusmodi dispositionem sequuntur naturaliter: sic ex quo videmus ꝙ omnes timentes accidentaliter: quantumcūqꝫ sint audaces naturaliter semper pallent i facie q̄zdiu sunt in actuali timore: verisimiliter arguere possumus ꝙ pallidus naturaliter sit timidus naturaliter. Et hoc itēdit hic Aristoteles Unde nulla est cōtradictio hic ⁊ ibi.

¶ Capitulū septimū quare est ꝙ hominū mores i diversis regionibus naturaliter diversificantur.

Sciendum est. (vt dixi) superius i capitulo primo ꝙ licet celū non possit agere i animā directe tamē potest idirecte: q2 in corpus: qđ est anime instrumentū: secūdū cuius diversitatem in suis dispositionibus diversificatur anima i suis actionibus ⁊ passionibus naturalibus vt patet in prehabitis: vt tꝫ philosophus ⁊ omnes legittimi auctores. Unde fit ꝙ homines diversarum regionū: ⁊ aliquando non multum distantiū propter diversum iflu x ū celi sunt diversarū dispositionū in corporibus ⁊ etiam operationibus ⁊ per consequens diversorū morū i aialibus. Unde vnaqueqꝫ provincia habundat i suo sensu. Et hyppocras i libro de aqua ⁊ aere ⁊ regionib9 dicit. Et quē admodū i forma corporee differunt figure ita quoqꝫ necesse est eos differre animi qualitate: sunt enī iracūdissimi duri inculti atqꝫ agrestissimi. hoc antē ex multa cōmutatiōe parua quoqꝫ stabilitate: sic habitatores Europe fortioris animi q̄ꝫ qui asie sunt: ocium quippe ac pigricia ex aeris equalitate provenit: per quam inequale est anime ⁊ corporis robur. Labor ⁊ exercitiū tollerātiā prestat. Quies autem ⁊ requies timorē ⁊ ignaviam. Labor vero ⁊ exagitatio animositatē ministrat. Quare Europe habitatores ⁊ militia gaudent: ⁊ pugna: cuiq̄ꝫ subijci vel humiliari respuentes. Differūt hac primo varietate. Secūdo vero q2 eiusdē Europe terre pars altera est magna altera vero parua. hic sūt profūditas: hic quoqꝫ planicies. Rursus ⁊ i tēporib9 mutatio parua. Et istud videmus ad oculos de germanis: ⁊ quibusdā alijs ipsis ꝓpinqs: quos ꝓ eoꝝ reverentia noīare nō audeo: qui tamē nō sunt gallici: eo ꝙ gallici pro maiori parte germanis assimilant̄ i cōditionibus ifrascriptis. Qui quidē homines vt plurimū sunt quo ad corpus fusci nigri macilenti ꝑui: quo ad animā vero astuti: dolosi: avari: tenaces meticulosi: vt etiā rememorabo i ħo libro iferius. Si scire cupis hyspani oēs appellant Germani vero vt i pluribus quo ad corpora ⁊ animā eoꝝ sunt oppositarū cōditionū. Unde dicit Ysidorus ethimologiaꝝ. 9°. ꝙ germanie sunt nationes multe imania corpora habētes: virib9 fortes: audaces animo: facie đcori ⁊ formosi comati: ⁊ come flave: liberales: hylares ⁊ iocūdi: coitū appetētes: ⁊ potissime saxones: qui i predictis sunt excellētes: qui dicti sunt saxones eo ꝙ valētissimum sit genus hominū prestantius ceteris: hostibus suis non solum terra sed etiam mari ifestum. Sunt enim ipsis ac si sint saxei importabiles atqꝫ duri. Hec Ysidorus. Uult enim Aristoteles ꝙ aliq in physionomizando respexerūt ad diversa genera animalium sicut fecerūt primi sed disiūgebant idest diversa signa physionomie accipiebant ex ipso genere hominū: ⁊ faciebant electionem signorū secūdū gentes idest respiciendo ad diversas nationes gentiū quas videbāt differre secundū visum idest faciem ⁊ colores ⁊ secūdū ceteras dispositiones corporales (vt de egyptijs ⁊ scitis ⁊ tracib9 q multū in istis differūt. Uel aliter secūdū visum idest secundū diversos aspectus celi vt ait Gulielmus nurice ⁊ bene ⁊ quasi vult dicere ꝙ isti accipiebant electionem signorum in ipsis hominibus diversarū regionū diversas dispositiones corporū ⁊ diversos mores animarū habentibus iudicādo ꝙ homines aliq vni9 regionis sunt: q b9 aliquando contingit esse similes in dispositionibus corporum hominib9 aliarum regionum: assimilantur etiam eis in passionib9 animarum. Ut si aliquis germanus vel gallicus disposit9 in corpore: vt Lombardus morigeratus vel etiā econverso. Exemplificat autem de egyptijs tracib9 ⁊ scitis: qui sunt homines diversarum regionū multum differentes in corporibus ⁊ etiam in naturalibus moribus. Sunt enim Egyptij homines inhabitantes Egyp

m₃ secūdu₃ Ysidorum introrsus ⁊ procedunt ad Ethiopiam. In qua quidem Ethiopia secundum Plinium libro quinto: ⁊ precipue monstruosi uigent homines. Nam quidam solem orientem ⁊ occidentem versus dira imprecatione idest maledictione inuentur continue idest maledicunt solem propter eius ardorem eis valde grauem. Alij dicti troglodite idest pigmei specus excauant ⁊ illos i loco domorum habitant serpentes ⁊ omne inadipē comedūt: quibus stridor potius est q̄₃ vox. Alij dicti sunt garamātes velut pecudes ⁊ hi sunt matrimonij expertes: passim cu₃ mulieribus diuersis habitantes. Alij dicuntur garfasantes icedūt nudi ⁊ nullo exercitio occupantur. Alij dicūtur blemii q tradunt capita non habere: sed os ⁊ oculos habēt pectori infixos vt etiam audiui a fide dignis. Sunt ⁊ Sathyri figuram solū habentes humanā: quo ad mores penitus sunt inhumani. Et vt idē Plinius dicit libro sexto. Sunt alij canem pro rege habentes ad cuius motus augurizantes faciunt quod videt. Sūt ⁊ alij qui erios siue terrios dicuntur: habere credūtur isti i fronte oculos. Quidā etiam ex eis leones venant ⁊ pantheras ⁊ de eorum carnibus viuunt: Quorum Rex vnum solum oculu₃ habet i fronte. Alij locustis solis viuunt fumo ⁊ sole induratis: ⁊ hi armis non cedunt nec verberibus. Hec plinius. Uerum isti eiusdem speciei sunt cum hominibus vel ad presens. Traces sunt homies traciam habitantes: que est queda₃ prouincia grecie multas gentes barbaras tenens vt dicit ysidorus ethimologiarum. libro decimoquīto. Scite vero sunt homines scithiam ihabitātes: que est regio maxima multas prouincias ⁊ regiones continens in qua multi monstruosi sunt homines: vt dicit idem ysidorus. De Jtalis nostris: cogita naturam diuersarum gētium ciuitates: castra: prouincias: ⁊ de singulis: vt lombardi mutinenses qui quidem diuulgati sunt fatui vel ignei cerebri. In tuscia Senenses. Ferrarienses asinini more regunt rudibili. Oportet itaq₃ diuersificare indicium in idiuiduis secundū diuersitatem ciuitatum. Exemplum pono: habeo duo indiuidua: que habent signū liberalitatis ⁊ fidelitatis: Unum ex istis idiuiduis est Lombardum: ⁊ alterum Tuscū: ex parte patrie: ethruria iducit infidelitatem ⁊ auariciam. Lombardia agit contrarium differentiā enim pono. Sūmam nāq₃ differentiam oportet etiam fieri ex parte parentū si possibile est vt puta: Signum fatuitatis video in isto cuius parentes ex natura sunt fatui: vt accidit i patria mea: iudica ergo intensiue esse signu₃ ⁊ nō remissiue ⁊ econuerso. Habemus in ciuitate nostra bononiensi quattuor affinitates que quasi omnes sunt fatue. Tamen due sunt adeo fatue ꝙ habent cerebrum ⁊ intellectum vanum cum rudissima credulitate ⁊ huiusmodi non sūt apti ad litteras nec ad arma: sunt enim sine vlla vtilitate cum maxima auaricia. Alij sunt feroces ⁊ feruentis cerebri: proni ad arma ⁊ ad debellandum inimicos. Primos voco fatuos bedanos: ⁊ alios dico fatuos feroces. Caue igitur in indicando (vt dictum est) patet ergo intentum Aristotelis: ꝙ in diuersis regionibus propter diuersum aspectum celi diuersificantur homines: ⁊ in dispositionibus corporū ⁊ in naturalibus passionibus animarū: Ideo scribit philosophus in libro de secretis secretorum ad Alexandrum. Scias ꝙ non creauit deus creaturam sapientiorem homine. ⁊ non colligit i aliquo animali quod i eo collegit. ⁊ non est reperire i aliquo animalium consuetudine₃ vel morem quem non inuenias i homine. est autem homo audax vt leo: timidus vt lepus: largus vt gallus: auarus vt canis: durus ⁊ auster vt coruus: pius vt turtur: malitiosus vt leena: priuatus et domesticus vt columba: versipellis ⁊ dolosus vt vulpes: simplex ⁊ mitis vt agnus: velox ⁊ agilis vt capreolus: similis ceruo in colore ⁊ quibusdam alijs dispositionibꝰ: humilis vt pardus: piger vt vrsus: preciosus ⁊ carus vt elephas: vilis ⁊ stolidus vt asinus: rebellis vt prauus Rex: obediens ⁊ humilis vt pauo: garulus vt structio: vtilis vt apis: dissolutus ⁊ vagabundus vt caper: idomitus vt taurus: recalcitrans vt mulus: mutus vt piscis: rationabilis vt Angelus: Luxuriosus vt porcus Maliciosus vt bubo: Utilis ut equus: Nocivus vt mus: Et vniuersaliter non repperitur animal seu vegetabile seu originale seu minerale nec celum seu planeta nec signum nec aliquod ens ex omnibus entibus habens aliqđ proprium quin id reperiatur in homine: ⁊ ppter hoc vocatus est minor mundus. hec Aristoteles.

¶ Capitulum octauum de emptione captiuorum ⁊ est Rasys: ⁊ Haly abbas.

a

Rabes non emunt seruos sine consilio physionomi atqꝫ chyromãtici. Inquit Rasys: In primis captiui color cum summa intueri diligentia oꝫ. Color eniꝫ cum i rubedine minuitur capitis ĩfirmitas vel splenis vel stomachi significatur: vel ꝙ emoroydas patiatur: a quibus sanguinis effluit multitudo. Post hoc vero totius corporis sup̃ficies i loco claro ⁊ luminoso considerari debet. Ne morphea subtilis i ipso fuerit: vel ĩpetiginis initiũ occultari possit: Morphea.n.i sui initio valde ẽ occulta. Ipsa nãqꝫ tũc non est nisi albedo vel nigredo subtilis: que paulatim procedendo cum sui additiõe cõplet̃: Impetigo quoqꝫ nõ ẽ aliud i suo initio nisi crispitudo que loco accidit cum additione semper que de die i dieꝫ crescit. Preterea si i aliquo loco corporis nerui vl' cocture similitudinẽ vel signũ aliquod habuerit: cum summo studio cõsiderandum est ne i hoc loco forsitan habuerit albaras propter quaꝫ cõbustus sit vel excoriatus vel tractus vt occultari posset. Que cum senuerit: vel longi fuerit tẽporis tincturã quasi debilem amittet: ⁊ amplificabit̃ albaras vltra locũ cocture ⁊ excoriationis. Cũqꝫ nerui dubitatio occurrit: ipse i balneo ponat̃: ⁊ cũ aqua calida fortiter prius fricetur: ⁊ cũ semine alusnen ⁊ baurach atqꝫ aceto. Deide cõsideret̃ etiã si in loco i quo coctura vel excoriatio fieri non solet: fuerit coctus vel excoriatus suspectior haberi debet: ideoqꝫ magis fricari debet. Preterea summitas ⁊ extremitas cocture cũ magna inq̃sitione considerari debꝫ. In his eniꝫ locis euidentius apparet Postea vero queratur quod querẽdũ est: ⁊ qꝺ dicit̃ sciat̃. Deide vero capitis pili atqꝫ toti⁹ corporis cutis cõsiderandi sunt an sit i ea fur fur vel rubor. Auditus quoqꝫ acuitas perquirẽda est ⁊ verba ipsius ⁊ sensus attẽdẽda sunt. Pupille etiam sunt considerande an sint i magnitudine equales: eiusqꝫ visionis acuitas ⁊ albeditas: que i oculis est claritas considerãde sunt. Cum i eis est fuscus color turbiditatem participãs leprã designat. Et quãdo i eis ẽ citrinitas egritudo epatis significat̃. Et quãdo vene rubee multe ⁊ manifeste sunt i eis patit̃ sebel. Palpebre quoqꝫ eius considerãde sunt si multe sint ⁊ cito mobiles. Grosse autẽ si sunt plerũqꝫ sunt scabiose vel sunt ad scabiẽ preparate. Que vero grauiter mouentur: ⁊ difficile sunt male. Oportet eniꝫ illuꝫ cuius talis est dispositio: suas quãdo a somno excitantur tãdiu fricare palpebras donec aperiant̃ oculi Lacrimuli quoqꝫ qꝺ a parte naris est exprimẽduꝫ ẽ Decurret eniꝫ forsitan humor ab eo occasiõe fistule si ibi est. Pili preterea palpebrarum ⁊ ciliorum oculorum perquirendi sunt: Si enim fuerint rari: malũ significabunt: ⁊ proprie si cũ hoc raucus fuerit: ⁊ faciem habuerit rubeam. Deide cũ magna diligentia anhelitus p̲ os ⁊ nares attendat̃ ne malus sit ibi odor. Narium quoqꝫ figura cõsiderat̃. Magne.n. forte si fuerint fistulaꝫ i se cõtinebũt ideoqꝫ i sole conspici debẽt. Itẽqꝫ anhelitus attẽdendus ẽ si sit facilis. Dentiũ preterea modus obseruãdus est: videlicet si sint recti ⁊ fortes ⁊ mundi ⁊ si aliq eorum mouent̃ vel corroduntur. Dentes eniꝫ fortes diu permanent. Minuti vero vel debiles cito cadũt. Preter hoc quoqꝫ totius corporis debilitatẽ pronosticant̃. Deinceps eius collum si est equale: ⁊ comprimat̃: Et videat̃ si est ibi aliquis locus tumidus: vel cicatricem habens. Fortassis enim glandule ibi erunt: ex quibus scrophule cito generabunt̃. Pectus p̃terea attendat̃ si est amplum ⁊ multas habẽs carnes. Paruum eni si fuerit ⁊ macrũ: ⁊ spatule foris ꝓminuerint phtisis significabit̃. Post hec vero supinus iacens statuat̃: ⁊ totius eius venter perquirat̃: attendẽdo si tumor vel dolor inueniat̃ ibi cũ comprimitur: ⁊ precipue i loco epatis: ⁊ splenis: ⁊ oris stomaci. Deinceps p̃cipiat̃ ei vt icedat. Cuius gressuuꝫ attendatur virtus. Deinde aliquid cõstringere iubeat̃: ⁊ sue constrictionis fortitudo cõsideret̃: debilis eni si fuerit oium neruoꝝ debilitatẽ demonstrabit. Postea vero precipiatur vt currat: ⁊ attendatur an post cursum asma ipsum iuadat: vel tussis. Manus preterea ipsius ⁊ pedes ad inuicem comparando respiciant̃. Vna eni fortasse altera maior iueniet̃. Iuncturaꝝ quoqꝫ dispositio consideranda est si ad motiones scilicet preparate sunt. Deinde crura sunt ĩspiciẽda an in eis vene magne ⁊ grosse: ⁊ ample inueniant̃: ex his eni varices ⁊ alephãtia sepe accidũt. Alia etiã omnia que in cõplexionibus

attendenda fore diximus ad has adiuuant co
gnoscendas. Dixit enim. haly abbas in eodē
capitulo de corporis figura. Corporis aūt in
dicanda est figura compositione bona eoꝝ ad
inuicem proportione i quantitate spissitudinis
magnitudinis paruitatis cōgrua: vt non sit qui
dem caput grossum subtile collū: pectus strictū
omniaqꝫ membra ad inuicem dissona: vt his
paruis: illa sint magna: vt si quidem caput par
uum collum grossum: pectus ab his diuersuꝫ
aut capite paruo totū est corpus magnū: ⁊ lon
gum: pedes breues aut econtrario. Hec om
nia in natura inuenire mala uisui turpia. Sic er
go membra adinuicē collata bone proportiōa-
litatis in magno: ⁊ paruo: in macie: ⁊ pinguedi
ne in longo ⁊ breui. Si eniꝫ sic membra iuene
ris sanitatis signa ⁊ bone figure ⁊ bone cōpo-
sitionis. Dehinc linguam scrutare ⁊ visuꝫ ⁊ lo
quere ei vt respondeat: vt cuius sit sermonis ⁊
facundie cognoscas. Sed ⁊ pectus diligenter
intuere: ne forte sit illis contortuꝫ: aut parua su
per ipsum caro malū hoc eniꝫ plurimū huius-
modi asma ⁊ tussis accidit. Si vero cū his quo
qꝫ pectus strictum fuerit: ⁊ spatule fluxe: vt qua
si alas videatur habere: dorsumqꝫ fuerit incur-
uuꝫ huiusmodi ptisiꝫ non effugiet: maximeqꝫ
si est adolescens: aut iuuenis est etate catarriqꝫ
fient illi q̄ꝫ plurimi. Dehinc etiā manus ispici
as ⁊ coniunge: ac visu cōmensura: ⁊ si alteram
altera minorem inueneris: aut vtrāqꝫ breuem:
quemadmodū manum quam medici assimilāt
⁊ configurant manibus lupiculi malū est: ⁊ ab
actionum ꝓhibet bonitate: imo etiā turpe: hec
Rasys ⁊ haly abbas primo theorice.

Capitulū nonū de hoib⁹ temperate nature
⁊ ē Conciliator.

Ius statura inter tres dyame-
tros obtinet equalitateꝫ: ⁊ iter pi
guedinē ⁊ macredinē similiter ha
bitum obseruat mediocrē. Color
eius est albus rubeo permixtus: cutis subtilis
splendida: manus ⁊ pedes in omnibus dispo
sitiōibus medij: Caput corpori proportionabi
liter: grāde toti corpori vt spera cerea manib⁹
vtrisqꝫ leuiter compressa. Figurant nares erec
te: linealiter ⁊ perpulcre: ⁊ oculi caropoti inter
nigrum ⁊ varius medijqꝫ. In q̄bus humidi-
tas clara inexistit. Et pilus in dispositionibus
medius: ⁊ ad vnum corpus omne mediū repe
rietur: Similiter ⁊ in his que sunt ex anime par
te: vt in moribus ⁊ alijs tempatū inuenit̄. Et
huic dispositioni opposita contrariū protestan-
tur.

Capitulum decimum eiusdē de equalitate
⁊ est Aristotelis ad Alexādrum.

Quior vero ⁊ tēperantior creatu
ra cui cōuenit mediocritas statuꝛ
⁊ nigredo oculorum ⁊ capilloruꝫ
⁊ rotunditas vultus: albedo vero
cōmixta rubedini: ⁊ fuscus color temperatus
cū itegritate corporis: ⁊ rectitudine stature: ⁊
mediocritate capitis in paruitate: ⁊ magnitudi
ne: in raritate verboꝝ nisi cuꝫ necesse fuerit: me
diocritas in sonoritate vocis ⁊ sublimitate.
Quando etiam natura declinat ad nigredineꝫ
⁊ croceitatē tunc optima est tempantia: ⁊ crea-
tio hec placeat tibi: Hanc habeas tecū: ⁊ ego
interp̄tor quidem per modum seperationis: tu
auteꝫ ipsum temptabis in rectitudine intellec-
tus.

Capitulum. xi. de homine bone nature ⁊ ē
Aristoteles ad Alexandrū secundū aliā trans
lationem antiquam.

Ile vero est optime memorie. s. i
tellectus ⁊ bene cōpositus in na
tura qui habet carnes molles hu
midas: medias inter aspertatem
⁊ lenitatē: mediocris stature habens vultuꝫ ru
beum suffusum albedine: habens etiā mansue
tum aspectuꝫ. Cuius capillos planos esse oꝫ.
Habens mediocriter magnos oculos: ⁊ decli
nantes ad rotunditatem. Et caput mediocri-
ter magnū cū equalitate: collū bene dispozituꝫ
Cuius humeri declinant ad inferius: vel ha-
bens declines humeros: carens carnositate cir
ca crura ⁊ genua: habens vocem mediocreꝫ in
ter vocem acutā ⁊ grossam: habens palmas lō
gas cum longis digitis declinantes ad subtili
tatem: moderati risus. Cuius aspectus com-
mixtus est leticie: ⁊ iocunditati.

Capitulū. xij. de physionomia signorum sa
pientis philosophi: ⁊ est Conciliator.

Tatura ipsius erecta cū carnis equalitate color albus modica rubedine participās. Capitis figura ipsi inest antedicta magna sufficienter ⁊ expansa: oculi inter varios ⁊ nigros quorū intuitus letanti est similis: manus quidē plane cū digitorū diuisione ⁊ modesta articulatione. Capilli īter multos ⁊ paucos: medij inter planos ⁊ crispos subnigros ⁊ flauos ⁊ mediocris barba ⁊ pulchra ⁊ sufficienter rara: hec conciliator.

¶ Capitulū. xiij. de significatione vt superius ⁊ est Rasys.

Uius signa sunt ꝙ eius statura est erecta: carnis quoqꝫ tenet eq̄litatē: ⁊ est albus paruā habens rubedinem admixtā. Capilli cuius inter multos ⁊ paucos ⁊ planos ⁊ crispos sunt medij: ⁊ nigros: ⁊ rubeos. Manus quoqꝫ sunt plane digitos habentes diuisos. Frōs etiam est magna: ⁊ oculi inter varios ⁊ nigros sunt medij: molles quoqꝫ sunt. ⁊ eius intuitus ridenti vel gaudenti similis īuenitur: hec Rasys.

¶ Capitulum. xiiij. de physionomia signorū boni ītellectus ⁊ nature: ⁊ ē cōciliator.

Uius caro lenis est ⁊ mollis cū paucitate īter crassiciē ⁊ macredinem tendens: Facies ipsius nō multā participat carnē. Eius sūt spatule aliqualiter eleuate: venter ⁊ dorsus nō carnosi. Extrema decenter extēsa. Statura media: mitis aspectu. Eius color inter albū ⁊ rubeum medius: interlucidus ⁊ clarus. subtilis cutis. Capilli medij. Et ei sunt oculi antedicti scilicet vt dixit in capitulo duodecimo.

¶ Capitulū. xv. De significationibus corporum calidoꝝ: ⁊ est Rasys.

Ec citissime crescunt: que ⁊ tangentibus calida occurrunt: ⁊ macra existūt: ⁊ gracilia. Uene quoqꝫ eorū manifeste sunt: ⁊ motus velox: ⁊ omnia que in eis considerant̄ velocia. Obstinati preterea sunt: pauci somni multorū capilloꝝ crispoꝝ: ⁊ in nigredine intēsoꝝ. Eorū color Ruffus: atqꝫ rubeus cū obscuritate q̄dam. Et hec Rasys.

¶ Capitulū. xvi. De significationib⁹ corpoꝝ frigidorum. ⁊ est Rasys.

Ec tarde crescūt: capilli quoqꝫ tarde eis nascuntur: hebetis existētes ingenii: ⁊ timidarū operationū. Pulsus eorū paruus: ⁊ anhelitus occultus: tangentibus apparēt frigida. Et hec habētes corpora: nō sunt ī coitu potentes: ⁊ sunt parū generātes filios: debilis desiderij: ⁊ multi somni. ⁊ hec Rasys.

¶ Capitulū. xvij. de significatione corporū humidorum: ⁊ ē Rasys.

Orum motus multū inuenit̄ leuis eoꝝ quoqꝫ caro mollis ⁊ mēbra laxa. iuncture eoꝝ ⁊ ossa occulta. Uirtus similiter pauca: ⁊ parum patientes laboris: ⁊ cū laborant velociter dissoluunt̄: ⁊ velociter ī eis apparet ex labore dissolutio. Corpulenti p̄terea sunt ⁊ multū dormientes ⁊ debiles: ⁊ paucos habentes pilos. ⁊ hec Rasys.

¶ Capitulū. xviij. de significationibus corporū siccorū. ⁊ est rasys.

Ec corpora aspera sunt ⁊ macra ⁊ dura ⁊ fortia: ⁊ multū rigida: ⁊ multi patientia laboris. Quorū iuncture ⁊ corde manifeste: multorū sunt p̄terea capillorū ⁊ pilosi. ⁊ hec rasys.

¶ Capitulū. xviiij. de significationibus corporum calidoꝝ ⁊ siccoꝝ. et est rasys.

Ec corpora in vltimo plurimis habūdāt capillis nigris ⁊ spissis Macilēta quoqꝫ vltimo reperiuntur. Que ⁊ tāgentibus calida occurrūt: cutis habētia spissitudinē: ⁊ asperitatē: ⁊ neruos fortes. Que cordas habent manifestiores ⁊ ossa ⁊ iūcturas: ⁊ sunt pancioris sōni: Et pulsus in eis sunt velociores ⁊ motus similiter ⁊ tactus caliditas ⁊ sunt audaciores ⁊ obstinatiores. Et hec rasys.

¶ Capitulū. xx. De significationis corporū frigidorū ⁊ humidoꝝ. et est rasys.

Ec vltimo tāgētibus mollia sentiunt̄ ⁊ a pilis denudata: ⁊ capillos habentia lenes: ⁊ venarū angustiam: ⁊ iuncturas occultas: ⁊ sunt corpulenta multā habentia pinguedinē. Et laxa multū habentia somniū: pigri motus eoꝝ ⁊ tardātes. Corporis autē frigidi et sicci

⁊ calidi ⁊ humidi: dispositiones ex simplicium dispositionibus mixte sunt. Ex quibus composite fuerunt quemadmodum scilicet vni earum appropinquant: aut inter eas media existunt. hec Rasys.

¶ Capitulū. xxi. de signis bone cōplexionis ⁊ sensibilis ⁊ est Aristotelis in methaphoricis

¶ Textus.

a Signa bene nati: caro mollior nō boni habitus nec valde pinguis Que sunt circa musculos scapularum ⁊ collum macriora: ⁊ sunt circa faciem i colligata: que sunt circa musculos scapularum ad inferiora remissa. Que sunt circa costas bene soluta: ⁊ secundum dorsum non carnosus: Corpus album rubeum ⁊ purū. Cutis subtilis: pili non valde duri nec valde nigri oculus karopus humidus.

Cōmentum.

b Hic Aristoteles ponit signa bene nati. i. bene cōplexionati ⁊ sensibilis. i. hominis boni itellectus ⁊ bone nature hʒ ꝙ dicit Rasys libro suo ho. Et sunt signa decem. Primum ē mollicies carnis temperata tamen ⁊ non nimis relaxata: qualis relaxatio carnis est in mulieribus: que ostendit flegmaticā ꝯplexionem. Unde intelligendū ē: vt inquit Egidius Romanus in secūdo de anima cōmēto. 94. ꝙ duplex reperitur mollicies. vna que rara ⁊ bene disposita: ita ꝙ non subterfugit tangētē: ⁊ talis bona ē: qꝛ ostēdit temperamentū pp primarum qualitatū refractionē: vt vult phūs in ho. d anima. Et Galenus in primo de cōplexionibus Reliqua vero in mulieribus ⁊ in indiuiduis male cōplexionatis. Et enim hōi habitus idest carnis paucitas ⁊ non multitudo nimia sʒ mediocris. Et iterū mediocritas eius in grassicie ⁊ macie: ita ꝙ teneat mediū inter macrū ⁊ crassum siue macilentū. Et istud idē dicit Auerroys. 4. colligeth ⁊c. De signis temperate cōplexionis totius corporis: ⁊ cōciliator vt dixi superius in capitulo. 14. ⁊. 12. ⁊ Rasys i. 13. capitulo pʒ vt tʒ Galenus i afforismis vt iferius patebit. Secūdū signū est ꝙ partes circa musculos scapularum scilicet cum quibus mouentur scapule: ⁊ etiā circa musculos colli non debent esse nimis pingues ⁊ carnose. Est autē musculus ipsius motus voluntarii ⁊c. vt patebit inferius. Tertium signū est ꝙ partes faciei non sint colligate imo sint bene distincte ⁊ ordinate quo ad sitū ⁊ figuram. Quartum signum est ꝙ partes circa musculos scapularum versus collum sint eleuate ⁊ admodū graduum descendant iferius remisse ⁊ basse: idest nō nimis alte: nec sint incōpacte ⁊ ponderales.

Quintum est ꝙ partes circa costas. sint bene sclitte. i. bene distincte ad inuicē: vt discerni possit. Uel bene soluti. s. a carnibus vt nō sint: carnose nimis vt patebit in suo loco. Sextū ē habere dorsum vt predixi de costibus. Septimum est color medius inter albedinē ⁊ rubedinem: clarus ⁊ purus ⁊c. Octauū est subtilitas cutis que est de pcipuis signis temperate cōplexionis. Unde etiā Aristoteles lib. de animalibus dicit: ꝙ inter omnia animalia cutis hominū est clarior alias rarior ⁊ magis tenuis: ⁊ ꝙ cōplexio hominū inter alias est tēperatior. Nota documentū generale ꝙ subtilitas cutis arguit tenuitatem humorū et spirituum ⁊ per cōsequens subtilitatē igenii cum debito instrumento applicato ⁊ cognoscitur ex colore non accidentali ⁊ claritudine ipsius ⁊ a rugis ⁊ eorum motu precipue in facie in cogitādo et mouendo musculos: ⁊ etiā i manibus ⁊ ex tactu ⁊c. vt dixi. Nonū signum est ꝙ pili nō sint nimis duri nec nimis nigri sed medium inter mollicielm ⁊ duriciem ⁊ inter nigredinem ⁊ rubedinem: ita dicit Rasys ⁊ hoc etiam videtur velle Auerroys quarto colliget cap. vbi supra dicit ꝙ pili habentes cōplexionē tēperatam sūt flaui tendentes ad rubedinem tempore puericie sed tempore iuuentutis erunt nigri. Idem sentit Auicenna ha primi in capitulo de cōplexionis equalitate vbi dicit. Et capilli iter pilositatem ⁊ lenitatem: ⁊ crispitudinem ⁊ planiciem ⁊ in tempore puericie trahant aliquantulū ad rubedinem: ⁊ in tempore iuuentutis ad nigredinem aliquantulum. Decimum ⁊ vltimum signum est oculus karopus: qui scilicet medius est inter varios ⁊ nigros ⁊ mollis humidus ⁊ clarus vt dicit Rasys: vt inferius in suo loco patebit. Et huius contraria dispositio habet ab Auicenna ha primi. Fen. tertia capitulo quinto de signis eius qui egreditur ab

equalitate superflue idest qui habet malam cō
plexionem ꝛ compositionem dum ait. Cūqꝫ
eius compositio dissimilis fuerit erit malus ꝛ
ingenio sui ꝛ intellectu sicut ille qui magnū ha
bet ventrem ꝛ digitos curtos: ꝛ faciez: ꝛ caput
rotundum: ꝛ staturam magnam: aut ille qui ha
bet caput paruū ꝛ in facie ꝛ fronte carnis mul
titudinem ꝛ etiam in collo ꝛ pedibus: ꝛ est ei⁹
facies medie sphere similis. Et si ipsius man
dibule magne fuerint: erit valde diuersus: ꝛ si-
militer si caput ꝛ frons rotunda fuerit. Sed fa
cies valde rotunda ꝛ collum vehementer gros
sum: ꝛ in oculis motus habuerit tarditatem e-
rit hominibus omnibus a bonitate remotior.
Omnia predicta signa superius assignata ab
Aristotele sunt temperate complexionis: ꝛ bo
ne nature: ꝛ boni intellectus Auerroys quar-
to collig(et)h de signis complexionis totius cor
poris inquit ista sunt signa significantia super
cōplexionem vniuscuiusqꝫ membrorum princi
palium ꝛ seruientium ei. Et cognoscēdo ista
ꝛ comparationem vnius ad alterum faciendo
cognoscemus totius corporis complexionem
temperatum ꝛ distemperatum: eo ꝙ corpus cu
ius complexio erit temperata erit de necessita
te mediocre inter maciem ꝛ grassiciem: ꝛ color
erit albus mixtus rubedini: ꝛ capilli eorū sūt
flaui tendētes ad rubedinē in tempore sue pue
ritie ꝛ cū sunt facti iuuenes erunt capilli eoꝝ
nigri ꝛ tactus tēperatus inter caliditatez ꝛ fri-
giditatez: ꝛ inter asperitatē ꝛ lenitatez Et sen-
sus eorum erit in vltimo temperantie: ꝛ intel-
lectus eorum medioeris inter velocem ꝛ tardū
ꝛ hec est via cognoscendi complexionem tem-
peratam. Sed complexionem que exit a tem-
perantia indicabimus ſm multitudinem signo
rum: qꝛ illa iudicabuntur ex aggregatione isto-
rum signorum: hoc est ab accidentibus ꝛ ope
rationibus: sicut a crassitie: ꝛ macie ꝛ a colore
pilis ꝛ alijs similibus. De causis autem istoꝝ
signorum quia haberi potest vel ex dictis vel
dicendis transeo gratia breuitatis. Possunt
nihilominus omnia signa reduci ad temperan
tiam quattuor qualitatum ad medium reducta
rum. Ex temperantia enim istarum consurgit
temperata complexio ad quam sequitur bona
dispositio sensus ꝛ itellectꝰ: ita ꝙ potest forma
ri sillogismus ad propositum sic. Illa que p
ueniunt ex qualitatibus temperatis sunt signa
bone nature: ꝛ temperate complexionis ꝛ bo-
ni sensus ꝛ intellectus: sed predicta signa sunt
ergo etc. vel. Sed membrorum equalitas ē hu
iuiusmodi ergo etc.

¶ Capitulū. xxij. de signis īsensibilis et ho-
minis grosse nature. et est philosophi.

¶ Textus

q Ue sunt circa collū et crura car
nosa complete: alias complexa:
et colligata. Cotile rotunde mus
culi scapularum sursum expansi:
Frons magna circularis et carnosa oculus
croceus: Crura circa cauilla carnosa et grossa
et rotunda: mandibule magne carnose lumbi
carnosi. Crura longa: collum grossum: facies
carnosa sufficienter: motus autem et figuram:
et mores in facie secundum similitudinem ac
cipit.

Cōmentum.

s Uperius nuncius nature phy-
sionomizauit de signis bone cō-
plexionis et bone nature: Inter
hec ponit habentem signa oppo
sitarum conditionum scilicet illius qui est gros
se nature et mali intellectus: quales sunt hebe
tes et stolidi. Et quia stoliditas et insensibili-
tas causant vt in pluribus ex dominio frigidi
tatis videlicet in flegmaticis et mulieribus q̃
sunt viris stolidiores et diminute rationis et dis
cretionis: et diminuti iudicij quo ad itellectū.
Quare etiam philosophus primo politicorum
dicit: cōsiliū virorum esse perfectum: puerorū
īcompletum: mulierum inualidum. Uerum ē
quantum ad sensum tactus possunt enim talia
frigora substinere: que nullus vir substinet: vt
ipsi in hyeme asprissime in aqua et pedib⁹ nu
dis incedunt et non leduntur. Similiter pro-
uenit stoliditas ex dominio frigiditatis: vt te-
net in melancholicis. Signum hoc est i asi-
no Cum igitur quasi dicit omnia signa posita
proueniunt ex frigiditate precipue ex humidi
tate vel ex siccitate. Et hoc generale signū sit
i documentis nostris pro secundo libro iferius
Ponit hic multa signa que itelligere oportet
ex opposito dictorū: que superius allegauimus

⁊ sunt signa duodecim. Primũ est habere circa collum ⁊ crura carnosa cõpleta idest multũ Aliqua littera non habet completa sed cõplexa: ⁊ colligata idest male distincta ⁊ inordinata. Et ista distinctio itelligitur ad totum caput ⁊ precipue faciem: vt p oppositum patet i prehabitis sic aut bona dispositio ⁊ ordiatio istarũ partium probabilitatem ⁊ bonam dispositionẽ nature: ⁊ plenum dominium virtutis formatiue habet super ipsum: sicut per oppositum: mala membrorum distinctio ⁊ ordinatio quo ad situm ⁊ figuram fit propter idispositionem materie ratione nimie frigiditatis vel humiditatis vel siccitatis propter quod virtus formatiua non potest plene super ipsas dominari. ¶ Secundum signum est Cotile rotunde idest genua rotunda a carnositate nimia aut cum multitudine carnis. ¶ Tertium signum est ꝙ musculi scapularum propter collum sunt depressi ⁊ non conditionate formati. Genua sunt ꝯmissiones femorum ⁊ crurium: ⁊ dicta genua: eo ꝙ in vtero sint genis opposita. coherent enim sibi ibi: ⁊ cognata sunt oculis lacbrymarum indicibus ⁊ misericordie. Nam a genus genua dicuntur. Deniq; complicatum gigni formari q; hominem dicunt: ita vt genua sursum sint q bus oculi formant: vt cani ac reconditi fiant. Ennius. Atq; genua comprimit arta genua. Inde est ꝙ homines dum ad genua se prosternunt statim lacbrymant. Voluit enim eos natura vterum maternum rememorari: vbi q̃si in tenebris consedebant anteq; ad lucem uenirent vt tenet Isidorus in vndecimo ethymologiarum. ¶ Quartum est. Frons magna circularis idest rotunda ⁊ grossa vt tenet Rasys carnosas idest indecentes habens carnes.

¶ Quintum signum patet. ¶ Sextum ẽ multa carnositas crurium ⁊ circa cauillas ⁊ grossicies rotundas. ¶ Septimum signum est magnitudo mandibularum ratione nimie carnositatis: vt intendit etiã Auicenna secunda primi vt notauĩ superius. Gulielmus nurice male exposuit istum dictum dicendo: ꝙ p mandibulas intendit labia: licet labia grossa denotent grossiciem humorum vt in secundo libro patebit tamen philosophus hic non intelligit loqui de labijs. ¶ Octauum signum est: nimia carnositas circa lumbos nates ⁊ coxas. ¶ Nonuz signũ est longitudo crurium. ¶ Decimum signum ẽ grossicies colli non laudabilis. ¶ Vndecimũ signum est facies cum multitudine carnis laxe ¶ Duodecimum ⁊ vltimum signum est quod accipitur ex motibus ⁊ signis morum ⁊ faciei: Quales autem sint huiusmodi intelligit secundum similitudinem timiditatis quasi dicat ex quo insensibilis communicat ⁊ assimilat timido in causis timiditatis: vt etiam magis uidendum est in capitulo de signis timiditatis inferius. Sed potest adhuc aliter exponi vt dicunt ⁊ forsan melius ꝙ insensibilis accipiat morem ⁊ motus ⁊ figuram faciei: secundũ similitudinem alicuius faciei: vel alicuius non vtentis sẽsibus ex aliquo accidente. Vel aliter insensibilis accipit morem ⁊ huius faciei secundum similitudinem idest tales quales sibi conueniũt secundum conditionem suaz: idest mores grossos ⁊ ineptos ⁊ penitus distinctos. Istum textum optime exposuit Conciliator sub istis v̾bis accipiendo ab Auicenna dum ait. Caput ipsius magnum informe: aut paruum: facies magna carnosa rotunda medie sphere similis: mandibule magne ⁊ frons similiter: aut in acutum tendens constricta: que circa Collum carnosa compressa: Lumbi carnosi: crura longa: Genua rotunda. Digiti manuum ⁊ pedum breues ⁊ inarticulati circa pedes eius carnis multitudo: spatule cum carnositate sursum expanse: Venter cum rotunditate forinsecus eminens in oculis eius motus habens tarditatem: ⁊ color valde est albus ipsius aut fuscus valde.

¶ Capitulum. xxiij. De signis fortis. Et est philosophus in methaphoricis.

¶ Textus.

Illi duri figura corporis erecta ossa coste formantia ⁊ extrema corporis magna ⁊ venter amplus ⁊ contractus ad se: armi lati ⁊ distantes: nec valde coligati nec omnino dissoluti. Collũ forte nõ vehementer carnosũz. Pectus carnosum ⁊ latum. Ancha antracta pecten dorsum contractum: oculos karopos: nec valde expansos: nec omniuo clausos: fuscus color: qui est in corpore: acuta Frons erecta non magna non macra non lenis nec omnino rugosa.

¶ Comentum.

Hic philosophus physionomizat ⁊ diuiditur textus iste in duodecim partes equales. Quantum vero ad primam partem ponit signa fortis per modum habitus se habentes. Secunda ibi pilos molles ponit signa oppositi sui que se habent per modum priuationis ⁊ istud seruat in omni loco istius operis. Ad primuz est duricies pilorum seu capillorum: quod signum est audacie ⁊ fortitudinis corporalis: qz causatur ex caliditate qua etiam causatur audacia. ¶ Secundum signuz est statura corporis erecta ⁊ non inclinata: quod etiam fit ex habundantia caloris vt dicit philosophus vndecimo de animalibus vbi reddens ratioē quare inter omnia animalia homo incedit erectus dicit ꝙ hoc ideo est quia est ceteris animalibꝰ calidior. Calor autem facit incremētum sursum per lineam rectaz: sicut est etiam motus ignis. Unde etiam in ipso genere hominuz: qui sunt ceteris calidiores: sunt quo ad staturam plus recti. Cuius etiaz signuz est i senibus ⁊ iuuenibus: iuuenes eniz propter dominiuz caloris incedunt plus erecti. Senes vero propter diminutionez caloris incedunt versus terraz iclinati. ¶ Tertiū signum est fortitudo ⁊ magnitudo ossium costarum ⁊ vniuersaliter extremitatum: que omnia iterū sunt signa multi caloris cum multa tamen humiditate: vt eni dicit Albertus secundo de anima. Calidum ⁊ humidum simul iunctum faciunt magnam diffusionez: cuius signū etiam accipitur: ab etate puerili: que secundum Galenum: ⁊ Auicennam est etas ⁊ tempus incrementi eo ꝙ ista etas est calidior ⁊ humidior propter vicinitatem ad suam originez que est ex calido ⁊ humido. Unde etiam in etate puerili: que durat per primum septēnium pueri propter excellentiaz istaruz qualitatum in eis plusq̄ȝ dimidietatem perficiunt sue quantitatis vt dicit Albertus vbi supra. ¶ Quartum signum est venter amplus idest latus ⁊ ad se contractus: id est non expansus nec extensus quasi faciens sicut i piguibus ⁊ ventrosis. Talis enim extensio ventris siue ventrositas quando est nimia ⁊ mollis est signū diminuti caloris naturalis ⁊ dominij flegmatis. Ut eni dicit nuncius nature: piguedo ⁊ adeps est maxie i aialibus frigidis ⁊ humidis: cuius signum est i porcis q sunt aialia frigida valde ⁊ flegmatica ⁊ sunt ventrosa. Et ait Auicenna secūda primi doctrina 3a cap. 3°. de signis complexionū. Pinguedinis ⁊ adipis diminutio semper caliditatez significat: quoniā piguedinis ⁊ adipis materia sanguinis est ⁊ vnctuositatis ⁊c. ⁊ corpus quidem carnosum absq̄ȝ multa adipe ⁊ pinguedine: est corpus calidūz ⁊ humidū: ⁊ hec Auicenna. Eadē sentētie tangit Joannitius i ysagogis dum ait habūdantia carnis fit ex habūdantia caloris ⁊ humores piguedinis diminutio. ¶ Quītū signū ē armi idest humeri lati ⁊ magni ita ꝙ bonū spaciū sit iter eos non tamen nimis magnū: sed moderatū ⁊ hoc itendit. Causa aūt magnitudinis humerorū eadez est cū causa magnitudinis aliaꝝ partiū .s. pectoris ⁊ extremitatū. ¶ Sextū est collū non vehementer carnosum ⁊ forte idest neruosuz ⁊ satis grossuz vult eni dicere ꝙ collum debet esse grossuz nō ratione carnositatis multe sed magnitudinis ossium colli ⁊ neruorū: ⁊ ē forte.

Ratio est quia siue nerui sunt ad deferendum virtutes sensibiles ⁊ motiuas a cerebro ad partes alias corporis vt vult Galenus ⁊c. Uidetur arguere magnum cerebrū: vt medici ⁊ philosophi tenent: ⁊ precipue quādo aiunt de paruitate capitis: ⁊ tenet plusq̄ȝ cōmētū secūdo tegni cōmēto. 14°. dū igt. Si ergo caput est paruum sequit cerebrū esse paruū: ad paruitatem aūt cerebri ⁊ totius capitis seqt ventriculos eius strictos esse ⁊ nuchaz ⁊ dorsuz: ⁊ costas: ⁊ neruos: ⁊ collū que ab ipso oriunt stricta ⁊ parua esse. vbi eni radix est parua opz illud qđ miscet ex ea eē paruū: ad stricturā aūt ventriculorū eius seqt debilitas operationis virtutis ymaginatiue cogitatiue: ⁊ memorialis: siqdez ipsa sunt organa illaꝝ eo ꝙ sicut dicit haly nō erit spiritui aiali amplitudo i qua ꝯuerset. hic aūt spiritus est istarū virtutuz organū. Primū qdē liberos eius expetens hīe meatus vt ita ꝓhibite suscipiat ⁊ reddat formas apphēsibiles. Ad paruitatē aūt nuche seqt paruitas: ⁊ tenuitas neruoꝝ motiuoꝝ: ⁊ per illud debilitas motus: adhuc aūt paruitas costarum: Ad quā seqt strictura pectoris: ⁊ in anhelitu nocumētū. Seqt etiā ad paruitatē cerebri tenuitas neruorū sensibiliū: ⁊ per hoc debilitas oīs sensus: ad

omnem eni operationē officialiū mēbroꝝ ⁊ spe
cialiter opationū aialiū: itelligerez ꝺbita forma
debita quantitate : ⁊ debito membro. ⁊ situ cō-
posite. Scire aūt oꝫ ꝙ paruitas capitis cōcomi
tās spinaris seu istrumēti paucitatē potuit esse:
sicut princeps dicit cum fortitudine virtutis in
formatiue seminis virilis : Quare contingit ip
sum esse bone figure . ⁊ erit illud minus malū
q̄ꝫ si cum paruitate fuerit male forme est ergo
paruitas capitis secundum hoc distinguibilis
in malicie sue significatione secundum plus ⁊
minus . Si magnitudo capitis consequitur for
titudinem virtutis operantis circa multa ⁊ bo
na materia est cerebri bone compositionis si-
gnum. Si vero consequuntur solum materie
multitudinem erit signum non bone composi-
tionis cerebri : Uult autem per virtutem eaꝫ:
que informatiua dicitur a principio creationis
inherens semini virili cuius proprie est hec
virtus. Postquam capitis magnitudo con
sequens fortitudinem virtutis circa multa ⁊
bona materia operantis est signum bone ꝯpo
sitionis cerebri cōsequens autem solum mate-
rie multitudinez. Et est signū praue composi-
tionis ⁊ per consequens collum ⁊ cetera mem
bra ⁊ arguit debilitatem virtutis motiue ⁊ sen
sibilis. Si collum esset grossum ratione ossiuꝫ
⁊ neruorum denotat robustiores virtutes / siue
sint ad deferendum virtutes sensibiles ⁊ moti
uas a cerebro ad partes alias corporis vt vult
Galenus (sicut superius diximus) siue ad tē-
perandum calorem intrinsecuꝫ ad hoc ꝙ det
virtutem sentiendi vt vult Aristoteles nihilo-
minus semper sunt ad roborandum corpus. ⁊
ergo magnitudo neruorū ceteris paribus mul
tum facit ad fortitudinez corporis: ⁊ phūs to-
picoruꝫ 3°. ait Robur existit in neruis ⁊ ossib⁹
Unde Ysidorus nerui quanto fuāt densiores
tanto propensius augent firmitatem / ꝙ autem
magnitudo ossium faciat ad fortitudinem de
se patꝫ eo ꝙ ossa sunt corporis fundamen-
tum : ⁊ motuum substentamenta vt patet ex
anothomijs diuersorum animalium.

¶ Septimum signum est Pectus carno-
suꝫ ⁊ latū: latitudo .n. pectoris significat multi
tudinē spirituum ⁊ eorū nobilitatē ⁊ subtilita-
tē ⁊ magnam virtutez ⁊ caliditatez cordis.
Unde etiaꝫ pectus hominis vt dicit princeps
philosophoꝝ est pectorib⁹ alioꝝ animaliū la-
tius respectu sui corporis: ⁊ amplius. Cū.n.
vt dicit spiritus i homine sint nobiliores: ⁊ sub
tiliores q̄ꝫ i alijs aialib⁹ opꝫ regionē spirituuꝫ
scilicet pectus esse amplā ⁊ latā vt spiritus ha
beant locum. Carnositates etiā pectoris signi
ficāt multitudinez saguinis ⁊ per cōsequēs ca
liditatē cū humiditate . Magnitudo autē calo
ris ⁊ sanguinis ac spirituū multitudo sunt cau
a fortitudinis. Pectus ergo latū ⁊ carnosum
est fortitudinis signū. Et de carnositate pecto
ris loqꝫ etiam Auerroys quarto coliget h ca°
de signis cōplexionis cordis. Carnositas igt
pectoris significat sup ꝯplexionē cordis ⁊ tēpe
rātia cordis: ⁊ tēpātia carnis ꝑ maiori pte seqꝫ
tēpantiā cordis: ⁊ ꝓprie caro existēs i pectore
Caro autē significās super tēperātiam cordis
non est macilenta nec pinguis superflue hec il
le. Et bene dicit ꝙ caro significās temperātiā
nō debet esse macilenta nec pinguis superflue
Macilētia.n. supflua ꝓuenit ex siccitate nimia
Pinguedo aūt supflua ex nimia frigiditate ⁊
humiditate / vnde Rasys lib. ho debemus in-
quā diuidere siue distinguere inter corpus car
nosum ⁊ piguē. Carnis.n multitudo sangui-
nis multitudinē ⁊ calidā ⁊ humidā sequitꝫ cō-
plexionem. Multa.n. pinguedo humiditatis
multitudinem: ⁊ frigidam ⁊ humidam imitatꝫ
complexionem hec ille. Ex quibus diligens
lector causam in quo premittitꝫ de carnositate
pectoris habebit : ⁊ magis ample inferius di-
cetꝫ i secundo libro de thorace. ¶ Octauū si-
gnū est ancha antracta idest ad interius tracta.
Et istud signū ponit Rasys expssius dicens.
¶ qui habent a fronte in os curuum ac durum .i
uerecundi sunt ⁊ referuntur ad coruos: idest
habentes nasum statim nisi continuatur fronti
curuum ⁊ durum sunt inuerecundi: idest fures
naturaliter: vt intelligit Gulielmus ¶ est enim
fur ⁊ per consequens inuerecundus eo ꝙ ista
expositio sit conueniens: patet etiam per rela-
tionem quam facit dicit enim ꝙ tales referun
tur ad coruos. Coruus enim est auis dolosus
res furtiue subtrahens: ⁊ in locis abditis eas
abscondens. ¶ quicunqꝫ autem aquilinum ha-
bēt articulatum in fronte magnanimi sunt ⁊ re
feruntur ad aquilam: idest habentes nasum
aquilinum bene articulatum eminentia qua-
dam versus frontē sunt magnanimi vt proba
ui. Et sumitur istud signum: vt dicitur ab aq-
la. habentes nasum talis dispositionis vt dicit
Plinius sunt rapaces: propterea quod hec
auis Rex auium appellatur: Nam predam
captam cum auibus que ipsam sequuntur diui
dit. Et quando preda sibi non sufficit tanquā
Rex de Re publica viuens auem proximio-
rem sibi rapit ⁊ in medio ipsam etiam ponit.
Quicunqꝫ autem nasum concauū habent: qui
sunt etiam frontem habentes rotundam ⁊ ro-
tundum frontis sursū eminens luxuriosi sunt
⁊ referuntur ad gallos. Istud signum satis pa
tet per relationem. Quibuscūqꝫ nares sunt a-
perte iracundi sunt ⁊ referuntur ad passionem:
id est habentes nares valde apertas sunt ira-
cundi ¶ prouenit autem istud ex nimia cordis
caliditate. Et sumitur istud signū a more ap
parente in aliqua passione ire constituto. ¶ Ta-
lis enim habet nares apertas. que apperitio
fit propter calorem a corde ad faciem ebullien
tem ⁊ nares extendentem. Videtur dicere
auctor in libro de proprietatibus: nares si fue
rint nimis tenues ⁊ late multi aeris attractio-
nem ferocitatem comprehendunt ⁊ mentem i
dignatam. Unde idem per verba Aristotelis
sentit Conciliator sub istis verbis. Cuius na-
rium via valde aperta conspicitur irascibiles
comprehenduntur vehementer. ¶ Habens au-
tem nasum rotundum ⁊ obtusum magnanimū
se ostendit ⁊ comparatur leonibus. Et si i ex-
tremo feda fuerit grossicies insensibiles osten
dit. Nares tenues ⁊ longe auibus sunt pro-
pinqꝫ: cumqꝫ proportionaliter sit hominibus
mobilitatis mores ⁊ leuitatis sibi iudicant.
Dicunt nanqꝫ. cum huiusmodi partes simili-
tudinem aliquam habuerint animam anime
assimilari. ¶ Narium pars admixta fronti exi-
stit: si a fronte deposita sit honeste ⁊ seiuncte cō
positione bona: vt neqꝫ alta nec humilis: sed
aliqua linea descendat virile signum idicatur
constantiam ⁊ prudentiam ostendens ⁊ refer-
tur ad leones. ¶ Si autem narium pars sit depͥ
sior ⁊ profundior superior stulticiam animi ⁊ i
becillitatem denotat cum signū sit feminee le
uitatis. Si autem in altitudine directe eleuate
continue procedant intemperamentum osten-
dunt: ⁊ hec sunt que in extremitate iteriori car
tilaginis eleuantur ad lineā descēdens ad na
sum pertingunt. ¶ Et nares maiores simpliciter
minoribus sunt meliores: minores enī serui
libus igenijs ⁊ furibꝰ: ⁊ tergiuersatilibus ascri
bitur. ¶ Nares cum sunt patule alacritatis ⁊ for
titudinis est idicium ¶ perangusste rotunde con-
fuse obtuse alias concluse stulticiā proclamāt.
Et quibus nasus a fronte mox curuus produ
citur inuerecundi sunt ad coruos relati: Hec
conciliator ⁊ Albertus ⁊ Plato. Dicit autē
Rasys Narium amplitudo: ⁊ in maxillis
carnium multitudo ⁊ in genis pilorum pauci-
tas complexionis significat humiditatem. ¶ Di
cunt aliqui: cuius nares fuerint valde obtuse i
sipientiam attestatur ¶ ⁊ scias ꝙ nasi declinatio
in partibus hominis lateralibus: si ad unam
tātū positionis partem declinauerit a cingulo
versus partem extremalem lesionem denotat.
Si vero fuerit nasus diuisus i vtraqꝫ parte po
sitionis egritudinem siue percussionē ostēdit: ⁊
hoc aut a causa primitiua aut antecedēte. ¶ Na

sus rubeus cũ basi atqȝ foramine ⁊ latitudine trahens ad tumefactionez admodũ fragrãꝝ vinolentiã atqȝ ebrietatẽ ostẽdit: Et tales vt plurimũ sunt humidi luxuriosiqȝ maxime si tale signũ i corporibus parue dimensionatis reperiatur: Et hec Coclitis fuit experientia.

¶ Quesitũ.xvij. Augu. Di. ad eũdez Coclitem Magistrum. De significtionibus aurium. ¶ Disci.

¶ Textus.

INquit Philosophus ad Alexandruz qui habet auriculas magnas: est multum fatuus: hoc excepto ꝙ est bone intentionis et memorie. Et qui habet aures valde paruas ẽ stolidus: latro ⁊ luxuriosus.

¶ Responsio Magi. ad Discipulum.

¶ Comentuz

AUres ostendunt temperamentũ: proportionem membrorum principaliũ ⁊ precipue cerebrum quod experiẽtia nobis certificat quia cerebrum aliquando expellit materiaz nocinam post aures: generatur ibi apostema secundum diuersitates humorum: Ideo medici appellant illa loca emunctoria idest latrinas membrorum ⁊ superfluitatum Tamen Ysidorus ethimologiarum .xi. capitulo primo dicit auribus indituz nomen a uocibus hauriẽdis: vnde ⁊ Virgilius: vocemqȝ his aurib⁹ hausiant qꝛ vocem ipsam greci audẽliden vocant ab audiu per inmutationem enim littere aures q̃si audes nũcupate sunt. Aures magne sũt generate ex multitudine materiei in principio generationis a virtute forti. Et quasi omnes qui habent aures magnas ego notaui habere collum breue ⁊ caput satis formosum ⁊ sunt sanguinei: ⁊ plerũqȝ tendẽtes ad coleram aut ad sanguinem grossum aliqualiter adustũ. Et isti tales sunt impatientes ⁊ cito irascunt̃. Ideo dicit Philosophus ꝙ sunt fatui hoc excepto quod sunt bone intentionis idest post recessuz inflãmationis: ⁊ accensionis circa cor: quia ostendit caliditatem cordis propter venas ⁊ arterias vt anothomici intuentur. Et bone memorie qꝛ habent colluz formosum idicatiuum cerebri: ⁊ bonam dispositionem demonstrans ⁊ fortasse propter cholericam complexionẽ fit retentio specierum propter neruorũ complexionem qui sunt sicce nature. Post lapsum iniuriarum sunt bone intentionis quia faciunt discursum bonum: ⁊ sunt longeui: quia in eis est bona proportio inter calidum ⁊ humiduz. Et qui mediũ tȝ ẽ tẽperatus i suis actionib⁹. Cõfirmat̃ hoc idez a philosopho inde natura animaliũ libro pͥo cap. xi. dũ iquit. que quidẽ ad audiẽdũ aptissime sunt moꝝ hinc prescita nulla habẽt̃. Itẽ alie maiores alie pauce: alie mediocres: ⁊ aut nimiũ: aut parũ aut mediocriter arrecte. Notam morũ optimoꝝ habent q̃ mediocres. At magne errecteqȝ vltra modum stulticie indices sunt: aut loquacitatis hec philosophus. hoc etiaz habet̃ ab Auicẽna primo de aialib⁹ dicente quãdo prima pulpa. s. auriũ iungit̃ cũ carne faucis. i. mãdibule stultũ: ⁊ vanũ significat. Etiã phũs i methaphoricis ait, quicũqȝ aures paruas habẽt simiales, quicũqȝ autem magnas habuerint asinini sunt. Videbit vtiqȝ aliquis ad canũ similitudinem optimas ⁊ moderatas aures habere. Hec ille, idest habẽtes aures nimis paruas sunt simiales idest mores habent simiaꝝ in quibus malignitatez ⁊ dolũ videbit̃ habere dñiuz. Et habentes aures nimis magnas respectu quantitatis corporis sunt asinini. i. stolidi ⁊ tardi itellectus vt ipse Aristoteles ait primo de animalibus: Vt dixi: Et habentes aures moderatas i quãtitate est bonũ quod probat per similitudinem dispositionis i bonis canibus. Et Rasys ait Cuius aures magne sunt stolidus ẽ ⁊ longe vite. quando igitur sunt errecte ⁊ valde magne idicant multitudinẽ materiei ⁊ inobediens est debite forme: ⁊ dñiuz siccitatis quod est cã erectionis. Aures flexibiles estendũt proportionem calidi ⁊ humidi: ⁊ humidũ ẽ cã flexibilitatis sicut pȝ i corio ⁊ ligno que quãdo curuantur sunt humide aliter franguntur sue partes si viderimus materiaz coruz esse siccaz. ⁊ hoc est quod Ptholomeus phũs dixit aures magne deorsum flexe diuitias denotant. ⁊ quãdo aures sunt valde parue significat̃ paucitas materiei ⁊ virtus cerebri ibecillis: ⁊ arguit̃ materia cholerica: de qua causantur spiritus subtiles: ideo tales habent ingeniuz in operibus malis ⁊ sunt fures ⁊ stolidi ⁊ cupidi adeo ꝙ oia desiderant. Et propter ꝯcupiscentiã sunt luxuriosi

⁊ fortasse intelliguntur de immoderatis appetitibus: ⁊ non potentia rei. Ait Palemon: Cum autem fuerit auricule prominẽtes ⁊ magne ualde significatur stoliditas ⁊ garrulitas ⁊ etiam sunt auidi. Aures autem que quasi p̃cise sunt ⁊ ualde breues ⁊ distributum dicit loxius inferri dolũ. Aures formate ⁊ semicirculariter connexe linee in medio aliquantulum cõpresse uersus centrum ⁊ medie magnitudinis que decenter capiti adhereant bonitatem nature attestantur. Aures autẽ nimiũ rotũdo indociles significant. Aures autem oblõgas ⁊ angustas inuidie dicunt esse signa. Iacẽtes autẽ super caput applicatas dicunt significare hebetudinẽ ⁊ pigriciam ut tenet Albertus. Ratio ⁊ causa significaionis est ꝙ uirtus formatiua quando directe formantur organa: aut deficit istrumentum caloris ⁊ species: efficit vt malicia materie defluentes aures reddat enormiter: aut siccitate aut parcitate eiusdem a debita retrahitur quantitate: ⁊ secundũ hoc nõ possunt principiare opera anime: nisi secundũ luxum aut penuriam procedant inquantum ꝓcedunt ab indiuisionib⁹ nature hec Albertus. Ego notaui multitudinem senum ⁊ inueni in eis aures magnas ⁊ non paruas. Igitur parue aures declarãt uitam breuem. Isti sententie conuenit Ptholomeus philosophus quando ait aures parue breuis vite: ⁊ si sint pilose longitudinẽ. Ratio ẽ paruitas ostendit paucitatem materiei: ⁊ quando sunt pilose denotant materiam esse fortem in uirtute calefacere cerebrum calefactione laudabili quia pili causant a uaporibus eleuatis a caliditate cordis ⁊ ceteris alijs membris. Aures pilose significãt bonum auditũ quod est signum speciei ⁊ caloris ⁊ ideo loquor. Forte autẽ aures alicuius hominis magne enormes. forte parue: ⁊ forte mediocres ⁊ forte erunt prominentes valde a capite ⁊ forte econtra minus compresse super caput ⁊ forte sunt positionis mediocris iter hec duo mediocres autem omniũ specierum quas dixi significant bonitatem. Aliqui dicunt auricule cartilaginose sunt complexionis melancolice. Auricule autẽ magne denotant dominiũ humoris melancolici sicut sunt in leporibus ⁊ asinis qui habẽt aures magnas ⁊ sunt stolidi. Ideo habẽtes aures tales sunt similis natur. Et humores melancholici non repugnant ad diuturnitatẽ uite. Et ait cõciliator ꝙ aurium forma temperamentum denotans omnino semicirculi existens i figura medieq͡ȝ magnitudinis ⁊ connexe linee in medio aliquantulum compresse uersus centrum: et capiti idoneo applicate inherentes permaneant contrarie se habentes contrarium denotant. Aures vehementer magne ⁊ prominentes stulticiã garrulitatẽ: ⁊ imprudentiã testantur. Dixit Ptholomeus philosophus: qui habuerit aures subtiles ⁊ siccas nunquam habebit bonum. ⁊ significat complexionem valde cholericam de qua procedit intentio exhausta in operationibus cõgruis ⁊ instabilitatem maximã arguit. Et idẽ Ptholomeus. qui habet aures equinas morietur dñs vel princeps. Et conciliator ait dicunt aliqui. Aures parue malignitatẽ denotant. Aures nimium rotũde idocilem arguũt. Aures oblonge iuidũ idicant. Aures latentes ⁊ capite recto modo fixe pigriciam ostẽdũt.

Quesitum. xviii. Augusti. Disci. ad eũdem Coclitem Magĩm. De physionomia maxillarum. Discipulus.

Textus.

VAM VIDI Distincta capitula de hpysionomia maxillarum pauca tamen ⁊ varia secundum aliquos.

Responsio Magri ad Discipu.

Cõmentuȝ.

Unt autem gene inferiores oculorum partes: vnde barbe inchoantur vt dicit Isidorus libro vndecimo capitulo primo Genos enim grece barba hinc ⁊ gene ꝙ inde incipiãt gigni barbe latine: ⁊ dicuntur alio nomine maxille. Notandum est etiam ꝙ secundum Constantinum maxille potissime ostendunt hominis complexionem. Que si fuerint multum rubicunde mixta tamen temperata albedine: ⁊ in substantia nõ nimis crasse sed mediocriter carnose calidam ⁊ humidam pretendunt complexionem ⁊ ipsius temperamentum.

Si vero fuerint in colore albe sine aliqua rube
dine significant excessum. Si vero fuerint fu-
sce in colore aut citrine in substantia tenues τ
macilente dominiuz designant siccitatis nimie
τ caloris vt tenet in cholericis. Si vero fuerint
quasi liuide in colore τ substantie a carnibus
depurgate excessum significat siccitatis τ frigi
ditatis sicut pz in melancolicis. Gene insuper
affectionū animi idices sunt τ eius notificāt q̄
litaté. Nā secūdū affectiōes animi ex subito ti
more vel gaudio pallescunt subito vel rubes-
cunt hec cōstantinus. Ego dico quando etas
etati superuenit breuitatis vite signum est effi-
cacissimum: τ hoc in aspectu discernit. Verū
regula hec q̄z efficacissimum habet iudiciuz τ
maxime in pueris τ etiam in egritudinibus: τ
maxime in illa quā medici vocant ethicam se-
nectutis. Et Rasys ait: cuius maxillarum ca
ro grossa est grosse est nature. Cōciliator tenet
ꝙ gene grosse ignauiam τ vinolentiam deno-
tant. Alias violentiam ostendunt: tamen pri-
ma intentio est melior. nimiū autē tenues ma-
lignitatem declarant. Et philosophus ad A-
lexandrum ait. Qui habet tempora iflata τ ge
nas plenas ē valde iracūdus. Et si adeo sunt
parue situate vt ab oculis conspiciantur absci-
se plenitudinem humorum τ hominem eoruz
pondere grauatum denunciant. Rotunditatez
autem earum dicunt inuidiam ostendere. Le-
nes autem male disposite prolixam linguam i
portunitatem τ loquacitatem malam denunci
ant. Item in methaphoricis ait philosophus
Quibus gene super erubescunt ebrij seu ama-
tores vini τ referuntur ad passiones: quia qui
ab ira sunt egressiui erubescunt secundum ocu
los idest circa oculos apparet rubor incensus
i primo impetu. Cā tacta est in capitulo de na
tura faciei sufficienter. Tamen aliquando acci
piunt maxille pro mādibulis: vt apud vulgus
tamen ethimologiarum. xi. capitulo primo di-
cit Isidorus. Male sunt eminentes: sub ocu
lis partes ad protectionem eorum supposite
Vocate autem male: siue ꝙ infra oculos pro
mineant in rotunditate: que greci mella ap-
pellant: siue ꝙ sint supra maxillas. Maxille
per diminutionem a malis: sicut paxillus a pa
lo taxillus a talo. mādibule sunt maxillarum p
tes ex qua anomen factū barbam veteres: vo
cauerunt ꝙ virorū sit non mulierꝫ: Et sic tunc
ego dico. Quorū maxille. i. mandibule sunt e-
minentes ex parte superiori oris cum longitu-
dine maxillaꝝ ex parte cōpositionis tales ma
liciosi sunt i rebus in quibus non oportet: τ ta
les bobūs τ asinis assimilantur ex parte ma-
xillarum. Si vero maxille fuerint curte cum
tali eminentia significant homines malicio-
sos: detractores violentos τ inuidos: τ istud in
telligitur quando ibi non fuerit carnis presen
tia. Hec Cocles.

Quesitū decimūnonuz. Augustini Discip.
ad eundem Coclitem Magistrum. De na
tura Oris. Discipulus.

Textus.

IT Pilosophus in de secretis
a secretorū. Qui habet latum os est
bellicosus τ audax.

Responsio Magi. ad Discipuluz
Cōmentuz

Dicit Isidorus in. xi. ethimolo
d giarum capitulo primo os dictū
ꝙ per ipsuz quasi per hostiū τ ci
bos intus mittimus τ sputum fo
ris proijcimus vel quia ibi igre
diuntur cibi inde egrediuntur sermones. In
prehabitis dictum est quod magnitudo mem-
brorū procedit a calido τ presertim os: quod
representat membra naturalia τ spiritualia: τ p̄
cipue stomacū: qz quanta est proportio stoma
ci ad os tanta est proportio oris ad stomacum
qz membra interiora sunt calida: τ quanto ca-
lor est intensior tanto resolutio ē maior. Vbi
enim est magna resolutio ibi necesse est restau
ratio sit: que fieri nō pōt nisi mediāte cibo qui
oportet esse i magna quantitate de quo generā
tur spiritus in magna copia: qui causant iram
τ prelium τ audaciaz. Hinc est ꝙ Palemō.
Albertus τ Cōciliator dixerunt. Cui os ma
gnum est gulosus bellicosus τ audax. Et idez
ait Rasys. Qui magnū habet os gulosus ē τ
audax. Cum quidem vltra mensuram os dila
tatur ac si recisum existat τ deductum voracem
τ immitem impiū bellicosumqz significat: be-
luis marinis ꝯpatū. Et dicūt aliq ꝙ sunt men
daces v̂bosi nouigarruli: iuidi τ valdē ī ꝑietes.

Cuius oris fuerit parua clausura ⁊ aperitio: si-
gnificat hominem pacificũ timidũ ⁊ non fide-
lem. Ratio cõtraria est quam superius addu-
xi. Cum os longe prominuerit ⁊ rotundũ fu
erit cum labiorum spissitudine ⁊ aliquantuluz
contortum immundum stultum ferocem de-
notat porcis comparatum. Os in situ quãtita-
tẽ habens cũ paruis labijs ⁊ parua clausura:
⁊ oculis risiuis cuz residuo faciei libidinosum
⁊ mendacez ostendit. Cuius vero os in loquẽ-
do contorquetur ex catarrali vitio infestatˀ sed
intensiue vel remissiue ⁊ cum duplicatione ad
alias proportiones vt expertus testor.

¶ Quesitum .xx. Augu. Di. ad eũdez Co-
clitẽ Magistrũ. De natura labioꝝ. ¶ Disci.

¶ Textus.

c UJUS MAGNA Sunt
Labia stultus ⁊ hebes denota-
tur.

¶ Responsio Magr̃i ad Discipu.

¶ Comentuz.

i N extremitate autem maxillaꝝ
seu mãdibule sunt labia: que fac-
ta sunt ex carne molli: quoniam
duplici motu mouentur: vno vi-
delicet proprio superiusˀ ⁊ inferiꝰ
⁊ altero maxillarum motu versus vnũquodqꝫ
latus vicissiz siue versus vtrãqꝫ maxillã: ⁊ hec
est causa etiã qꝛ precipue labia boni motus di-
cũtur: vtilitas eorũ propter loquelaz: ⁊ vt be-
ne concludantˀ vt tz Albertus. Labia a lãben-
do nominata quod autem superius est labium
dicimus: quod inferius eo quod grossius sit
labrum. Alij virorum labra: mulierũ labia di-
cunt. Color autem Labiorum versus aperi-
turaz oris est rubeus ꝓpter multas venas san-
guinis ad illum locum deriuatas et huius si-
gnum est ꝙ sepe ⁊ multum sanguinãt et de fa-
cili rũpuntur ⁊ scinduntur Et vulnera caden-
tia in labijs facileˢ a chirurgicis curantur. Et
ego curaui sepe cum melle rosato tantũ. Pos
sunt etiam signa accipi ex coloribus labiorum
Color enim naturalis i extremitatibus labio-
ruz secũdũ constantinum ẽ rubicũdus propter
cutis subtilitatem que de facili a calore vel co-
lore sanguinis recipit roseam qualitatem. Un-
de vt dicit: Rubedo labioruz significat purita-
tẽ cõplexionis ⁊ ipermixtionis turbati sangui-
nis ⁊ bone ⁊ fortis virtutis ⁊ econuerso labio-
rũ liuiditas signũ est defectionis virtutis ⁊ ca-
loris naturalis. Ideo Rasys ait. Cuius la-
bia non bene sunt tincta egrotans est. Scias ꝙ
labiũ inferius laxũ ⁊ valde rubicũdũ significat
in muliere maximã libidinez vt notaui i vulga-
ta postribula: ⁊ i magna meretrice cuius gratia
metus nomen ignoro. Et i pueris significat cy-
nedũ esse vel fieri ⁊ presertim si vultus ⁊ oculi
sunt risiui ⁊ in etate cõpleta alluminati: ⁊ testor
hoc vt vidi etiam in principe quodam. Cum
vero magna sunt labia representant multitudi-
nem materie attractam propter caliditatem: ⁊
grossicies propter grossos humores ⁊ spiritus
de quo sequitur hebetudo ingenij: stulticia cau-
satˀ rõne caliditatis: nisi sit laxa atqꝫ fluxa. Si
erecta ⁊ spissa idest compacta siue firma: martẽ
planetã hic collocamus: ⁊ similiter quando os
est magnũ: si labia sunt laxa lunã applicamus:
breuiter oia mẽbra secũdũ naturaz seu proprie-
tatẽ eorũ ad suũ planetam attribuimus: vt ter-
tio libro patebit. Dixit loxius. Phylemon
Palemon Albertus ⁊ Conciliator. Labia
blanda parũper ridentia letis vultibus que cõ-
tingunt libidinosos ostendere: vt habent spado-
nes: aliqui tamen sunt deceptores fures ⁊ do-
losi vt notaui precipue in maligno chyrurgico
cõterraneo nostro Seraphino de Pisis. La-
bia oris valde grossa laxa vel nimiũ reuoluta
foris significant hominẽ simplicẽ cito credentẽ
⁊ grossi igenij: ⁊ significat humorẽ flegmaticũ
humectãtẽ quod asinis antiquis referˀ. Si la-
biũ inuiuidũ est significat materiã nõ regulatã
⁊ humores grossos ꝺ quo sequitˀ itellectus be-
luinus. Et qui labia hñt dura ac subtilia circa
caninos dentes supereminentiã insanie habẽ-
tes ostendũt: ⁊ ad sues referuntˀ. Cãm credi-
mus esse paucitatem materie ⁊ dñiũ siccitatis:
qꝛ cõsumit humidũ labioꝝ ⁊ circa caninos dẽ-
tes nõ potuit destruere: quoniã humidũ existẽs
i tali loco fuit viscosuz: ⁊ tenax: ⁊ ratione siccita-
tis multiplicate i cerebro sunt fatui ⁊ pfidi vt
sues. Unde philosophus i methaphoricis scri-
bit. Quicũqꝫ autẽ habent labia subtilia ⁊ in ex-
tremitatibus relaxata adeo qꝺ supius labium
ad iferius ꝓtendatˀ ad cõiũctionẽ labioꝝ ma-
gnanimi sunt ⁊ referuntˀ ad leones. Uidebit
vtique aliquis huiusmodi in magnis ⁊ forti-
bus canibus. Quibus labia subtilia ⁊ du-

ra circa dentes caninos erunt supereminētes:
⁊ q ita habent referunt ad sues. Qui autē la
bia grossa habent ⁊ superius inferiori prepē
dens fatui sunt ⁊ referuntur ad asinos. Quib⁹
cūqз autem superius labium ⁊ gingiuis proe
minens erit sunt amatores cōtumeliarum ⁊ re
feruntur ad canes: hec Aristoteles. i. habētes
superius labium eleuatum ita quod gengiue
idest carnes dentium ⁊ ipsi dentes appareant
sunt litigiosi ⁊ cōtumeliosi ⁊ referuntur ad ca
nes precipue secundum apparentem conueni
entiam. Canes enim mordere volentes labia
contrahunt ⁊ dentes ostendunt. Et Rasys
ait. Cui magna sunt labia stultus intelligitur
⁊ hebes: ⁊ phūs in physionomia de membris
ait qui habet labia grossa est stultus. Quando
phūs exemplificat in canibus ⁊ leonibus cau
sa nobis ignota est nisi dicamus q̄ spiritus pp
ter vniōes eorū ad anteriorē partē tumefaciunt
musculos labiorum ⁊ maxime superius prop
ter cōmunitatem cum neruis qui dant sensum
que origo eorum tendit in partem anteriorem:
⁊ ideo magnanimitas causatur a calido condi
tionato: Imaginatiua tendit seu celebratur in
anteriore ventriculo vt dictum est continue
dictus locus est calidus: ⁊ spiritus transmissus
a corde exuberanter i antedicto ventriculo.
Ideo propter sparsionem illorum ad anterio
res partes faciei labium superius est quasi tu
mefactum experientia nobis certificat q̄ homi
nes cogitabundi ⁊ magnanimi in eorum cogi
tationibus habent labia superiora tumefacta:
⁊ sic videmus i aliquibus q̄ i principio irasci
bilitatis eorum labia sunt eleuata presertim su
periora propter multitudinem spirituum effun
dentium ad ipsas quia vene ad illum locum
terminantur in magna quantitate sicut ante di
ximus. Qui autem sunt parui oris ⁊ tenuia ha
bent labia indicant imbecillem animum ⁊ ver
sutum. Optimus autem oris status est quan
do non nimis humidus est: Nam humiditas
oris ⁊ labiorum timiditatem ⁊ malignitatem
arguit vt tenet Albertus. Preminentia autē
nimia stulticiam ostendit ⁊ loquacitatem ⁊ au
daciam. Dicunt quidam. cuius labia fue
rint conuenienter subtilia ⁊ non multum foris
retorta significat hominem secretum i omnib⁹:
sagacem: iracundum ⁊ multi ingenij. Causa ē
quia ostendit materiam congruam ad subtili
tatem humorum ⁊ spirituum que est causa in
genij. Iracundia vero propter subtilitatem
spirituum pronos ad icendium. Habentes la
bia cum gengiuis super dentes preminentia
maledictum clamosum iracundum inclinatū
q̄з ad iniuriam indicant: ⁊ proprie referuntur
ad canes: vt inquit palemon: vt dixi. Cuius
labia fuerint bene colorata ⁊ plus subtilia q̄з
grossa significat hominem bone conditionis i
omnibus ⁊ cito conuertibilem ad vtrunque ⁊
citius ad virtutes q̄з ad vitia: vt ait Micha
el scotus ⁊ ibi Jupiter representatur. Cuius
vero labia non sunt bene equalia in omnibus
ita quod sit vnum maius altero significat ho
minem plus simplicem q̄з sapientem ⁊ varie
fortune: vt dicunt. Ait etiam Ptholomeus
philosophus. Labia superiora parua ⁊ aliquā
tum eleuata verbosum accusatorem ⁊ summe
inuidum ostendunt. Paucitas autem labio
rum paucam materiam attestatur: ⁊ domini
um frigiditatis eleuatio vero declarat siccita
tem contrahentem viles neruos: de quo seq
tur quod spiritus animales incongrui sunt ad
discernendum quicquid loquitur ⁊ inuidia
propter idem causatur. Et etiam dixit. La
bia superius eleuata ⁊ inferius submissa mi
seriam vite significant: ⁊ indebitos mores.
Summam nanqз experientiam vidi ⁊ preci
pue in egenis nam significatur spirituum ani
malium imbecillitas de quo ingenium non ha
bet sedes. Et inquit labia subtilia si superius
sint euersa ⁊ decliua furem ⁊ deceptorem signi
ficant. Et labia grossa vt canis deceptorem
⁊ accusatorem insinuant. De conditione labio
rum in ethiopibus non versatur iudicium pro
prium nisi vt de regionibus loquimur ab vni
uersali influxu vt in prehabitis actum est.

¶ Quesitum. xxi. Augusti. Disci. ad eundem
Coclitem Magr̄m. De dentibus. Dis.

¶ Textus.

LIJBLISCLIA Que ca
nini dentes longi sunt ⁊ firmi: ⁊
proprie ad exteriora se exponen
tes gulosum malum atqз irasci
bilem designant canibus vel a
pris comparatum.

¶ Responsio Magi. ad Dis.

¶ Comentum.

ausam puto esse ex habundantia radicalis humidi seu materie spermaticalis que ostendit maximum dominium caliditatis ⁊ robur in membris principalibus ꝺ quo sequitur consumptio humidi substantifici qui non potest refocillari nisi cibo sumpto ex quo necesse est exuberantia ciborum: ideo sunt inordinati sicut dictum est. ⁊ patet per relationem in canibus ⁊ apris. Cognoui per experiẽtiam istos esse maximos lurcones ⁊ bibones deceptores: lenones: ⁊ homicidas ⁊ maxime si aliqua alia proportio auget. Et Rasys ait cuius dentes debiles sunt ⁊ rari ⁊ minuti totũ eius corpus est debile. Et reiterat idem Rasys in de seruis emendis: ⁊ phũs in problematibus vt dixi i primo libro cõtra Plinium Ait etiã phũs in secũdo de aialibus habentes dentes raros sunt breuioris vite. Idem Rasys cuius canini longi sunt ⁊ firmi gulosus est ⁊ malus idest vitiosus: ⁊ idem tꝫ conciliator. Sonus a dentibus factus maniaꝫ denotat: qꝺ iterdum infantibus dormiendo accidit ⁊ lumbricorum indicium afferimus: vt dicũt medici. Dentes grossi ⁊ lati siue declinẽt foris: siue intus significant hominem vanum lasciuũ simplicẽ ⁊ igenium bouinum attestantur. Arguit quoqꝫ spiritus grossos orientes ab humoribus crassis. Dentes cũ egrotantium fuerint vt siccissimum quid humiditate oĩno priuati ⁊ arridi certissimum mortis est signum: nã ostendit humidũ radicale comsumptũ. Et corpora eorum sunt sicut lucerna sine oleo. Dentes reumate pleni significant vitiũ capitis aut stomaci propter cõitatem capitis aut pulmonis causantem corizam branchos aut tussim ⁊ aliquãdo sinanchiam aut in faucibus apostemata sꝫ plus ⁊ minus secũdum membrorum contra operantiam vt intuenti pꝫ. Animalia habentia dentes serratos bibunt lambendo: habentia vero continuos bibunt sorbendo vt supra ꝺ animalibus dixit igeniorum princeps.

¶ Quesitum. xxii. Augu. Di. ad eũdeꝫ Coclitem Magistrũ De lingua. Discipulus.

¶ Textus.

INGUA Ad inferius conuersa traulizans aut belzizans Diarhiã ventris dicũt medici ostẽdere.

¶ Respõsio Magri ad Disci.

¶ Comentum.

ingua autem est membrum qꝺ tractum est ex carne alba dura ⁊ bene mobili ⁊ hoc ostẽdit color ⁊ opus eius. Rubedo auteꝫ que est in ea ex venis multis est que veniunt ad eam ⁊ ex arterijs ⁊ maxime in inferiorem partem eius propter quod est ipsa in inferiori parte magis rubea q̃ꝫ in superiori. et est materia spongiosa: experientia nobis declarat ꝙ sanguinea sit quia solutio continuitatis ipsius sola curatur in breui cum melle rosato simplici: Inquit Ysidorus. xi. ethimologiarũ lingue a linquendo cibum: putat varro nomẽ impositum. Alij ꝙ per articulatos sonos verba ligat sicut enim plectrum cordis: ita lingua illiditur dentibus ⁊ vocalem efficit sonum. Lingua est propter sapores percipiendos: ⁊ litteras exprimẽdas vt tꝫ phũs in. xº de aialibus. Diarhij fiũt blesi propter materiam descendentem a capite que imbibit in spongiositate lingue ⁊ in lacertis ⁊ ab hoc ingrossat ex sui dilatatione necessario abbreuiat. Ideo traulizant. i. balbutiunt. Ait Rasys traulitas vero humiditatẽ innuit ꝯplexionis. Et anterius linguas ligatas habẽtes nõ bene formant litterã. s. ⁊ dicuntur blesi: ⁊ posterius ligatas habentes non bene formant litteram. r. Diaria ẽ fluxus ventris cum sola humoris amissione: ⁊ p̃cipue quando humores descẽdũt a capite. Iõ quando sunt trauli signũ est diarie. Ego de illis fui in pueritia multũ: vt in pluribus habundat in ea etate. Et in adulta resoluit. ꝟꝗ sexto afforismoꝝ inquit Galenus balbuties in greca lingua diuersa est secũdũ: balbos diuersas lr̃as corrumpentes. r. ergo rumpentes vocant trauli: si suo loco vtantur. l. Qui corrumpũt. s. ⁊ vice sua. c. ponunt appellantur syalos ⁊cet. Blesi multotiens timent vinum ⁊ aliquando cerebri debilitatem habent. Et hinc est quod ebrij balbutiunt q̃n vapores vini imbibunt in spõgiositate lingue ⁊ dilatat ⁊ impedit a natu-

rali situ. Unde hyppocras i d' secretis ait gra
uitas lingue in iuuentute post eius leuitatem si
gnificat mortez subitaneam. Et quādo lingua
est grossa ⁊ lata significat ingenium rude quod
multotiēs notaui ⁊ etiam representat humores
flegmaticos i cerebro aut in residuo corporis
existentes. Ait cōcilator traulizans ⁊ syllabā
multotiens repetēs ante dictionis prolationez
melancholie denotat paratum. Lingua motu
contracta veloci ⁊ corruptione verborum repe
tentiaz causans hominem stultum impetuosuz
⁊ iracundum denotat: propter mobilitatem spi
rituum ⁊ caliditatem festinantem prolationem
sine consideratione. Et cum uelut lapis fuerit
pene immobilis piger hic notatur. Ligua sub
tilis ingenium subtile representat propter decē
tem materiā scilicet humoris ⁊ spiritus: Iz cali
dam et forte cholericā cōplexionem ostēdat
Dixit enim ptholomeus philosophus linguā
longam ⁊ rubram sapientiam significare quo-
niaz denūciat humores laudabiles. In oscu-
lis multuz apphēdi potest: uidi creaturaz qua
si p palmum linguā ab ore emittere: et expTus
loquor. ⁊ hic cognoscitur ꝙ uirtus musculoruz
uoluntaria est. Lingua alba paupertatez deno
tat ⁊ miseriam ut ptholomeus ait. Cōciliator
dixit lingua in naturali colore infecta discrasiā
⁊ malam dispositionem denotat maxime ven-
tris ⁊ pectoris hec conciliator. Qui habet lin-
guam longam ⁊ grossam ⁊ rotūdam ita ut cum
ipsa possit nasum abstergere talis naturam bo
nis imitatur ut ego conuicinam meam habere
notaui. Quare est ꝙ aliquādo gustus corrūpi-
tur: tenet Auerroys in de sensu ⁊ sēsato ꝙ lin
gua nullaz habet saporem in actu ⁊ ideo quan
do imbibitur in quibusdam humoribus corrū
pitur gustus ⁊ similiter est de instrumentis ali
orum sensuum

Quesitum. xxiii. Augustini discipuli ad eun
dem coeluem magistrum De significatione
uocis. Discipulus.

Textus.

N Methaphoricis ait philoso
phus: In uoce autez grauis qui
dez ⁊ distensa fortē: Acuta autez
⁊ remissa timiduz.

Responsio Magistri ad Discipulum.

Commentum.

Hic Aristoteles physionomizat
b ex voce ⁊ ponit duplex signuz se
cundum duplicem uocis dispo
sitionez: Potest eni uox esse gra
uis ⁊ distensa idest grossa ⁊ quasi tubalis ⁊ ta
lis ut dicit significat hominem fortē. Uel po-
test esse acuta ⁊ remissa idest nō grossa sed gra
cilis ⁊ talis significat timidum. Cause autem
istarum significationum accipiuntur a cōplexio
ne cordis ⁊ pulmōis in caliditate ⁊ frigidita
te. Ista eniz membra cuz sunt calida arterias
vocales faciūt latas ⁊ spiritus multos. Mul
ti aūt spiritus in arteria vocali magna faciūt vo
cē magnā ⁊ crassam sicut in fistula lata ⁊ ma-
gna fortiter iflata causatur sonus grauis ⁊ gros
sus ⁊ econtrario: quādo ista mēbra sunt frigida
faciūt arterias graciles ⁊ strictas ⁊ paucos spi
ritus ex quibus causat' vox acuta ⁊ gracilis: si
cut patet in paruis fistulis ex quibus insufla-
tis causatur sonus gracilis. Et signuz istius ē
in viris ⁊ feminis gracilibus: qd' est propter vi
rorū caliditatem ⁊ feminaz frigiditatem. Et
istud etiam patet per Auerroym quarto colli-
geth capitulo de signis temperantie pulmonis
vbi dicit fortitudo vocis sequitur largitatē ve-
narū: ⁊ largitas significat caliditatem comple-
xionis pulmonis ⁊ causa est ꝙ fortitudo vocis
significat necessario caliditatez: sed complexio
frigida significat stricturas viarum alias vena
rū ⁊ debilitatem vocis hec Auerroys: Item
i methaphoricis in alia distinctione inquit phi
losophus: qui magne vocis fuerint grauiter in
iuriosi sunt ⁊ referuntur ad asinos. quicūqz au
tem antevocant incipientes in graui ⁊ finiunt i
acutum iracundi sunt placatiui ⁊ referunt' ad
boues ⁊ ad decentiam vocis: quicūqz autem
vocibus acutis mollibus ⁊ ruptis loqunt' ti
midi sunt ⁊ referūtur ad mulieres ⁊ ad decen
tiam vocis. quicūqz autez grauiter vocant ma
gnum non perplexum referuntur ad fortes ca
nes ⁊ ad decentiam. quicūqz molle sine tensio
ne vocant mansueti referuntur ad oues. quicū
qz vocant acute ⁊ ferociter iracūdi referuntur
ad capras. Hec de philosophi intentione.
⁊ idem tenet Albertus ⁊ Conciliator. Et
Hieronymus de manfrediscivis noster: Ta
men magis ample ⁊ sub aliis verbis dicemus
nos aliaz rationem quaz adducemus. Pri-

mo dicenduꝫ est. Quicunqꝫ habet grossam al-
tam ⁊ sonoraꝫ voceꝫ est audax eloq̄ns ⁊ belli
cosus. Sciēdū est ꝙ uox est diuersa a sono: eo
ꝙ uox est sonus cū ymaginatiōe ab ore anima
lis ad aliquem effectum demōstrādum prola
tus. Sonus autem est genus quodlibet uide
licet a sonante procedens quod auditui infert
passionem. Sermo autem est tertiuꝫ diuersita
tem habens ad utrunqꝫ istoꝝ. Est eni sermo
uox articulata ⁊ litterata concepta mētis homi
nis determinās ⁊ hoc non competit nisi homi
ni ⁊ paucis que ad hominē habēt affinitatem
sicut pigmeus ⁊ maritō ⁊ cetera talia ut ait
Albertus in libro de aīalibus ⁊ phūs secun
do ď anima texti cōmenti 90. vox est percussio
respirati aeris ab anima ad uocale arteriā: ⁊ cō
mentator secundo de anima commēto .88. ait
vox vero est sonus animalis proprii ⁊ per mem
bruꝫ proprium. Themistius secundo ď anima
commēto. 91. inqt vox est animātis sonus qdē
instrumētis ⁊ meatibus ⁊ officina spirādi attol
lit: ortū habens hinc: ꝙ spiritus redditus per-
cutit aerem in arteria contentum aut ipsaꝫ arte
riaꝫ: idqꝫ ex preposito idest cū imaginatione ali
qua aut ꝯsilio significandi indicādiqꝫ aliquid.
Et philosophus i quarto de animalibus ait.
Qui non habēt linguam liberam ⁊ absolutaꝫ
nō emittunt uocem neqꝫ sermocinātur. Vox
igit̄ grossa ⁊ alta caliditateꝫ cordis pulmonis
que ⁊ latitudinē trachee arterie ostēdit ⁊ libere
attrahit et expellit aerē sine ipedimēto. Ideo
sonorās est bellicosus ⁊ loquax per dictaꝫ cau
sam. Et dixit philosophus in de secretis secre
torum. Cuius uero uox est mediocris in subti
litate ⁊ grossicie est sapiens prouidens uerax
⁊ iustus propter oppositā causaꝫ. Qui uero est
uelox in uerbis: ⁊ precipue si habet gracilem
vocē ē iprobus: stolidus: iportunus ⁊ mēdax.
Si uero uox fuerit grossa erit iracundus: ꝑcipi
tās male nature. Qui habet dulceꝫ vocē ē ini
dus suspiciosus. Pulchritudo ēt vocis idicat
stoliditatē isipiētiā ⁊ magnanimitatē. Et Ra
sys ait vox grossa caliditatē cōplexionis: graci
lis vero cōplexionis innuit frigiditatē. Loquēdi
velocitas calidā significat cōplexionē. Idē te-
net Albertus: Loxius: palemō ⁊ phylemō et
etiā cōciliator sub istis verbis. Cuius vox est
grossa iracūdus ⁊ ꝑcipitās ⁊ male indicat̄ na
ture: Ratio ē itēperata caliditas. Festinus in

verbo presertim cū vocem gracilem habet im-
probus stolidus importunus mendax irasibi
lis nunciatur ⁊ omnio prauorum morū existit.
Cuius vox dulcis fuerit inuidus ⁊ suspiciosus
indicatur. Rationem in alio loco scripsimus
quia est effeminata: nā vocis pulcritudo stoli-
ditatem ⁊ paucam denotat sapientiam ⁊ vene-
reos mores sectantem. Ut grus quidem vox
aspera inuidum notat ⁊ malum in corde reti-
nentem occultum. Humores melancholicos
amplectitur. Cuius vox non anhelitu longo
perficitur vilis significatur propter frigiditateꝫ
cordis ⁊ fortasse cum humiditate applicata.
Et qui uocem grauem habuerit sui ventris
seruus existit. Ratio est quia vox grauis pro-
cedit ex ďbilitate virtutis q̄ nō potest expirare
magnaꝫ copiam aeris ad mouendū musculos
pectoris a qua procedit tertia ⁊ ďpocago idest
non laborat cum ingenio nec etiam motu cor-
porali. Secunduꝫ est: ꝙ qui vocē ďarticulādo
componunt: ⁊ talibus icumbunt multa ꝓmit-
tētes: tales ďceptores reputātur. Qui clamant
a uoce incoantes graui terminantqꝫ in acutum
ut boues molles sunt effectus: ⁊ ad placāduꝫ
proni. Ratio est persepe dicta. Qui assimilat̄
alcui animali illi similis existit. qui acutam cū
siccitate vocē promunt versipelles ac subdoli
fore probantur. quicūqꝫ uoce molli ac disrup
ta loquitur timidus ⁊ effeminatus indicatur.
quicunqꝫ molliter sine tensione vocāt māsueti
sunt ouibus relati. Fortiter ac uehemēter voci
ferans iracundus est: qui vocem quassatam
⁊ grauem tanq̄ꝫ de uasculo conquassato pro-
munt inclinantem natura stulti sunt ⁊ voraces
Quorum vero vocis sonus grauis consistens
existit vt ouium aut caprarum sit voci propin-
quus stulticiaꝫ denotat. Exprimentes vocem
tanquam ex cōmotione pectoris graueꝫ iflexi
bilem virilem indocilem ⁊ magnanimum ďno
tat leonibus attribuitur. Qui tarduꝫ ⁊ grauem
vocis sonum habent tranquilli sunt ⁊ iocundi:
horum quideꝫ iusti ⁊ affabiles mores existunt
Qui vt aues vocem prorumpunt proni sunt: et
in venereꝫ faciles: ⁊ inanes. Vox quidem in
flata tenuis ac lugubris tristem asperum atqꝫ
suspiciosum innuit. Et quorum in nares vox
concurrit: sic vt nares cōsonēt: Loquaces ⁊ mē
daces maliciosi inuidi: ⁊ aliorum sunt malo
congaudentes ⁊ tales anatis naturā imitant̄

Ego p experientiam pcepi presertiꝫ i angelo quodā noto. Amplius vox vehemens strepēs velut sonus indecenter pmixtus violentum iniustum in corde odiū gerentē denotat. Vox vero tarda inhertem precipitem declarat. Et cuius vox in medio mediocriter i subtilitate ꝛ grossicie se habet: sapiens pvidus verax ꝛ iustus habetur. Et universaliter vox hominis secundum ꝙ alicui animali assimilatꝰ ꝛ vocis eorum similitudinem observaverit similes mores secundum palemon sequitur. Amplius in omni physionomia excellētia ꝛ defectus vitio referuntur: in medio enim virtus dominabitur Insurgit questio propter quid in aliquibus est magna ꝛ i aliquibꝰ parva: ꝛ i aliquibꝰ grossa ꝛ subtilis ꝛ i aliquibus rauca ꝛ aspera. Respōdēt aliq ꝛ dicūt tres cōditiōes pricipales cōcurrere ad vocē. Una ē virtus pulmonis i pellētis aerē reverberādo ad epyglotū aut ad cannā pulmōis. Secunda ipso aere expulso iterū reverberare. Tertia est cāna pulmōis ad epyglotis ubi reverberatꝰ aer: Quāto igitꝰ virtꝰ vocalis ē fortis ad expellēdū multū aerē: ꝛ cāna pulmōis ē āpla ꝛ magnā copiā aeris recipit tāto vox ē magna ꝛ parva. Quāto virtus ē debilis ꝛ trachea arteria ē debilis: subtilitas ꝛ acuitas vocis procedit secundū virtutē monētē ꝛ velocitātē aerē. Grossicies vocis pcedit ex tarditate motus. Quāto virtus minus aerē movet: tāto vox maiorē habet subtilitateꝫ ꝛ acuitatē. Ideo velocius movet: ꝛ quāto aer magis amplectitꝰ tāto vox est grossior pter motus tarditatē. Vox aspera pcedit ex siccitate canne pulmōis: Et vox rauca ex humiditate suפּflua que dscēdit a capite ad cānā pulmonis. que nō pmittit aerē penetrarꝰ. equalitas ꝛ dulcedo vocis pcedit ex tēperamēto canne pulmonis qn̄do nō ē sicca nec humida: ꝛ signū ē quod cōplexio cordis nō obstat nisi pportio repiatꝰ omniū aialiū: femine graciores ꝛ acutioris sunt vocis quam masculi excepta vacca vt tenet in quinto de animalibus.

¶ Quesitū. xxiiij. Augustini Discipuli ad eūdem Coclitem magistrum De physionomia risus.

Discip.

¶ Textus.

a Ristoteles ꝛ pauci fecerūt mētionē De natura risus: tn̄ cupio scire aliquid si possibile est.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

a Nima multū delectatꝰ risu. Tn̄ nimius risus quē cachinuꝫ vocamus: arguit paucitatē itellectus. Vn̄ ē pverbiū vulgatū risus habūdat i ore stultoꝝ: ꝛ ē sentētia Catulli poete. Nā risu inepto res ineptior nulla: Idē asserit seneca his verbis. Sit risus citra cachinū. Habētes splen magnū multū ridēt: ꝛ ecōverso: vt aiūt aliq. Iō dicit Isidorus in. xi. ethymologiaꝝ. Splen dictus a supplemēto: ex cōtraria pte iecoris ne vacua existeret. quē qdā ēt risus cāsam existimāt. Nā splene ridemus: felle irascimur: corde sapimus: iecore amamus. quibꝰ quattuor elemētis cōstātibus itegrū ē aial. Fel appellatū ꝙ sit folliculus gestās hūorē q vocatur bilis. Iō qui sufficiēter ridet: benignus ē amicabilis oibus leviter offēditꝰ ꝛ minime pro aliquo sollicitus: ꝛ ē apparētis decēte cōparatus hoibus sanguineis seu iovialibus. Si satis ridēt iocūditatē significat ꝛ bonā hois ꝯplexionē: ꝛ multū gaudent i coitu ꝛ pcipue quando oculis ē hylaris. Nimiꝰ tn̄ risus vt dicit Aristoteles ad Alexādrū reverētiā removet senectutēq̄ꝫ causat: certe de ipsis nō ē habēda societas qꝛ igeniū ꝛ archanū nō hꝫ sedes: lꝫ sint servitiales secūdū quosdā. Hoies vero q raro ridēt habēt itellectū clarū ꝛ fidelitatē vt attestātꝰ ꝛ scien̄ est ꝙ solus homo risibilis ē. Et nos expti sumus i hoibus virtuosis ꝛ speculativis ac alta idagātibus. Cām vidimus eē summā cogitationeꝫ q̄ removet risuꝫ. Iō q multū ridet nō cogitat ꝛ nō facit discursuꝫ. Dicūt qdā. cuiꝰ durus est risus sagax igeniosus tenax ꝛ studiosus illius artis quam exercet: ꝛ iracundus ꝛ supplantator efficitꝰ. q alta voce ridet cū quodā strepitu iverecūdus est. qui sine cā ridet: ꝛ i ridendo sepe tussit vel oscitat aut torquet caput significat hoiem variū ividū cito credenteꝫ ꝛ ꝯvertibilē ad vtrūq̄ꝫ vt dicūt. Et Cōciliator ait Ridens qdeꝫ cū tussit aut difficultateꝫ spiritꝰ patitꝰ iverecūdus ꝛ tyrānꝰ iudicatꝰ. Hoc nos pbavimus i pricipe quodā. Dicūt cuiꝰ bucca ridendo torquetꝰ cū derisiōe alterius significat hoieꝫ arrogāteꝫ falsuꝫ iracūdū avarū et mēdaceꝫ ꝛ pditorem. Cuius bucca sepe subridet significat malū animū ꝛ pversaꝫ cogitationem et mendaciū. Et tales vniversaliter sunt maliciosi ꝛ simulatores ꝛ nō est cōfidendū de eis:

⁊ precipue quãdo cõiũgit̃ cũ accidentibꝰ animi. Et si cilia eoꝝ nebulant̃ sunt ĩterfectores hoĩnũ fures: ⁊ ꝑdones: vt notauimus persepe. Subridere semetipsum loquendo fatuitatẽ insinuat. vt vidimus in quodã cõterraneo nostro Et reor in illis qui phõs se esse putãt tamen melancholiam imensaz dominari: vt in priº libro capitulo de iracundo scripsimꝰ.

¶ Quesitũ. xxv. Augustini Discip. ad eundẽ Coclitez Magistrũ De anhelitu. Disci.

¶ Textus.

Anhelitus Si aliquid importat dicatur.

¶ Responsio magistri ad Di.

Cõmentum.

Anhelitus multũ arguit habũdãtiã spiritus ⁊ ecõuerso. Cuius cã est duplex: aut ex penuria pulmonis aut ex vitio toracis. Et ideo animal multi flatus ẽ multe fortitudinis ⁊ multi potus ratiõe caliditatis resoluẽtis humiduz ⁊ ꝑsertim roridum. Anhelitus ordinatus inter magnũ ⁊ paruũ mediocris existens quietẽ cordis ⁊ hominẽ placatũ denunciat. Sine cã q̃dẽ suspirare: ⁊ gemitus diu ⁊ alte exprimere melãcholiã futurã maximãq; testat̃. Cũ ⁊ spiritus intersecat̃ ordinatus existẽs ⁊ demũ cũ angustiis ꝓdit̃ estu ⁊ gemitu cogitatiõe ⁊ agonia detẽtus significat̃: ⁊ alicui malo ĩmixtũ esse: ꝑsertim si caput quatiat. Siqdem cũ gemitu oculos torte deducit iã dolet qđ in aĩa cõcepit inuestigãs modũ quo illud valeat ꝑpetrare. Anhelitus cũ rugitu quodã ĩ nariũ ampliatiõe emissus feritatẽ grauẽq; iracundiã brutalem ⁊ ĩpetuosam denotat: quod ⁊ passioni refert̃. quibꝰ spiritus ꝑturbatus ⁊ spissus existit ac si cursu vel aliquo forti laborauerit accidenti ĩpetuosi sunt atq; iracũdi. Cũ quidez breuis ⁊ spissus fuerit anhelitus ac valde decidens interceptus timidus indicat̃. hic ⁊ ĩbecillis. qui autez cum suspirio ⁊ vultus quodã pietate atq; clemẽtia destituit̃ amore talis hereos ligatus vocat̃.

Et phũs ad Alexandrũ ait. Cũ videris hominem frequentãtez in te uisum ⁊ cũ respicis cõteret̃ ⁊ ex hoc erubescit ⁊ maxime si inuitus suspirat: ⁊ lachryme appareãt in oculis eius: hic diligit ⁊ timet te Si vero sit ꝯ̃rium erit inuidus ⁊ cõtẽnet te. Anhelitus altus intersectus cũ gemitu simili dolorem ⁊ tristiciã denotat in amissis. Dicũt quidã medicoꝝ illustres spirituz ꝑ os ⁊ nares frigidũ exeũtem ꝓpinquam mortem inuere. Ait quoq; Ptholomeus philosophꝰ. qui sepe flet ex nihilo semꝑ erit pauꝑ.

¶ Quesitũ. xxvj. Augustini Disci. ad eũdem Coclitem Magr̃m. De natura ⁊ ꝓprietate menti. Discip.

¶ Textus.

Mentum prolixum nimis: iracundum ⁊ turbatum animum denotat raro tamen pietatez declarat.

¶ Responsio magistri ad Discipulum.

¶ Cõmentum.

Dicas quod physionomia ⁊ chyromãtia magis manifestant̃ ꝑ experientiã q̃; rõnez. aliqua tñ adducere possumus in principalioribus mẽbris: q̃ dãt materie magnitudinẽ ⁊ ꝑuitatem a principio generatiõis. Mentũ dictũ ꝙ inde mandibule oriant̃: vel ꝙ ibi iungantur vt tz Ysidorus. Mentũ igit̃ ꝓlixũ ostendit exuberãtiã materie ⁊ rõne caliditatis nimis elõgat̃ iõ sunt iracundi asperi ⁊ crudeles vt tz palemon ⁊ cõstãtinus. qui paruũ ⁊ breue mentũ habent vitãdi sunt eo ꝙ ꝑceptis vitiis imites ⁊ inuidi sunt. hoc. n. Palemon ad serpentes refert. Si uero ĩ rotũdũ definat mentũ muliebres mẽtes ⁊ animuz ĩdicat: hoc. n. est signũ femineũ vt dicit Pithagoras. Et si sub mentũ est copia carnis ⁊ ad gulã porrexerit luxuriosum maximũ attestat̃: vt in primo dixi ĩ capº de luxuria ꝑcipue si vtraq; fouea repiat̃. Utilius aũt mentũ est cõmensuratũ secũdũ aliquã sui ꝑtem ad quadraturã accedens. Itez si longe ꝓlixũ descendat ad mentũ dolis assuetam mentez ostendit: vt hz quidã maximus gallus hodierno die pñceps auaricie ⁊ qui omni malicia plenus est (vt cuncti ex illa natiõe ꝑdicãt) ꝑcipue ad fraudes ⁊ dolos. Si aũt ĩ diuisiõe media non nimis ĩ profundũ depressuz est: signũ veneris ibi erit ⁊ apđ hoĩes talis habebit gratiã. Exptus suz ĩ pluribº q sunt lasciui cuz meretricibꝰ ⁊ aliqñ cũ cynedis agentes ⁊ patientes. Sũt aliqui q hñt foueã latitudinalez ⁊ ꝑ equalez lineã. i. ꝑ lõgitudinem: q̃ magis corroborat dictũ nr̃m. Mentũ quoq; acutũ ⁊ subtile carne nudatũ significat hoĩem audacez de-

dignoscuz vt dicūt. Mētū curuū vt labia sint q̄
si i valle significat rudes igenio: ꝛ pessimū i mo
ribꝰ ꝛ ifidelitate: ꝛ aliqñ sunt fures vt aiūt: nisi
senectus hoc causet pp amissionē dētiū. ꝛ phūs
i 3° ꝺ aialibꝰ ait minus caluescunt hñtes men
tum bipartitum.

¶ Quesitum. xxvij. Augustini discipuli ad eū
dem Coclitem Magr̄m. De natura barbe.

¶ Textus.

Dicas mihi si barba in homine
d habet significatum in moribus.
aut si ad pulchritudinem a natu
ra fabricata est.

¶ Responsio Magistri ad Disci.

¶ Cōmentum.

Barba in homine oritur in man
b dibula inferiori que ascendit ver
sus tempora pp calores ꝛ humo
rem qui reflectunt ad ipsum ab
anteriori pte capitis extracta a testiculis qui sp
ma maxime trahunt ab illis locis: cuius signū
est qꝛ vene spermatice p illum locum descen
dunt vt patet etiam in illis qui laborant nimis
in coitu: nā facies eoꝝ patit. Femine vero que
non habent testiculos nisi debiles valde non
habent barbas: que autem ex eis calidiores
habent testiculos habent aliquid reflexi a loco
vñ potissimuz spma trahit: ꝛ hic calor reflexus
trahit secū hūidū ex quo generāt i eis pili bar
be rari: hoc ē illis q vtūt nimiū coitu. Jō corpa
sanguinea q̄ hñt barbā rarā ꝛ mēsuratā argui
mus aial petens coitū pp dñium caliditatis. ꝛ
humiditatis. Barba nascit viro vltra. xiiii. ānū
paulatī de die i diē: ꝛ tunc nascit femur ex̄ se
xū. Et ē sciēdū q̄ tales pili pcreant ꝺ supflui
tatibꝰ ciboꝝ pp fumositates: q̄ supascendunt
vsqꝫ ad ptes maxillaꝝ velut fumus ad forami
na camini ꝛ cuz āpliꝰ nō iueniāt meatꝰ aptos
qbꝰ bene valeāt supius ascēdere sic idē exeūt i
modū piloꝝ q dicunt pili barbe. Color barbe
aliqū repsentat q̄litates ꝛ q̄ttitates humoꝝ. tñ
nunq̄ꝫ vidi barbā eburneā qꝛ humor flegmati
cus nō est potens ad generāduz pilos in colo
re simili pp priuationē caliditatis eleuātē māꝫ
ꝯgruā ad generationē piloꝝ. Aliqs pōt dicere
videmꝰ aliqñ feminas barbutas ꝛ tamē sunt
flegmatice ꝯplexiōis: Jstud ꝯtingit: qꝛ humo
res sunt ita subtiles q̄ ex natura calidi sunt: q̄
ex eis quoqꝫ oriunt pili aliquādo i maxillis ꝛ
ꝓprie circa os vbi magis habūdat calor ꝛ hec
mulier dicit esse barbuta. Scienduz ē q̄ talis
mulier est valde luxuriosa pp calidā ꝛ humidā
sui ꝯplexionē est ergo fortis nature ꝛ virilis cō
ditiōis. Mulier vero bene nuda a pilis ꝛ p̄ci
pue circa os ſm physionomiā dicit esse bone
cōplexionis. s. timida: pauida: verecunda debi
lis mitis ꝛ obediēs. Insurgit enigma pp quid
viri barbescunt ꝛ nō mulieres ꝛ est Guilielmꝰ
narice. Ad dubiuz est dicenduz qꝺ cū q̄ritur
cur viri ꝛ nō mulieres barbescāt: pōt hec sum
mi a cā efficiente ꝛ a materiali: ꝛ a finali: qꝛ est
ad ornamentuz: qm̄. n. in omni genere mascu
lus est pulchrior femella: ꝛ ē ad defensionem
maxillaꝝ qua qdez defensione mulieres non
tātuz indigent sicut viri: eo q̄ sensus tactꝰ plus
uiget in viris vnde in aspa hyeme vadunt nu
dis pedibꝰ ꝛ capitibꝰ sine aliq̄ lesiōe: qꝺ nullo
mō possunt facere viri: pōt etiā reddi rō a cā ef
ficiēte ꝛ materiali: qꝛ. n. masculi vniuersaliter
sunt feminis calidiores iō in maribꝰ fumꝰ qui
piloꝝ est materia magis augmentat q̄ꝫ in mu
lieribꝰ. quez qꝛ nō sufficit ꝯsumere expellit per
duo loca. s. p caput ꝛ barbā. Qui qdē fumi in
mulieribus qꝛ nō sunt tāti sicut in masculis: ex
pellunt solū p caput. ꝛ signuz p̄dictoꝝ ē qꝺ vi
demus aliquādo mulieres calide ꝛ hūide cō
plexionis barbescere ꝛ ecōuerso videmꝰ i mas
culis frigidis ꝛ siccis qꝺ paruz barbescunt. eu
nuchis. n. nō crescit barba qꝛ ista membra pdi
derunt calidiora q̄ calidos humores ꝛ fumos
q piloꝝ est materia sunt generātia. Ex p̄dictis
pꝫ q̄ barbe spissitudo ꝛ vniuersaliter pilositas
magna caloris ꝛ humoris substātialis ꝛ natu
ralis vigoris est indiciuz. Dicenduz est q̄ cuz
pueri sint calidi ꝛ humidi tamē nō barbescunt
qꝛ fumosa supfluitas q̄ capilloꝝ ꝛ piloꝝ est ma
teria transit in eoꝝ augumentuz ꝛ nutrimentuz
ꝓut hec oia patent p cōstātinuz. Quātuz igit ē
copia caloris tātum est multitudo piloꝝ. vnde
cauendum est ab illis qui nimis abundāt i ma
xima quātitate pilorū ꝛ p̄sertim quando com
plexio est adusta. Caue ꝛ precipue ab illis q
habent barbam rubram qui indicant caternaꝫ
adustionis ꝛ caliditatis: sunt enim luxuriosi
deceptores mendaces ꝛ cumulum precipuum
vitiorum. Cuius barba est bene ordinata sine
composita significat hominem bone nature ꝛ

rationalis conditionis: ⁊ omnia secundum cō-
iunctum ⁊ datos mores producte: ⁊ econuer-
so de illis qui habēt barbam male cōpositam
vt patet i eunucis: qui postq̄ perdiderūt ābos
testiculos valde transmutātur a natura virorū
in natura mulierum vt tenet phylosophus in
xiii. de animalibus. Et in tertio dicit īpubes
castrati non barbescunt. Ego vidi vt plurimū
illos qui ferunt barbam longam deuenire ad
melancholiam seu ad fatuitates. Uidemus
lenones nostri temporis propter sacramenta
eorum ad aliquam vindictam habere barbaz
longam ⁊ in processu temporis cōmittere erro
res ⁊ eos esse interfectos seu suspensos. non ē
maior via ad celandum dolum q̄ ista. Co-
gitam multos qui ferunt barbam prolixam in
breui tēpore p̄cipitari ⁊ miseriis opprimi tēpe
meo pricipes fuerunt expulsi a dominio suo.
De barba que habet caniciem idem indica-
mus quod de capillatura diximus quia natu-
ra eoruz propinqua est femelle. Caueatis igi
tur principes ab hominibus portantibus ba
bam longaz: quia passiones anime nō possūt
ostendere facies eorum: nec transmutationem
colorum. Ideo deceptiones eoruz latēt. Nisi
consuetudo regionis fuerit vt sunt medi aut
greci propter generales influxus celorum qui
inducunt nouos mores ⁊ indumenta: vt nota-
ui de ui ⁊ potentia magne coniunctionis vltime
precedentis iouis ⁊ saturni conuenientiū: que
fuit anno domini Millesimo quadringentesi-
mo octuagesimo quarto sub vltima signi scorpij
decamonia: ⁊ effectus suos generaliter continu
at vsq̄ ad annum domini. Millesimo quin-
gentesimo quarto. die. x. Junij. Huic prefuit
mars qui in his viginti annis denotauit bella
cedes: regnorum euersiones: populorum tur-
bationes: nouos reges: ⁊ noua principum do
minia proditiones: dissimulationes ⁊ menda-
cia tales etiam mars proprie preparando dis-
posuit: velut contentiosos periculosos: violen-
tos deceptores: sanguinolentos: imperiosos:
principalia querentes sibi per fas ⁊ nefas po
testatis insignia: ignitos animo ⁊ mentis ardo
re preposteros. Disposuit bis gallorum Rex
ad submersionem Italie ecclesiam dei vt vide
mus in manibus impiorum sacerdotum esse.
Cardinalesque ministratores sunt Regis et
ducum armorum origo deceptionum omnium

Filijq̄ eorum nominantur publice et palam
sub nouis dominijs: noui seductores promul-
gatores legum nouarum: vt diximus in capitu
lo oculorum. ypocrisias ⁊ seductiones: ⁊ preci
pue synagoge melancholicorum cum prolixis
barbis: vt dicemus in tertio libro in capitulo
de saturno. O uenerāda ⁊ veridica astronomi
ca disciplina. Ignari quidam theologi excla-
mant ad ignarum vulgus vilipendentes celo
rum effectus lucri auidi. O ignorantie caterua
non ne experientia est magistra rerum. Sed si
nos recte contemplemus effectus supernota-
tos palam Astronomi periti sunt semidei: nū-
cijq̄ nature. Nec eo inficias multos huiꝰ sciē
tie sectatores esse: qui dum non habent intellec
tum ad siderum cursus contemplandos aptuz
minime vera indicare possunt. Hi tales e nu-
mero Astrologorum eiciendi sunt: idq̄ cōfir-
mo. Sed quis ignorat peritissimum ⁊ excelsuz
mathematicum Dn̄icū Mariam de Naua
ria Ferrariensem: ⁊ in felicissimo Bononien-
si gymnasio publice magna cum veneratione
profitentē in suis quos annuatim condidit iu
diciis: ne tantillum quidem delirasse. Sed ad
libellam cūcta que predixerat accidisse. Hoc
sciunt omnes. Hoc etiam litterarum rudibus
compertum est. De cuius laude arbitror me-
lius esse tacere q̄ pauca dicere. Sed hoc con-
cludendum est Dominicum Mariam vere
hac nostra tēpestate astrologiam de celo in ter
ram deduxisse.

¶ Quesitū. xxviii. Augustini discipuli ad eun
dem Coclitem magistrum De significationi
bus colli. ¶ Discipulus.

¶ Textus.

Inquit philosophus in metha-
phoricis. Quicūq̄ collum gros-
sum habent fortes sunt secūdum
animā: ⁊ referunt ad masculinū
genus. quicūq̄ autem subtile habent ibecilles
⁊ referuntur ad femineū. quibuscūq̄ collum
grossum carnosuz est iracundi referunt ad tau
ros iracūdos. quibuscūq̄ autem est bene ma-
gnū nō grossum magnanimi referuntur ad leo
nes. quibuscūq̄ est collum longum subtile ti-
midi referuntur ad ceruos. quibuscūq̄ autem
breue valde dolosi ⁊ insidiatores referunt ad
lupos.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Comentum.

Licias ꝙ collum aliquando sumitur pro toto coniuncto capiti i anteriori ⁊ posteriori parte. Aliquãdo vero sumitur pro parte posteriori in diametro vbi situantur aures. Et ista pars diuiditur in duas partes. Pars magis propinqua capiti dicit̃ ceruix scilicet summitas colli vbi neruorum origo collocatur. Et etiam ceruix sumitur pro toto collo apud quosdam: vt inferius accipitur. Physionomi vero distigunt in indicijs collum ⁊ ceruicem in posteriori parte. In anteriori autem parte guttur siue epiglotum ⁊ gulam tamen secundum philosophum capimus pro toto coniuncto. Dicit Isidorus libro vndecimo cap. primo. Collũ dictum: ꝙ sit rigidum ⁊ rotundũ vt columna baiulans caput ⁊ sustentans: quasi capitolium: cuius anterior pars gula vocatur posterior ceruix. Et primum dicit quod habentes collum grossum non ratione carnositatis sed ratiõe magnitudinis ossiũ ⁊ neruorum sunt fortes ⁊ referuntur ad masculinum genus secundũ mores anime intelligit: q2 masculus in suo genere habet collum grossum ⁊ viuidum: non curtum nec valde longum quod significat calidam cõplexionem ⁊ audaciam. Secundum signuz est qđ habentes collum lõgũ ⁊ gracile femininum ẽ. Quãdo est grossum ⁊ viuidum: vt diximus: arguit fortitudinez cerebri: ⁊ per consequens caliditatem cordis sicut sunt homines in specie sua. Longum ⁊ gracile oppositum ostendit sicut disputauimus in primo libro. Tertiuz ẽ ꝙ habentes collum grossuz ex carnositate ⁊ nõ ratione magnitudinis neruorum ⁊ ossium ⁊ vt addit Rasys durum ⁊ forte sunt iracundi: ⁊ referunt̃ ad apparentem conuenientiam in tauris iratis ⁊ prouocatis qui tũc precipue talem dispositionẽ habent colli: Et vt addit Rasys tales sunt etiam in factis suis festini. Quartum est qđ habentes collum satis temperate magnum non ratione carnositatis: sed ratione neruorũ ⁊ ossium ⁊ etiam temperate lõgũ sunt magnanimi ⁊ referuntur ad leones. Et istud precipue verũ est quãdo caput ⁊ collum proportionatũ sit sic ꝙ sit etiam tempate magnitudinis: vt enim dicit Cõstantinus. Forma capitis si fuerit temperate magnitudinis: ⁊ ceruix aliquantulum grossa bonitatẽ significat cõplexionis ⁊ dispositionis. Si vero caput paruum fuerit ⁊ collum magnũ habundantiã materie significat ⁊ eius supfluũ: ⁊ etiã virtutis informatiue defectum. Et huiusmodi caput vt dicitur a dolore multo ⁊ cephalica passione fatigatur. Quintum signuz est quod habẽtes collum valde lõgũ ⁊ subtile: vt dictũ est: de pardali sũt timidi: ⁊ referuntur ad ceruos. Est enim ceru⁹ animal valde timidum: ⁊ hʒ collum valde longum: ⁊ paruũ respectu sui corporis quãtitatis. Tñ si quis collũ hʒ gracile ⁊ lõgũ ⁊ erectus i cedit non est tãta timiditas in hominibus vt i ceruo. Ultimũ est quod habẽtes colluz valde breue sunt dolosi ⁊ insidiatores: ⁊ vt dicit referuntur ad lupos: qui vt dicitur. xiiii°. đ aialib⁹: habent colla grossa ⁊ curta in quorũ spondilibus est magna fortitudo. Et de dolis ⁊ insidiis eorum satis dicitur in libro de proprietatibus rerum. Et istud signum sumitur etiaz ex more apparente in hominibus ⁊ brutis. Insidiantes enim homines colla contrahũt ⁊ abreuiant. Istud etiam faciunt bruta sicut patet de gatto insidiante muri. Et ita similiter de alijs. Et si uis altius scire recurre ad librũ animalium ⁊ indagando eorum normam ⁊ naturam ĩ diuersis speciebus animalium ⁊ hominis etiã proportionem uidebis. Dicunt aliqui ꝙ collũ longum significat pedes longos: ⁊ gracile graciles. Ceruix igitur concaua ⁊ depressa debilitatem neruorum ⁊ egritudines denotat secundum coniunctum. Ceruix vero multa carnosa significat mendacium bacchanarios pessimos: medium autem bonitatem attestatur. Ceruix autem que iuxta caput est cum fuerit capillosa fortem ⁊ animosum indicat: quia est signum caliditatis. Cuius ceruix longa est et tenuit meditatẽ maliciam indicat. Aiũt etiã nõ nulli stolidum imbecillem timidum ⁊ sonorum garrulatorem ostendere. Uasta uero cum quadam prolixitate non valde carnosa fortem denotat ⁊ animosum. Dura quidẽ ⁊ fortis iracundum festinum ⁊ indocilem significat virtutem animi ⁊ humanitatem negatiue ad talem operationem dicunt concurrere. Ceruix autem soluta que quasi decidere videatur: inualida nocentes: ⁊ insidiosos demonstrat. Collũ quoqȝ neruis apparentibus ⁊ incompositum ineptuz testatur: ⁊ indocilem declarat. Ex quibus cir

ca nodum colli nimis existunt cõclusa idest dẽ
sa scilicet carnosa : ⁊ sunt illi qui habẽt spõdilẽ
eminẽtẽ motus colli ẽ difficilis sensu ⁊ nõ sunt
perfecte potiri.i. exerceri. Et sunt sine igenio
i bonis operibus: tñ i nephandis obtinent pri
cipatũ sicut i alio loco exposituri sumus. Apo
statas qdẽ ⁊ principes notaui qꝫ colla eorum
nunquã ad dextrum ⁊ sinistrum sine residuo
corporis inuehunt: ⁊ tales dolosi sunt bilin-
gues simulatores ⁊ omnibus vitijs pleni repe
riuntur. Qui hñt contrariuz ꝯriũ iudicabis. ha
bentes autem collum lõgum cum vastitate ira
cundi ⁊ indociles existunt suibus comparari.
Qui colluz grossum ⁊ carnosum cum quadam
breuitate habꝫ stolidus magnusqꝫ comestor re
putatur. Cũ aũt inter coniunctionẽ spatularꝫ ⁊
colli originẽ q̃dã fuerit eminentia vt nodorꝫ ex
crescẽtia aspera supbos insolẽtes tales esse ple
rumqꝫ notaui. Ceruix vero declinata idocilem
dicunt denotare. Nimis autem erecta: non so-
lum idocilem verum etiã ⁊ insolentem contu-
macemqꝫ ostendit: admonitiones nequaq̃ꝫ su-
scipiens. Rigida quidem ⁊ tanq̃ꝫ defixa simi
liter indocilem ⁊ insolertem demonstrat: quo
signo ⁊ stulti plerumqꝫ notantur. Cuius qui-
dem per fixum ⁊ mobile discernitur differẽtia
si quidem mobilis plus stulticie comparatur.
Si vero firma: indocilitatis est signum: vt a-
iunt: Ne autem contingat errare: sunt enim q
ceruicem se confricantes ⁊ tunc in modicuz ca
put huc ⁊ illuc contorquendo eorum pandunt
stulticiam vt patet in vno nobili de ciuitate: ta-
men multotiens ex se subridet ⁊ loquitur : est
enim propria flexe ceruicis stultitia. Cum vi-
deris ceruicis fluxum cum aliqua labiorũ cõ
tractione risus ⁊ oculorum extra ordinem gy-
ratione aliquam inconstantiam in sedendo ⁊ i
stando ⁊ vocem tremulam effeminatum ⁊ ma
lorum morum denunciat. Ceruix retorta supe
rius insolentem imitem significat ⁊ inanem.
Ad pectoris partes ceruix flexa consistẽs ani-
mum plenuz cogitationibus designat: ocupati
interdum tamen parsimoniam: ⁊ interduz ma
lignitatem ostendit. Variatur ceruix secunduz
annexorum membrorum ligationem. Ceruix
si in partem declinauerit sinistram stolidum ⁊
Chinodum idest caninum significat vt testan-
tur. Solida ⁊ vasta ceruix siue longa: que ⁊ dif
ficulter flectatur: rapaces insinuat: qui ad mar-
tigoras refertur. Collum obliquum p latitu-
dinem corporis a dextris aut a sinistris deno-
tat dolosos: loquaces sagaces: ⁊ infideles vt tꝫ
vernaculus philosophus. Et hoc ego etiaꝫ ex
pertus fui multotiens. Caueas te penitus ab
obliquitate colli cum contractione sua in scapu
lis: Tales namqꝫ maliuoli sunt simulatores ⁊
inuidi ⁊ fraudulentes cum summa ypocrisia:
vt patet in fratribus obseruantinis ⁊ in multis
alijs melancholicis quos ego notaui. Colluꝫ
autem medium habentes ad omnia virtutum
genera preparantur. Et hec de collo Augusti
ne mi tibi dicta sufficiant.

¶ Quesitũ. xxix. Augustini Discipuli ad eũ-
dem Coclitem magistrum De significationi
bus clauis colli. Discip.

¶ Textus.

i Nquit philosophus in metha-
phoricis. Quicunqꝫ eaqꝫ sunt
circa clauem colli bene solubi-
lia habent sensitiui non bene so-
lubilibus enim existentibus circa clauem col
li facile sensum non mobilem recipiunt: Qui-
bus vero circa claues colli conclusa sunt insen
sibiles sunt: difficiliter enim solubilibus existẽ
tibus his que circa clauem impotentes sunt re
cipere motum sensuum.

¶ Responsio Magistri ad Disci.

¶ Cõmentum

b Ic magister ingenii physiono-
mizat ex dispositionibus eorum
que sunt circa clauũ colli appel-
latur autẽ clauis colli nodositas
siue spondilis colli que primo apparet supra
spatulas vbi scilicet spatule ⁊ collũ continuat.
Ponit autem circa hoc duo signa. Primum
est ꝙ habentes spatulas distantes bene ⁊ de
center a claue collis: ⁊ non nimis immediate
ei coniunctas sunt bone nature ⁊ sunt boni
sensus: ⁊ per consequẽs boni intellectus. Et
reddit rationem dicens: Spatulis existenti-
bus bene solubilibus idest distantibus satis a
claue ita quod spacium sit inter eas aliquale:
Homines scilicet recipiunt facile idest facili-
ter motum sensuum idest faciliter expedi-
te sentiũt vel vt hec lr̃a. Isti recipiunt hoc est

habent motum idest ſenſum ſiue potentiã ſenſitiuã facile mobilem: idest faciliter reducibilem de potentia ſentiendi ad actum. Cũ.n. motus ⁊ ſenſus a capite ⁊ cerebro toti corpori ꝑ virtutem ſibi a corde trãſmiſſam vt dictũ fuit ĩ alio loco deriuetur per neruos a cerebro ⁊ ſpondilibus colli ortum habentes ſicut enim dicitur in libro de ꝓprietatibus rerum collũ ĩfluentiã: virtutis motiue ⁊ ſenſitiue r̃cipit a cerebro ⁊ receptã ad ĩferiores corporis ꝑtes mediãtib⁹ neruis trãſfundit. Iſta aũt trãſfuſio virtutis ſenſitiue ⁊ motiue nõ fit ꝑ ꝑtez ãteriorez q̃ gula appellat̃: ſʒ fit ꝑ ꝑtẽ colli q̃ dicit̃ ceruix ſicut pʒ ꝑ ethimologiã nõis: dicit̃.n. ceruix quaſi cerebri via ſecũdũ Iſydoꝝ. Qñ ergo vie neruoꝝ ꝑ q̃ſ virtus ſentiendi cõmunicat̃ ⁊ mittit̃ cordi a cerebro: ⁊ etiaʒ via ꝑ quã cerebro mittit̃ a corde calor tẽꝑatus ĩ q̃ntitate ⁊ q̃litate cũ quo virtus ſenſibilis oꝑat̃ ſecũdũ ꝙ cõuenit vnicuiqʒ ſenſuũ: eo ꝙ nõ cũ quocũqʒ calore virtus ſenſibilis oꝑat̃: vt vult Auerroys ſecũdo colliget ca° de iuuamentis ĩſtrumentoꝝ: ſenſuũ vt etiã fuit allegatũ. qñ igit̃ iſte uie ſunt bene late ſpiritus ſenſibiles q corpori a cerebro mittunt̃ hñt facilez trãſitũ eo ꝙ nerui ipſos deferentes nõ ãguſtant̃: nec ꝑꝑ ſtricturã opilãt̃. Et ſimiliter calor a corde cerebro trãſmiſſus vt cerebrũ debite faciat oꝑatiões ſuas etiã liberũ hʒ trãſitũ: et ita iſtis vijs latis exiſtentib⁹ ſeq̃t̃ bonitas virtutũ ſenſitiuarũ. Iſtud aũt fit qñ ſpatule a clauib⁹ colli ſatis diſtãt q̃re ſeq̃t̃ ꝙ hñtes diſpoſitionez talem ſint boni ſenſus. Et ſecũduʒ hoc iſta l̃ra põt adhuc aliter exponi ſatis cõgrue ſic tales recipiũt faciliter motũ ſenſuũ.i. ſpirit⁹ ſenſibiles diſponentes ſenſitiuas virtutes: ad hoc ꝙ poſſit moueri a ſenſibilibus ⁊ p̃cipue calorẽ a corde cerebro trãſmiſſuʒ diſponens cerebrũ vt virtutes ſenſibiles ab eo debite ꝑueniãt motu ĩ quãtũ mobile facile.i. eo q̇ dicta motiua ſenſuũ.ſ. ſpecies ſenſibiles: et calor ḋbitus ſũt faciliter mobiles cũ vie ipſoꝝ ꝑ ſtrictaʒ aliquã nõ ĩpediãt̃. Deide ponit ſecũdũ ſignũ q̇ ſumit̃ ab oppoſita diſpõne ad primuʒ ⁊ pʒ ex p̃dictis. Tñ ĩtelligendũ eſt cũ ãnexis ad ꝓportionalitatez. ⁊ hec de claui colli tibi ſint ſatis.

Queſitum.xxx. Auguſtini diſcipuli ad eundem coelitem magiſtrum De ſignificationibus ſpatularum. Diſcipulus

Textus.

q

Quibuſcũqʒ ſpatule bene ſolute ſunt: liberales ſunt: ſecũdũ aĩam referunt̃ ad apparentez formã: q̄ cõuenit apparenti forme liberalitas. Quib⁹ vero difficiliter ſolubiles cõuulſe illiberales referũtur ad apparentez cõuenientiã. Itez q̄buſcũqʒ muſculi ſunt bene eminentes: ⁊ ſpatule fortes ſecũdũ animã referunt̃ ad maſculinũ genus. Quibuſcũqʒ muſculi ĩbecilles: ⁊ inarticulati molles ſunt ſecũdũ animã referũturqʒ ad femininũ gen⁹ hec dico q̃ de pedibus ⁊ coxis.

Reſponſio Magiſtri ad Diſcipulum.

Cõmentum.

b

Hic Phyſionomizat ingenioꝝ p̄nceps de diſpõnibus ſpatule. Secũdo maiora ex q̄b⁹ cũ alijs minorib⁹ cõponũt̃ humeri ſiue ſpatule. et dicunt̃ ſpatule ad modũ ſpate ſiue ſcapule aſcãdendo dicit̃ ĩterſcapiliũ ſpaciũ q̇ ĩter ſcapulas eſt. vñ ⁊ nominãtur: pale ſunt dorſi dextra leuaqʒ eminentia membra: dicta ꝙ in luctãdo eas p̄mimus: q̇ greci palin dicunt vt ſcribit Iſidorus ponit aũt duo ſigna de ipſis Primũ eſt ꝙ hñtes ſpatulas bene ad inuicez diſtãtes ſunt liberales q̄les ſunt ſpatule ĩ leone Et dicit ꝙ iſtud ſignũ accipit̃ a forã apparẽte: q̄ liberales ⁊ largi apparent ĩ largiendo lati ⁊ diffuſi. ecõtrario hñtes ſpatulas ꝯiũctas ⁊ q̃ſi ad inuicez ꝯfuſas.i. icõpoſitas ſunt parci ⁊ illiberales ⁊ iſti referunt̃ ad apparentez ꝯuenientiã nihil.n. dare volentes circa ſpatulas ſe conſtrigunt: ſic exponit Guilielm⁹: Scias ꝙ muſculus ex carne ⁊ neruo ⁊ ligamento cõponi dicimus: Ipſi quoqʒ volũtarioꝝ motuũ ſunt inſtrumenta: quoꝝ figure ſecũdũ ſuoꝝ diuerſitatez locoꝝ ꝑut eis neceſſe eſt diuerſificãt̃. Plures aũt ex eis ita carne ſunt circũuoluti vt ꝓtendant̃ vſqʒ ad ſuas ĩferiores ꝑtes ⁊ ex̃mitates Muſculus ⁊ lacertus ideʒ ſunt: ſʒ d̃r muſculus ad formã muris: ⁊ lacertuſ ad formã lacerti. Sũt.n. iſta aĩalia ab vtraqʒ ꝑte gracilia ⁊ lõga ſaltiʒ verſus caudã ĩ medio aũt groſſa. Ita ⁊ muſculi ſiue lacerti ſiue pulpa ⁊ eſt caro ſine pinguedine: dicta ꝙ palpitet: reſilit.n. ſepe hãc plerịqʒ ⁊ uiſcũ vocant: propter ꝙ glutinoſa ſit Ideo vulgus appellat lacertos pulpas.

Uult igitur dicere philosophus spatule muscu
lose idest carnose seu pulpose cū eminētia car
nis referūt ad masculineitatē: qꝛ ꝺ natura mus
culi ē hr̄e inatā caliditatē fortē: ꝛ de ratiōe cali
di ē augere mēbroꝝ formā secūdū oēs diame
tru. Spatule ergo grosse ꝛ late significāt calidi
tatē. Robur existit in neruis ꝛ ossibus. quādo
igit̄ musculi sunt bene carnosi necessariū ē ossi
um ꝛ neruoꝝ fortitudinē adesse: aīa cōiūcta in
tali habitudie pōt exercere fortes actiōes. Jō
dixit Rasys. Spatula lata bonū indicat itelle
ctū. Nō pꝫ. qꝺ ex latitudine spatulaꝝ idicātur
musculi lati ꝛ robusti q̄ pcedūt ab origine for
ti: q̄ ē i cerebro vbi ē initiū neruoꝝ ꝛ sedes ani
me. Uñ de necessitate seqt̄ fōra capitis capax
ad habēdū bōitatē sensuū. Musculi ibecilles
ꝛ inarticulati. i. nō bene cōplexionati ꝛ cōposi
tiōati. i. ꝙ spatule sint ꝯpresse: ꝛ fortasse cū mol
licie carnis ostēdūt flegmaticā cōplexionē con
trarie nature: qꝺ dictū ē: ꝛ si ē sine mollicie idē
iportat. vñ Rasys spatula subtilis: sensus. i. in
tellectus oñdit paucitatē. Femine tēpore nr̄o
pp idumēta bestialia cōstringūt spatulas ꝯstric
tiōe tali qꝺ causant vel formāt q̄si formā vulue
in posteriori pte ipsius spatule. Et abstergunt
cū aquis ꝛ alijs fatuitatibꝰ. Et sic ēt faciūt viri
magni pcij: ꝛ p̄cipue galli ꝛ itali: Nō dico vi
ros sꝫ potiꝰ semiuiros. Ideo doleo italicā re
gionē sic gubernatā esse cū abenis leporinis vt
exhausta sit a gallicis regibus: sine ipulsu p̄lio
rū: nā vt lepores timidi fugiūt canes nō mor
dētes ecclesiasticoꝝ gratia. Ad ppositū dixit
Rasys capitis spatule eleuatio valde elōgata
stulticiā significat: qꝺ Aristoteles dixit Alexā
dro signū asperitatis ꝛ ifidelitatis existēs. Nū
q̄ꝫ vidi gibbosos bone nature: quimo pfidi sūt
ꝛ maligni sūme: ꝛ sunt radices oīuꝫ deceptio
nū. Sagaces supplātanei: ꝛ hñt sublime igeni
um i nephādis actiōibꝰ ꝛ ipossibile ē eos hr̄e
actiōes laudabiles: qꝛ aīa cōnexa i habitudine
tali seqt̄ retrogradā formā: qm̄ vt plurimū me
lācolica ē. Cauēdū ē igit̄ i oī tēpore ab obuia
tiōe ꝛ societate hoīs ifortunati p opus nāe su
perioris: velut ab hoīe cui diminutū sit aliqꝺ mē
brū organicū. vñ maximꝰ igeniosus i ꝺ secretis
secretoꝝ ait. Caue ꝛ p̄caue ab hoīe ifortunato
ꝛ diminuto i aliquo mēbro sicut cauēdū ē ab ini
mico vñ ē puerbiū. Cauere a signatis: ꝛ alibi in
hoīe signato i aliquo mēbro nō ꝯfidas. Et hic
ē qꝺ phūs vii. politicorū penultimo capº ingt
De reseruatione autem ꝛ alimento genitoruꝫ
sit lex: nullum orbatum idest monstrum aut di
minutum nutrire propter multitudinem anteꝫ
puerorum ordo gentium prohibet nihil reser
uari genitorum: oportet enim determinatā esse
multitudinem puerorum procreationis causa.
Si autem aliquibus fiant propter hoc combi
natus: ante q̄ꝫ sensus insit ꝛ uita fieri oportet
abortum. Hic philosophus intelligit ꝙ aīa se
quitur formam corporis ut in secundo de aīa
Et secundo priorum ꝛ in methaphoricis ꝛ ꝙ
ex corpore male organizato non possunt cau
sari actiones laudabiles: ut sepe dictum est hic
loquitur physionomice: ꝛ ut sit clara: ꝛ nō con
fusa lex ad bene esse ꝛ viuendum: cum cōueni
enti norma vt pertinet ad pollititicā: Et postea
dicit ꝙ impedit ordo ꝯgruus puerorūꝫ quia ex
nimia exuberantia ipsorū fit confusio ad bene
esse: ut dixi: Et si pater familie filiorum copiā
habet quamnon possit nutrire conueniens est
causare abortum ad euitandum nimium ma
lum. Ego cogitaui multotiens ꝛ vidi qꝺ pater
familias non potuit nutrire filios ꝛ propter in
digentiam fuit fur ꝛ predo: ꝛ ita filiis euenis
se propter genitorum ꝛ genetricis auxilium:
Et confessi sunt ad torturam. Tamen qui
dam ignari theologi exclamant in pulpitis eo
rum contra Aristotelem ꝛ nō inteligunt quid
dicant: quia philosophus non dat preceptum
conatiuum imo persuadet in causa necessitatis
ad perficienduꝫ regulā i miseria ut ituenti pate
bit. Et uernaculus phūs ait.

Ben se voria plicar li cinqui rami
Metendo el primo fra le do piu apresso
Dicendo hor toi poi che tanto mami
Poi laltre cinqꝫ del sinistro tronco
Uoltare inuerso gliochii de si stesso
Chi mai si fida in rosso guercio e cionco

Uult concludere qꝺ nullo mō est cōfidēdū
in feminis ꝛ hominibꝰ rubeis ꝛ strabonibus
aut monoculis ꝛ etiam gibbosus ꝛ ratio alle
gatur in eodem libro. dum ait.

Quando tu vidi quisti zoppi e glombi
Impio fo el segno de la parte
Et anche quisti cū li flexi lombi
Defecto corporal fa lalma ladra
In pegiorando dicon le lor carte
Sonno superbi: e de la mala quadra.

¶ Item philosophus in methaphoricis in/
quit inconmensurati astuti vel dolosi: ⁊ referũt
ad passionem ⁊ femininũ genus. Et hoc sum
mitur a corporalibus commensurationibus q̃si
dicat incommensurati sunt dolosi ⁊ versuti ut
tenet in de secretis secretorum sicut pretactum
est. Et dicit si enim incommensurati sunt astuti
⁊ dolosi: Mensurati iusti erunt ⁊ fortes. Re/
lationem autez commensurationis ad corpoꝝ
bonam motionem ⁊ bonam necessitatem redu
cendum. Sed non ad masculinuz ⁊ femininũ
sicut in principio dictum. est. Bene autem se
habent omnia signa quecunque predicta sunt
referre ad apparentem conuenientiam i mascu
linum ⁊ femininum hic enĩ perfectissima diui/
sione diuisa sunt. Et demõstratuz est: ꝙ mascu
lus femia iustior ⁊ fortior est. Et uniuersaliter
dicẽdo melior. Ideo vir nũcupatus ꝙ maior
in eo vis est q̃z in feminis vnde ⁊ virtus nomẽ
accepit: siue ꝙ vi agat i femina. Mulier vero
a mollicie tanquaz molier detracta littera vel
mutata appellata est mulier. Utriqz enim for/
titudine ⁊ imbecilitate animorum vel corpoꝝ
separantur sed ideo virtus maxima viri: muli/
eris minor: vt patiens viro esset .s. ne feminis
repugnantibus libido cogeret viros aliud ap/
petere: aut in aliuz sexũ proruere hec ysidorus
Intendit philosophus ꝙ mõstruosi defetuosi
⁊ distorti etiam mali in anima sunt: ⁊ vitandi
Deinde cum dicit relationem autem. Uult di
cere ꝙ iam dicta signa de commensuratione:
⁊ etiam omnia alia possunt reduci ad comple/
xionem corporis que ex diuiso concursu quali
tatum eleuantium causatur vel ad sexum ma/
sculinum vel femininum: vel ad apparentem
conuenientiam quasi dicat si masculuz exupat
femina in cõmensuratione membrorum sic ar/
guimus differenter i moribus vt patet de diui
sione sexus ita incommensurati egrediendo
ad congruentiam nature ita in moribus ⁊ ecõ/
uerso mensurati idest bene complexionati ⁊ cõ
positionati vt habeant proportionalitatem vt
in primo libro. Reducendum est ad relationẽ
commensurationis ad bonam motionez ⁊ bo
nam necessitatem idest ad bonaz complexionẽ
que fit ex bona natiuitate ⁊ bona formatione
virtutis nutritiue siue formatiue . quod fit quã
do virtus formatiua ẽ fortis ⁊ plene dominatᷓ
in natura propter ipsius perfectam obedientiã
⁊ bonam dispositiõem: vt dictum est frequẽter
⁊ non ad masculinam formam quasi dicat non
solum sunt ista signa reducibilia i formam ma
sculinitatis ⁊ femineitatis sed ad bonã ⁊ ma/
lam complexionez corporis. Ad propositũ re
deundo bene solute idest bene formate spatule
in latitudine ⁊ longitudine significant vt expo
ni potest. Spatule igitur abrase significant te/
nacitatem nec non timiditatem ⁊ litigiũ. Spa/
tule inequales dure capacitatis signum sunt
⁊ actiones sue sunt inequales

¶ Quesitũ. xxxi. Augustini Discip. ad eun/
dẽ Coclitez Magistrũ De physionomia bra
chiorũ.

¶ Textus

p Etimus ẽt p̃ceptor optime: Ut
quẽadmodũ ð ceteris: ita ð phi/
sionomia brachioꝝ disseras iã. n.
ꝑpemodũ tibi fidẽ adhibeo.

¶ Responsio magistri ad Di.

Cõmentum .

b Humeri dicti q̃si armi: ad distinc
tionez hominis a pecudibus mu
tis: vt hi humeros: illi armos
habere dicuntur. Nam proprie
armi quadrupedis sunt. Ala summi humeri
pars posterior. Brachia a fortitudine nomina
ta sunt bari enim grece graue ⁊ forte significat
In brachiis eniz tori lacertoruz sunt: ⁊ isigne
musculorum robur existit. Hi sunt tori idest
musculi: ⁊ dicti tori ꝙ illic viscera torta videãtᷣ
Cubitus dictus: ꝙ ad cibos sumendos i ipo
cubamus. Ulna secundum quosdaz vtriusqz
manus extensio est secundum alios cubitus:
quod magis veruz est: quia grece olenos cubi
tus dicitur. Ale sub brachia sunt appellate:
eo ꝙ ex eis in moduz alarũ motus brachioruz
incohoet: quas quidẽ ascellas vocant: ꝙ ex his
brachia cillentur idest mouentur. Unde ⁊ oscil
la dicta ab eo ꝙ cillẽtᷣ idest mouẽtur ora. Nã
cillere est mouere. hos quidaz subhircos vocãt
propter ꝙ in plerisqz hominibus hircorum
fetorem reddant omnia supra notata dicit
Ysidorus in xi. ethimologiarũ capitulo primo
adiutori) omnis iuncture ⁊ manus cuz in tãtũ
ꝓlixitatis excedit vt errecto corpore medii di
gui extremitas ad gẽua appropiquet humiles
⁊ fortes significat homines. Sed zacharie fi/
lius huic velut aduersanter subintulit.

Cum brachia adeo fuerit oblongata ut manꝰ
perueniāt ad genua subtilitatem arrogantiam
atqȝ regnandi cupiditatem designat: Aristote
les quidem ait. Hec signa audaciaȝ ⁊ probita
tem cuȝ largitate ostendere videntur. Et tales
existimāt Alexandrū magnuȝ manus habuis
se. Nec obstat ꝙ zacharie filius dicat ī aliquo
arrogātiam: ī aliquo regnandi cupiditate auda
ciam significare. Idem tenet Albertus in de
animalibus ⁊ in cōpendio sue theologie: Et
hieronymus de mā̄fredis: ⁊ rasys. Illa eni
elōgatio procedit a magna calidtate cordis cū
humiditate proportionata que est causa elonga
tionis ut comprehendi potest ex dictis nostris
Cumqȝ huiusmodi prolixitas ad femur tātū
extenditur maliuolos declarat alienis malis
congaudentes inuidi ⁊ eni sunt hij. Et dicunt
nōnulli ꝙ hoc signum timiditatem ⁊ discordie
amatorem ⁊ ignorantem ostendit. Cibum qui
cum desiderio appetūt adeo vt os ad manus
porrigāt: q̄ cā ē ꝙ brachia breuia ⁊ decurtata
sūt ⁊ manuū organa idisposita malivoli ⁊ iuidi
sūt uidet̄ eni iuidia frigiditatis ⁊ siccitatis filia
eaȝ saturno generante. Tenues cubiti aut non
pleni si imbecilles extiterint agrestem testantur
⁊ indocilem. Brachia grossa ossibus neruis
⁊ carne naturam robustam indicāt. Et si uene
appareant calidam ostendunt complexionem
Quando brachia sunt grossa cum carne molli
mulebrem naturam demōstrāt. Aiunt physio-
nomi brachia valde pilosa luxuriaȝ denotare.
Et philospohus Alexādro scripsit. Qui loquit̄
⁊ mouetur motu manuū est inuidus eloquens
⁊ deceptor. Qui uero est abstinens a motu
manuum hic est perfecti intellectus bene dis
positus ⁊ summi consilij. Rationeȝ dicemus
in capitulo de passibus ⁊ diximus in primo
libro. Aliquis posset dicere qualia igitur sunt
brachia homini integro conuenietia breuiter
respondeo secūdum Albertum in compendio
sue theologie: Cuius sententia hec est accipi-
endo scilcet extremitates digitoruȝ mediorum
extensis brachijs: que mensura est congrua ad
longitudineȝ hominis a pedibus scilicet usqȝ
adfinem frontis ⁊ principiū capillature: Et
hoc de brachiis satis dictum sit.

¶ Quesituȝ. xxxii. Augustini Discipuli ad eū
dem Coclitem magistrum De physionomia
manuum. Discip.

¶ Textus

Inquit nūcius nature ad magnū
i Discipulum: palme longe cum
digitis lōgis significāt dominiū
suum bene dispositūȝ ad multas
artes ⁊ precipue ad mecanicas ⁊ sapientem in
operibus suis. Et est signum etiam boni regi-
minis Grossicies uero digitorum ⁊ breuitas
significat insipientiam ⁊ stoliditatem.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cōmentum.

Manus est organum organorum
m tertio ð anima. Et albertus ma
gnus ī libro de anima facit diffe
rentiam inter organum ⁊ instru-
mentum: organum eniȝ est quod habet motorē
sibi iunctū ut oculus manus pes ⁊ huiusmodi
Oculus enim habet motorem intra uirtutem
uisiuam ipsum mouentem: manus uero virtutē
operatiuam ac pes virtutem progressiuā ⁊ sic
de aliis. Instrumentum auteȝ est illud quod
habet motorem coniunctum extra: ut gladius
baculus securis ⁊ huiusmodi. Natura regi-
tiua totius corporis fecit manum cum palma
longa ⁊ digitis a bonitate materie regulatis ut
in pluribus ita ꝙ sit sufficiēs ad omnes opati
ones perficiendas ad ostendendum dominiū
idest ingenium indiuidui per mēbra exteriora
Iuuamentum etiam fortius ad capiendum
capienda efficitur. Eius enim figura est cōue
niens ad capienduȝ ⁊ faciendū, omnia organa
cuiuscūqȝ officii ⁊ artis ⁊ ideo dicit̄ esse orga
num intellectus deputatum ut ait Auerrois
octuagesimo primo cōmēto canticorū Auicen
ne. Ait Isidorus manus dicta ꝙ sit totiꝰ cor
poris munus: Ipsa enim cibum ori ministrat
ipsa operat̄ omnia atque dispensat. Et dicit
palma est manus expansis digitis: sicut cōtrac
ta ē pugnus. Pugnus autē a pugillo dictus si
cut palma ab expansis palme ramis. Digiti
nuncupati: uel qꝛ decē sunt: uel qꝛ decent iūcti
existant. Nā habent in se ⁊ numerū ꝑfectuȝ ⁊
ordinē decētissimū. Primus pollex vocatus
eo ꝙ inter ceteros virtute polleat ⁊ potestate.
Secundus idex ⁊ salutaris: seu demōstratoriꝰ
quia eo fere salutamus vel aliqd ðmōstramꝰ.
Tertius impudicus: ꝙ plerumqȝ ꝑ eū ꝓbra
insectatio exprimit̄. Quartus annularis eo ꝙ

in ipso annulus geritur. Idem et medicinalis ꝙ eo tertia collyria a medicis colligũt. Quituꝰ auricularius: pro eo ꝙ eo aurem scalpimus. Dixit autem qui formica valde vtilis appellat̃ oportet scire quantitatem manus deinde qualitatem ⁊ substantiam ⁊ rationem / qꝫ magnam noticiam conferunt accidentia ad cognoscendum quod quid est: vt inquit Aristoteles prio de anima. Grossicies digitorũ ⁊ breuitas ostendit paucitatem materie ⁊ flegmaticam ꝯplexionem ⁊ ꝙ natura non potuit regulare: ꝺ qua spiritus sunt similis nature ⁊ tunc habent stoliditatem. Eiusdem sententie fuit Rasys ⁊ conciliator ⁊ Ptolomeꝰ philosophus. / Inquit formica valde vtilis sciendum quod magnitudo manus interdum prouenit ex magno labore ⁊ ideo qui multum laborant habent grossas manus: Interdum etiã ex natura: ⁊ tunc ex magnitudine ossium ⁊ neruorũ: ⁊ talis siue vir siue mulier sit naturaliter est fortis: Interdũ ẽt prouenit ex grossitudie carnis: ⁊ tũc tales ebriosi sunt ⁊ luxuriosi ⁊ naturaliter viles efficiunt̃. Item si quis habet manus grossas ⁊ digitos circa extremitates vnguium acutos talis est cupidus ⁊ falsus. Unde sciendũ est quod index medius fidus ⁊ auricularis habent tres iuncturas. Si igitur in qualibet iunctura non fuerit nisi vna linea ille subito morietur. Si vero fuerint ibi due linee eque distantes bonum signum erit ⁊ significant hominem veridicum ⁊ bonum. Si in media iunctura cuiuslibet digiti tantũ fuerit vna linea / ⁊ in duabus aliis iuncturis fuerint due talis perdet vnum oculum. Et hec formica. Ait Ptolemeus manus grossa ⁊ callosa significat hominẽ non cõtentari animo. Dixit Rasys manus leues ⁊ subtiles sapientiam multam ⁊ bonum designant intellectum humorum subtilitatem indicant. Manꝰ graciles ⁊ multum longe tyrannidem declarant atqꝫ stulticiã. Inquit Ptolomeus phũs Manus diuersorum colorum luxuriosuꝫ aut crudelem significant. Similiter digiti subtiles plus q̃ꝫ decet stulticiam denotant. Ait formica valde vtilis. Si quis habet digitos in extremitate latos talis fidelis est: ⁊ bonus socius. Si quis habet tabulaꝫ in manu latã ⁊ digitos graciles idest longos talis est subtilis in opere naturali: ⁊ est dispositus ad cytharizandum ⁊ organizandum. Si quis habet tabulaꝫ i manu paruaꝫ ⁊ digitos grossos talis est dispositꝰ ad bene scribenduꝫ: ⁊ talis ex apostemate morietur. Si quis habet manus non nimis magnas aut nimis paruas verũ proportionatas corpori suo: talis est magis conueniens in omnibus accidentibus suis. Si quis habet paruas manus talis est muliebris i factis suis: ⁊ est insatiabilis / ⁊ odiosus ⁊ nũc diligit: nũc odit raro auteꝫ aut nũq̃ꝫ in eo est confidendũ. Et si aliqua mulier habet manus viriles: habet diafragma: ⁊ habet vuluã intumescentẽ: ⁊ cito poterit concipere / ⁊ partũ nullum producit. Si quis auteꝫ habet manus grossas / ⁊ pingues talis est hebes ingenio: Sed mulier tales habẽs manus appetit valde. Si quis uero habet manus graciles talis ẽ agilis in factis suis ⁊ multum diligit mulieres. si quis habet digitos cauos ⁊ indispositos ⁊ ad inicẽ se non bene coniungentes talis est mendosus: locutione lenis ⁊ cũ factis non concordat: Ut fuit Seraphinꝰ de Pisis medicus. Qui habet digitos segregatos 2 non recte iacentes significat miseriam ⁊ paupertateꝫ: Et ratio huius est propter iproportioneꝫ que nõ presupponit ibi bonũ itellectum sed maluꝫ ⁊ inordinatuꝫ. Digiti vero parui stultũ denotãt hebeteꝫ ⁊ iuidũ. Dixit morbet ⁊c. Cardinalis i sua chyromãtia digiti longi ⁊ subtiles ⁊ ad inuiceꝫ bene proportionati bonũ ingeniũ ostẽdũt ⁊ maxime i mecanicis: Et etiã malũ regimen demõstrat ⁊ sic seq̃t ꝙ semper sunt miseri vt i politicis patet. Et si fuerint multũ disipersi paupertatẽ ostẽdunt ⁊ miseriaꝫ: Et hoc notauimus persepe i egenis / dicunt.n. aliqui ꝙ digiti valde breues ⁊ exigui fortes ⁊ bene sagaces ostendunt: hoc tamẽ nõ videtur mihi simpliciter asserenduꝫ esse. Crasse quideꝫ manus digitos si breues vltra mensuram habuerint tergiuersatorem furẽ insidiosum denotant: sed manus intorte ⁊ tenues voraceꝫ indicãt ⁊ loquaceꝫ. Dicũt aliq ꝙ digiti grossi ⁊ parui et curua palma homineꝫ indicãt inuidum stultum miserum ⁊ auarum. Et ratio huius est quoniam grossicies indicat multum de materia: ⁊ modicum de calore naturali: non potente super passum / propter / quod denotatur homo terrestris siccus ⁊ rudis ratione siccitatis nimie: ⁊ stultus denotatur propter defectuꝫ caloris naturalis ⁊ humidi proportionabilis / ⁊ per consequens auarum notat propter curuita

tem. Dixit acutor parue chyromātie. Mulier
paruas manus ⁊ digitos grossos in extremita
tibus habēs signū est luxurie ⁊ rudis ingenij.
Et mulieres habentes curtā palmaz: difficul
tate partus grauabuntur. Et hoc propter cur/
tam longitudinem scissure uulue. Que quidez
longitudo est similis longitudini: q̄ est i dorso
medij digiti iuxta primam iuncturam veniens
per palmam vsq̧ ad rasettam. Et hec duplica
ta erit mensura pedis vt dicunt ⁊ bene. Ait qui
dam cuius nomē ignoro. Manus curte ⁊ gib
bose ⁊ tenues ioculatorem ⁊ deuoratorem ci/
borum ostendūt. Cuius rei causa est neruorū
extremitas que propter siccitatem retrahitur ⁊
flectitur interius ⁊ curuatur. Unde homines
curui in extremitatibus p ignem aut per egritu
dinem bene loquuntur: ⁊ multum bibunt ⁊ co
medunt. Quando extremitas auricularis non
porrexerit se ad vltimam iuncturam medici pe
nitus spuritatis est signum vt inueni infinitis
vicibus. Et si flectuntur in extremitatibus in
uidiam ⁊ auariciā designant. Et tales sunt sa/
gaces ⁊ perfidi vt patet in simijs: ⁊ cum intra
econuerso. Si pollex versus alios digitos ⁊ a
alij versus pollicem inclinantur auariciaz ostē
dunt ⁊ maliciam: Et hec dispositio membrorū
a fonte procedit ad quod sequitur quod dictuz
est. Si vero tenent ex consuetudine manuz rec
tam ⁊ digitos extensos in longum signum est
loquacitatis timiditatis ⁊ vanitatis. Si clau/
sum pugnum semper quis teneat impetuosita
tem significat ⁊ iracundiaz. Digiti parui ⁊ te
nues in viro ostēdūt ipsum esse fatuuz. Si bre
ues ⁊ grossi audaciam ⁊ inuidiam ostendunt.
Quando autez sunt bene cōpositi pulchre for/
me ⁊ bene commensurati indicant bonos mo-
res. Qui loquendo multum mouet ⁊ percutit
manum ad manum ⁊ multos habz gestus elo
quens inuidus ⁊ defraudator est. Aiunt ali-
qui vt hermes q̄ tremor manuum in iuuene sa
no ostendit q̄ facilis est ad iram. Hoc enim a
magno calore ⁊ cōmotione spirituum procedit
Si vero multum fortis fuerit tremor signum ē
vitiose complexionis ⁊ q̄ talis irascitur de faci
li melancholicus multiuolus ⁊ malignus est.
Concaua manus cum tuberculorum bonitate
atq̧ linearum proportione longitudinis vite ē
signum: Et si sit contrarium contrarium indica
bis. Digiti ex quacunq̧ forma cum articulis
crassis miseriam atque infortunium indicant:
vt infinitis vicibus notaui. Scias quod ex for
ma digitorum tres etates distinguemus sicut i
physionomia linearum patebit. Erectis digi/
tis aspiciendum est si ad inuicem coniungun/
tur: ⁊ vbi est disgregatio: Ibi infortuniuz. Cu
ius initium est a prima iunctura indicis ⁊ me/
dij ⁊ procedendo vsq̧ ad extrema digitorum
reuertendo ad indicem anularis ⁊ auricularis
⁊ sic tres etates ⁊ fortunam ⁊ infortunium in/
speximus. Si aggregatio est continua cum op
tima forma articulorum precipuam fortunam
putamus. Et si coniuncta correspondent ait
Conciliator ⁊ Albertus magnus quando di/
giti sunt collecti ita q̄ in aerem eleuati non trās
parent ⁊ sunt conglobati auarum ⁊ malignum
ostendunt. Et si digiti recte flectantur versus
dorsum iniustum subtilem ⁊ ingeniosum indi/
cant maxime si sunt subtiles. Si quis duz am
bulat ex consuetudine tenuerit pollicem inter
alios digitos auarus est vt vidi in quodā Jo
anne conterraneo nostro. Digiti etiaz longi lō
gitudinem auricularū epatis: ⁊ magnitudo co
rūdem eiusdem declarant magnitudinem: par
uitas vero paruitatem vt ait Albertus in libro
de animalibus vt supra diximus: hoc idem a/
iunt Auicenna ⁊ Galenus in libro tegni. Si
quis habuerit manus rubras siue vir: siue mu
lier extiterit. Ille sanguineus luxoriosusq̧ effi
citur: vt inquit formica valde vtilis. Ptholo/
meus vero ait: Qui habet vltimas digitorum
iuncturas grossas ⁊ euersas tales si diuites ex
titerint: giratione temporis ⁊ processu depau
perabuntur: aut aliquo alio infortunio eorū vi/
ta debilitabitur. Preterea inquit habens ma
nus curuas in longitudine biotanate mortis
esse signuz. Et hoc vt in pluribus dictum sit:
quoniam reperiuntur aliqui habentes nume/
ruz digitoruz senariū scilicet duos vltimos ver
sus auricularem: eodem modo lineatos in ma
gnitudine tamen diuersos apprime regulatos
vngues nodosq̧ a bonitate materie regulatos.
Et primo a me presente Magistro Ludoui/
co Uitali in helia hebreo visum est: ⁊ in mul/
tis alijs: quorum nomina in medium breuita
tis gratia non adducaz: ⁊ hoc visum fuit hic bo
nonie. Et sic iuxta ingenij nostri possibilitatez
digitorū capitulum explicaui a lectoribus ve/
niam postulans si quid a nobis sit diminute

dictum aut ſuperflue: quoniam multa in medium adducere potuiſſemus tamen iſta tanquã annotatiōe digna pauca conſeruimus.

❡ Queſitū. xxxiii. Auguſtini diſcipuli ad eundem Coclitem magiſtrum De ſignificatione vnguiū. ❡ Diſcipulus.

❡ Textus.

On incongruū eſt preceptor optime: vt: quoniam de vnguibus multi multa loquunt̄: de eorum quoq̃ Phyſionomia: niſi moleſtum ſit aliqua pertractes.

❡ Reſponſio Magiſtri ad Diſcipulum.

❡ Comentum.

It princeps recentiorū phyſionomorum atq̃ Chyromanticorū ⁊ bene: ꝙ vngues ex ſuperfluitatibus cordis ſunt producti: q̃ tamen mēbri nobilioris actionis ipſuʒ eſſe co reperitur: per ipſos nimirum eſt aliquid deſignare: Et inquit in differentia. 54. Unguis ē corpus extenſum petale ex ſuperfluitatibus ꝓductum induratum ſuper digitorum extrema: Juuamento plurimo ſituatum ſolum eniʒ in vltimis oritur digitorum manuum ac pedum ceu pili in cute corporis particula extrema. Unde ſi quid de oſſibus paruis in ſūmis manuum aut pedū perdatur non ibidem vngues creſcunt: ſicut neq̃ in nobis pili cute deperdita propterea in cicatricibꝰ non fiūt: Unde problemate vndecimo propter quid equis ⁊ aſinis. Modus quoq̃ originis ipſorū vnguiū ꝓportionalis eſt pilorū productioni ex ſupfluitatibꝰ groſſioribꝰ nō adeo aduſtis. Ungues ſunt facti in extremitatibꝰ membrorū ad melius capiendū. Et Auerroys in canticis: Auicenne commento. 180. dixit iuuamentū tamen vnguiū in digitis eſt ad iuuandū eos ita vt cū capiunt aliquid quod capiant illud firmiter: ſunt enim inſtrumenta carnis in extremitatibꝰ digitorū exiſtentis in tantū vt rem quaʒ capiūt poſſint bene conſtringere: ⁊ fortiter tenere. Ungues plani albi molles ⁊ tenues ⁊ ſubrubentes ⁊ bene lucidi optimū i homine ingeniū indicant. Et hoc eſt vnū ex ſignis quod valde raro fallit: q̃ tales vngues ab optima procedūt complexione vt magno teutonico placuit: q̃ ſpiritus qui producūt vngues delati a corde ſant clari ⁊ ſubtiles ex quorū ſuperfluitate generant̄ vngues. Ungues aſperi rotundi pronos in venerem deſignant. Breues vltra modū malignitatem arguūt: ſimiliter nigri: parui: ⁊ reflexi ⁊ curui rapaces indicant: ⁊ imprudentes. Auibꝰ q̃dē rapacibꝰ ꝯparāt̄: Mi ſecūduʒ medicos cū digitorū macie teſtant̄ corporis conſumptionem. Et cū vngues decidūt ſine cā lepram futuram iam propinquam minant̄. Puer ſine vnguibus natus aut debiles habens vſum nimis ſalis aūt diurecticorum denotant matrem obſeruaſſe vt teſtatur philoſophus in ſeptimo de natura animalium capitulo quarto. Ungues in medio profundi groſſi ac ſpiſſi homines rudes pauca ſcientes oſtendunt ⁊ preſertiʒ ſi caro circa digitos alta ⁊ groſſa ſit. Dixit Ptolomeus phyloſophus. vngues longi pauperem ⁊ mendicum ſemper ſignificant. Idem confirmatur a pontio gallico Aiunt etiam. quibus vngues ſiniſtre manꝰ magis creſcunt q̃ꝫ dextre paupertatem ſignificāt. Similiter ſi ſint ſine colore. Miror ꝙ omnes legiptimi auctores affirmant puncta alba i vnguibus ſignificare benedictiones ⁊ amicos. Scias quod ego multotiens notaui ⁊ ſecundū ordinem digitorum iudicaui: puncta alba in ſolari digito indicant augumentum honoris officia ⁊ cum nobilibus amicitias ⁊c. Et ratio eſt quoniam ſignificant bonuʒ humorem benignū bonam preſupponentem complexionem ⁊ intellectū: vnde bona ſequitur diſcretio ⁊ benignitas. Unde homines acquirunt amicos ⁊ laudantur: in digito auriculari cuʒ mercurialibus ⁊ Mercurium bene diſpoſitum in illa girationem ⁊ ſimilia: Puncta nigra ſignificant damna ⁊ perſecutiones carceres ⁊ omnia detrimētorum genera: vt audiui a quodam fide digno ꝙ accidit in ipſis ⁊ ſecundum diuerſitatem digitorum accidit infortunium ⁊ diminutio ſubſtantie. Aliqui dicunt inuidiā oſtendere. Et ratio huius eſt ſuperhabundantia melācholie ſicce que ſuperat ⁊ defectuſ caloris naturalis qui deficit. Et iſtud demonſtrāt puncta nigra: que ſemper melancholiam ⁊ ſiccitatem terream ſequuntur. Mihi videtur ꝙ experientia contradicat: nā ſemꝑ vidi pūcta nigra ⁊ alba inducer acceſſuʒ ⁊ receſſuʒ i paucos dies: ⁊ a ꝺterminatis effectibꝰ cauſari: q̃ nō pōt eē niſi a planetarū giratiōe i diuerſis ānis ⁊ mēſibꝰ vt iferiꝰ in tertio libro pʒ i pluribꝰ locis de phyſionomia planetaꝝ.

Quesitu3 .34. Augusti. Discipuli ad eūdē Coclitem Magistrum de significatione tactus. Discipulus.

Textus.

q Uoniam secundum tactum caro etiam in hominibus diuersificatur: vt legisse varijs in locis me memini: Desidero abs te intelligere quid de tactus diuersitate ⁊ eius physionomia sentias.

Responsio Magistri ad Discipulum

Cōmentū.

s It philosophus in libro de regimine principum. Et sensus: qui est in manu ē vis tactiua seu palpatiua ⁊ cursus eius est in calido ⁊ frigido aspero ⁊ leni ⁊ humido ⁊ sicco. Et ē vis contenta inter duas pelles quarū vna est i superficie corporis ⁊ alia i eo quod spectat ad carnem: quando ergo acquisitus ē quilibet istorum sensuum quos deus contulit huic Regi: oriunt̄ ex radice cerebri pelles subtiles leues sicut tele aranearū: ⁊ sunt quasi velamen ⁊ cortina huic Regi: cum ergo presentatur id quod habet quilibet sensus: ⁊ peruenit illud vsque ad illas pelles que sunt in ipsa substantia cerebri: congregantur tunc vestigia sensatorū omnium apud virtutem ymaginatiuam que representat ea virtuti cogitatiue: que est in medio cerebri: vt speculetur ea ⁊ colligat ac studeat i earum figuris ⁊ exemplis vt cognoscat in eis nociua ⁊ iuuatiua ⁊ vt operetur iuxta mensuram que prouenit ei ex illis. Et vt dicit Auerroys in de sensu ⁊ sensato tactus est caro: ⁊ est proprium omnibus instrumentis sensuum hoc qd̄ nihil habent in actu ex eis que comprehendūt nisi instrumentum tactus qui componitur ex q̄litatibus: quas comprehendit ⁊ ideo non comprehēdit nisi res intensas propter suum temperamentum: ⁊ propter hoc quanto magis caro fuerit tpata tāto magis ɔprehēdit qualitates simplices scilicet calidum frigidu3 siccum humidum: ideo homo inter omnia animalia melioris est tactus ⁊ maxime manus scilicet caro palme: ⁊ maxime caro indicis. Lingua vero in eius summitate nullum sapore3 habet in actu: ⁊ ideo quando imbibitur a qbusda3 humoribus corrumpitur gustus: ⁊ similiter est de instrumentis aliorum sensuum. Idem sentit Albertus in libro de anima. et scias q̄ cutis est contexta ex neruis multe subtilitatis ⁊ venis capillaribus per intra est cōtexta quibus epar ⁊ intestina sunt inuoluta: vt ea in nocumentis exterioribus preferant. et propter hoc cutis in brutis est multum spissa ⁊ pilosa q2 non hab3 protectionē aliquam: in hominibus autem est subtilis q2 per vestem a ventis ⁊ frigoribus ⁊ pluuijs protegunt̄. Quia vero cutis ex neruis composita naturaliter est alba ex neruoru3 proprietate est in extensione ⁊ retractione quia alba est: ⁊ transiens per ea apparet rubor sanguinis. Cuius color manus aut faciei albus est aut rubeus vt sensit philemon ⁊ boni tact9 designant animi fidelitatem constantia3 et veritatem: et hoc confirmatur si in alijs membris sit ɔmensuratio. et hec de tactu dicta sint satis.

Quesitū .35. Augustini Discipu. ad eundē Coclite3 Magistrū De dispositione spine dorsi. Discipulus.

Textus.

i Nquit ingeniorum princeps in methaphoricis. Quicūq3 spinam magnam ⁊ bene fortem habent fortes animo sunt: ⁊ referunt̄ ad masculinum genus. Quicūq3 autem spinam strictam ⁊ imbecillem molles ⁊ referunt̄ ad femininū.

Responsio magistri ad Discipulum.

Commentum.

s Uilhelmus nihil scripsit in ista parte scias tamen q̄ spina idem importat qd̄ dorsu3 dicimus si sit large sumptū. Dorsum est illud quod velut cepa seu carina posterius a capite vsq3 ad anū se extendēs ex multis ⁊ variis spōdilibus successiue ad tuēdu3 nuccham ad quā ordinat̄. In dorso vt ait Galenus. xii. ⁊. xiij. vtilitatis pticularis sunt quattuor maxime partes scilicet collum spatule: lumbi: ⁊ vocantur ab aliquibus sacrum os ab aliquibus amplu3 Et sciuisti. q̄ principium ossium ⁊ neruorum est nuccha: ⁊ generatur a cerebro. Et spina est platea publica arteriaru3 neruorm spirituum: ⁊ virtutum: ⁊ lectus spiritualium membrorum et continet medullam vere humiditatis: vt testatur Cōciliator in additiōe Ioannis Mesue nihilominus Dorsum est a ceruice vsq3 ad

renes. Dictum autem dorsum quod sit superficies durior corporis in moduz saxi fortis ⁊ ad portandum ⁊ ad perpetiẽdum. Terga quia in ea supini iacemus in terra: quod solus homo potest vt tenet Isidorus vndecimo ethimologiarum capitulo primo de homine ⁊ partibus eius Spina ergo magna idest in longitudine ⁊ latitudine arguit virtutem animalis: ⁊ membra Regalia esse fortia innatam caliditatem esse validam: vt superius diximus: Et precipue quãdo spina est musculosa: ⁊ sine mollicie carnis: ⁊ refertur ad masculineitatẽ. Si spina dorsi est angusta ⁊ molli carne circundata: ille actionis feminee iudicandus est: quia residuuz est angustum ⁊ membra regalia depauperantur in calore: ⁊ actiones sue sunt imbecilles ⁊ molles in moribus ⁊ habent animum mortuum ⁊ refertur ad femininum genus: Unde rasys dorsi amplitudo fortitudinem declarat ⁊ arrogantiam: atq; ire vehementiam. Dorsi vero curuitas morum innuit maliciam. Equalitas dorsi bonum est signũ. Dixit conciliator. Dorsum latum ⁊ soliduz idest musculosuz ⁊ ossuosum virilitatis est signum: ⁊ contrarium muliebri generi ascribitur. Et cuius dorsum curuuz est si mollis fuerit carne congestum ⁊ si aliqua iuxta illud sint angustiora velut sub cinctũ: hic virtute precellit: ⁊ ĩ venatiõis studio summus existet. Dicunt etiam dorsi curuitatem moruz notare maliciam. Dorsum amplum inextẽsuz fortitudinem arrogantiam ⁊ ire fortis denotare vehementiam. Tergi subtilitas hominem discordantis nature significat. Amplius spine pars inferior si latis iaceat natibus ⁊ sit molli carne circundata effeminatum ostendit mulieribus comparatum. Si autem prolixuz ⁊ ĩ acutum terminet libidinẽ temperantiam ⁊ timiditatem significat. Adhuc habentes magnam lataz atq; articulatam fortes existunt ⁊ ecõtra. Lata vero tenuia angusta ⁊ depressa significãt. Que autem repleta sunt carnibus ⁊ dura indocilitatem testantur hec ille. Dicunt aliqui dorsum pilosum macrum ⁊ valde eleuatum ab equalitate partium significare Hominem inuerecundum malitiosum bestialem mali intellectus debilem parui laboris ⁊ pigrum. Cuius dorsom est magnum ⁊ pingue significat hominem varium pigruz ⁊ multe fallacie. Dorsum subtile ⁊ extensum ⁊ macrum significat hominem debilem ex facili pauidum vanũ rixosum ⁊ magne credulitatis. Dorsum habẽtes a spatulis vsq; ad cingulum ⁊ quando est curtum ⁊ bene latum celeres in coitu sunt vt p sepe notauimus. Dorsuz hic assumimus a spatulis vsq; ad cinturam. Unde notandum est. Si dorsum est latum arguit pectus costas ⁊ ipocundria lata ⁊ de necessitate sequitur compositionez nucche ⁊ colli esse validam: cum decenti forma capitis ⁊ mẽbra intrinseca habent eorum receptacula magna: ⁊ neruorum motiuorum annexiones sunt a sua proportione: ⁊ econtra contrarium denotatur.

¶ Quesitum xxxvi: Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. De signis lumborum. Discipulus.

¶ Textus.

i Tem in methaphoricis. Quicũq; bene lumbosi sunt amatores ferarum referuntur ad canes ⁊ leões videbit vtiq; aliqs canes valde venatores Lumbosos esse.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

b Ic physionomizat lumbositatẽ sunt autem lumbosi illi qui habent latuz dorsum ⁊ fortem circa renes. Et dicunt aliqui quod lumbi vocantur ille partes ĩ quibus patimur dolorem: quando nimis laboramus in coitu. Unde perottus ⁊ lumbos quidam a libidine: hoc est a lubedine dictos existimant: nam veteres lubet ⁊ libet libidinem dixere a lumbis: lumbaga dicta vitium: ⁊ debilitas lumboruz: ⁊ elumbis: siue elumbes: vtroq; enim modo dicitur auulso lũbo: vel qui pre lũbi debilititate se se erigere nõ potest Inquit Isidorus libro vndecimo capitulo primo. Renes ait varo dictos quod riui ab his obseni humoris nascũtur. Nam vene ⁊ medulle tenuem liquorem desudant in renibus: qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus decurrit. Lumbi ob libidinis lasciuiam dicti: quia in uiris causa corporee voluptatis in ipsis ẽ: sicut in vmbelico feminis. Unde ⁊ ad iob in exordio sermonis dictuz est. Accinge sicut vir lumbos tuos. vt in his esset resistendi preparatio: in quibus libidinis est vsitata dominandi occasio hec Isidorus. Inquit philosophus ĩ primo de na

tura animalium capitulo decimoquarto Dor/
sum pene pectus ē:cuius partes scapule ⁊ spi
na infraq; e regione ventris lumbi habentur.
Et in decimotertio. Partem posteriorez lum
bi pari strictura precingunt: Unde nomen os
phys inditum est:partis vero excretorie quod
subditum quasi strangulum est nates appellan
tur. Lumbi alligantur cuz renibus. Retro igi
tur renes iuxta spondiles sunt. Lumbi super
quos ipsi iacent tanq̄ in eorum culcitra. In
ter ambos renes supra spondiles transeunt ve
na chilis ⁊ adorthi ad membra inferiora a qui
bus venis satis de prope oriuntur vasa sper/
matica. Ideo in nimio coitu talis locus ledit
Per lumbos intelligit ingeniorum princeps
a cinctura vsq; ad principium natium. Quan/
do ergo locus ille habet latitudinez arguit for
titudinē propter exuberantiam musculorum
vt patet in leonibus:sicut notaui in ciuitate flo
rentie in leonibus:⁊ canes venatores modo ta
li habentes efficiuntur ⁊ precipue qui dicūtur
alani. Dicit qui talem habitudinem habuerint
sunt amatores venationum. Causam talis ef/
fectus ignoro:Sed credo ꝙ talis cognitio ha/
beatur per experientiam ⁊ non per ratioenm:
tamen meliori iudicio subijcimur.

¶ Quesitum trigesimumseptimum. Augusti
ni Discipuli ad eundem Coclitem Magi/
strum De significationibus pectoris Gule ⁊
Mamille. Discipulus.

¶ Textus.

q Uicūq; autem pectus magnum
habent ⁊ articulatum fortes sunt
secundum animam referunt ad
masculinum genus.

¶ Responsio Magistri ad Discipulū.

¶ Commētū.

p Ectus siue torax est archa mem
brorum spiritualiū. Torax a gre
cis dicitur anterior pars trunci a
collo vsq; ad stomachum: quam
nos dicimus archam:eo ꝙ ibi archanum sit:
idest secretum quo ceteri arcentur. Unde ⁊ ar
cha ⁊ ara dicta quasi res secrete cuius eminen
tes pulpe mamille dicuntur. Inter quas pars
illa ossea pectus dicitur dextra autem leuaq;
coste. Et ideo sunt in eo quedam partes conti
nentes ⁊ quedam contente. Partes continē/
tes sunt quattuor:cutis caro musculosa mamil
le atq; ossa: Contente sunt octo. Cor pulmo
panniculi ligamenta:nerui:vene:arterie:meri:
siue hysophagus. Dixit philosophus ad Ale
xandrum. Latitudo vero pectoris ⁊ grossicies
humerorum ⁊ tergi significat probitatem ⁊ au
daciam cum rectitudine intellectus ⁊ sapien/
tie. Dixit Conciliator. Cuz inferior pars cir
ca gulam que iugulum appellatur ⁊ humeros
⁊ pectus conclusa idest male distincta ⁊ oppres
sa extiterit ruditatem sensuum ⁊ stoliditatem si
gnificat:cuiusq; manus mechanicorum studi/
is sunt minime apte. Cum vero iugulum fue/
rit longe ab humeris separatum latum siue ⁊
extensum animi denotat imbecillitatem. Me
diocrem autem boni moris ⁊ fortitudinis ē no
ta. Hec conciliator. Scias ꝙ gula eminens:⁊
ampla feminis est propria ⁊ presertim si sub/
menticulata extiterit. Pectus latū beneq; dis
positum:cuius ⁊ cetere partes sunt ample op/
timum signum existit. Pectoris enim latitu/
do hominis est propria. Tenue ⁊ inualidum
pectus testatur animum imbecillez. Quod car
nibus multis est congestum ingratitudinis est
signum. Et quibus pectus est curuum vehe/
menter:⁊ musculi sic prodeuntes vt velut con
cauum relinquatur moris signum est prauum
Et cū eminens valde calidum est cor ipsorum
non ingentes intellectu in fletu aut cantu cōtin
git assiduo. Si vis altius scire recurre ad pri/
mum librum. Unde Auicenna secunda pri/
mi capitulo tertio. De signis complexionum
ait. Quintum vero est genus signorum ex for/
ma membrorum sumptorum: quoniam com/
plexionem calidam sequuntur pectoris ampli
tudo ⁊ extremitatum magnitudo:⁊ ipsarum cō
plementum:in quantitate eorū absq; coangu
statione:⁊ sine curtitate:⁊ precipue manuum ⁊
pedum:⁊ venarum amplitudo:⁊ earum appa
ritio:⁊ pulsus magnitudo:⁊ fortitudo ipsius:⁊
magnitudo musculorum:⁊ propinquitas eorū
ex iuncturis:quoniam operationes augmen/
tatiue:⁊ compositiue forme caliditate complē
tur. Et frigiditatem sequuntur omnium horuz

contraria: Quoniam propter eam minorantur
virtutes naturales: ⁊ non complentur operatio
nes natiue ad creationem. Et postea subdit.
Ex genere autem operationum fortium: que
calorem significant est acuitas vocis eiusque
grossitudo ⁊ loquendi velocitas: ⁊ ipsius con-
tinuitas: ⁊ ira ⁊ festinatio motuum: ⁊ palpebra
rum citatio: Licet sit quum ista adueniunt non
propter causam cōmunem: immo propter cau
sam membro operationis propriā: Hec Aui
cenna. Rasys dixit. Cordis complexio si cali
da fuerit: pulsus erit frequens. Cui anhelitus
similis reperitur. Et super pectus si pili multi
sunt ⁊ spissi: quod etiam tactu calidum sentit̄:
huius cordis complexionem habens audax
est ⁊ obstinatus: ⁊ multe iracundie. Habitu-
do preterea corporis in magnitudine ⁊ parui
tate sua considerata complexionem demon-
strat cordis. Pectus si magnum fuerit cor-
dis caliditatem ⁊ magnitudinem proprie ma
nifestabit. Quod adhuc manifestius erit: si
cum hoc caput paruum fuerit: aut etiam non
fuerit magnum. Hoc eniꝫ si ita fuerit: ad alia
non oportebit attendere signa. Simili quoqꝫ
modo si pectus paruum fuerit ⁊ caput ma-
gnum aut mediocre proprie cordis paruitas
⁊ sue complexionis frigiditas demonstrabi-
tur. Quod si pectoris magnitudo: capitis ma
gnitudini: aut pectoris paruitas capitis par-
uitati proportionabiliter extiterit: ad alia at-
tendere debes signa. Frigida autem cordis
complexio paruum facit pulsum cui anheli-
tus similis inuenitur: pectus quoqꝫ paucos
habebit pilos ⁊ subtiles. Et pectus tangen
tibus frigidum occurret. Qui huius cor-
dis complexionem habuerit timidus ⁊ piger
erit. Complexio autem sicca si fuerit pulsus
erit durus: ⁊ totum inuenitur musculosum
⁊ fuscum. Pectus quoque paucam ha-
bebit carnem sed venas habebit manifestas
⁊ pilosum erit: ⁊ cutem grossam ⁊ duram
obtinebit. Humida autem complexio le-
nem facit pulsum: ⁊ pectus a pilis nudum:
carnem quoque pectoris mollem ⁊ suauem:
⁊ talis habitudo effeminata est. Comple-
xio calida ⁊ sicca pulsum reddit durum ⁊
velocem: ⁊ frequentem: ⁊ multos in pec-
tore pilos generat ⁊ fortes ⁊ spissos: ⁊ in fe-
more similiter. Anhelitus quoqꝫ ex ea ma
gnus prouenit ⁊ frequens. Totum preter-
ea corpus tactu calidum sentitur ⁊ muscu-
losum atqꝫ manifestas habens venas. Hu
ius complexionem cordis habens irascibi-
lis erit ⁊ obstinatus. Frigida autem ⁊ hu-
mida complexio his contraria operatur: Hec
Rasys. Ad propositum redeundo: quan-
do igitur pectus est bene articulatum idest
complexionatum ⁊ compositionatum argu-
it fortitudinem: ⁊ masculinceitatem: audaci-
am: ⁊ alia: que pertinent ad masculum: si
cut intendit Philosophus: ⁊ talis habitu
do debet esse non multum carnosa nec mol
lis sicut mollicies femine. Et talem senten
tiam tetigit Galenus in secundo Anforis-
morum commento quadragesimoquarto in-
quiens: bonum est enim corpora non mul-
tum esse crassa neqꝫ multum macilenta: que
si taliter perseuerent vsqꝫ ad vltimam senec
tutem viuent. Si vero in alterum vltime-
tur in macie melius est ꝗꝫ in grassicie.
Crassorum vero corporum vene sunt angu-
ste. Unde neque spiritu habundant neque
sanguine. Et idcirco cum earum etas pro
telatur paruis ⁊ paucis accidentibus super-
uenientibus extinguuntur. Sed macri non sic
quia eorum membra principalia sunt disco-
perta ⁊ paruis ex rebus sunt patientia. Tē
perati inter vtrunque ⁊ dietantes delectabi-
liter vt crassescant vene eorum ⁊ arterie vigo
rantur ⁊ permanent large. Unde non cito
illorum extinguitur calor. Hec Galenus.
Et talis habitudo est laudabilis ⁊ intelligi-
mus in totum corpus. Unde tarreus in pro-
uerbijs inquit Gordij pinguissimum ipsoruꝫ
Regem eligunt. Humiliores vero ⁊ abiec-
tiores putant per se malas maiores habentes.
Primum ⁊ principalissimum membrorum
est cor: quod est vite principium ⁊ ideo natura
sagax tanquaꝫ Rex ⁊ dominus in medio pec
toris non declinando ad aliquam partem iu-
xta dictum Galeni sexto de vtilitate est situa-
tum: ⁊ intelligitur centraliter: quia quantum
ad inferiorem partem videtur modicum de-
clinare ad sinistram partem propter locum
epatis: Digeritur sanguis grossus nutri-
mentalis veniens ab epate ⁊ efficitur subti-
lis ⁊ spiritualis qui delegatur per arteri-
as ad uniuersum corpus principaliter ad

alia membra principalia ad Cerebrum in quo digerendo suscipit aliam naturam ⁊ efficitur animalis ⁊ ad epar: ⁊ efficitur naturalis ⁊ ad testiculos: ⁊ efficitur generatiuus ⁊ ad omnia alia membra viuificanda ⁊ preparanda. Est enim instrumentum omniuz virtutuz corporis ⁊ anime completum vinculum. Cor ergo est causa omninm operationum si principalia membra sunt proportionata insurgit animi bonitas ⁊ malicia secunduz diuersarū partium posituram. Physionomi vero intuitu primo pectus ⁊ postea commensurationez capitis ⁊ aliorum membrorum debēt aspicere. Si pectus habet latitudinem ⁊ eminentiam ⁊ caput sit magnum cum breuitate colli caliditatē cordis indicamus dūmodo sit nuditas piloꝝ: que prouenire potest ex porrorū latitudine: q̄ non retinet materiaz pilorüz aut meatus stricturam: que nequit generare pilos: Et contrarium dicimus de longitudine colli ⁊ amplitudine pectoris cum multitudine pilorum sicut in prehabitis ostensuz est. Cuz gracilitate pectoris ⁊ aliorum membrorum proportione caliditas cordis concedenda est: ⁊ audacia preliatiua sicut patet in colericis: vt ex dictis nostris colligi potest. Unde Flauij vegetij auctoritas ait. Adolescens martio operi deputādus: vigilantibus oculis erecta ceruice lato pectore: humeris musculosis. valentibus digitis: longioribus brachijs: ventre modicus: exilior cruribus suris expeditus non superflua carne distentis sed neruorum duricia collectis: cuz hec in tyrone signa deprehendis procerıtatem nō magnopere desideres: vtilius enim est fortes milites esse q̄z grandes. Ergo oportet proportionibus esse attendendum Itez inspicienda est mamillarium forma. De mamillis existentibus supra pectus dicendum est ꝙ componūt ex carne alba glandulosa ⁊ spongosa: ex venis arterijs atq̄z neruis. Et propter hoc habent colligantiam cum corde epate cerebro atq̄z cū mēbris generatiuis. Si alicui uirorū vt pene mulieri mamille dependent ⁊ a molli carne circundate sunt effeminationez ⁊ intemperantiā designant. Ait ptolomeus philosophus. Qui in parte sinistra pectoris habet carnem grossā ⁊ eleuatam cuz porro aut nigillo cum vno aut cum pluribus pilis significat augumentum honoris ⁊ diuiciarum. Et hec est experientia habita a pōtio gallico: ⁊ a nobis. Femellaruz autem mamille cum magne fuerint ⁊ abscise inbertes sunt ⁊ olentes: vt dicunt. Si sunt sine vene apparitione ad nutriendum sunt illaudabiles. Arguit materiam flegmaticam ⁊ inordinatam talis positura. Est talis quoq̄z mulier rudis nature ⁊ bestialis: ⁊ nutritum patitur accidentia saeua. Et medie magnitudinis non molles que sunt venose cum rectitudine omnino bonam nutrituram indicant presertim quādo sunt in subiecto subnigro. Parue quidem ⁊ extenuate siccitate denotant imbecilitatem. Eleuari quidem cum inceperint luxuriam testantur proxime excitari. Sufficiēter magne ⁊ plene secundū Galenum perfectaz digestionē ostendere concedimus. Discipulus.

Quesitū. xxxviii. Augustini Discip. ad eundem Cocliten Magistrum de significatione spiritus.

Textus.

Uero abs te quid sit spiritus ⁊ qualiter generetur in corpore.

Responsio Magistri ad Discipulum.

Cōmentū.

Uia in prehabitis tactum est ad perfecionem anime i suis operatiōibus necessario opus esse quodam spiritu: qui in transitu continuo existat ⁊ motu. Uirtutes autem moderāt vt suas peragant operationes: Ideo videndū est pro meliori euidentia predictoruz ⁊ totius libri: Quid sit spiritus ⁊ quomodo generetur. Unde loquemur secunduz medicos quid sit spiritus: ⁊ qualiter in corpore generetur. Est igitur quo ad primum spiritus vt sumitur quedam substantia subtilis aerea virtutes corporis excitans ad suas peragēdas actiōes. Uel sicut dicitur in libro de differētia spiritus ⁊ anime. Spiritus est corpus subtile i calore existēs generatum in humano corpore per venas: corpus viuificās: ⁊ per arterias pulsatiles anhelituz vitam atq̄z pulsū animalibus administrās sensuz ⁊ motū volūtariū mediantibus neruis. ⁊ musculis operatiuis in corporibus animatis. Hic spiritus secundum medicos sic generatur dum per calorem agentem in san-

guinem fortis in epate fit ebullitio fumus qui
dam resoluitur: qui ex venis epatis subtilia-
tus ⁊ depuratus in quādam subtilem ⁊ spiritu
alem substantiam in aeream naturam com-
mutatur: Qui spiritus naturalis dicitur: eo
ꝙ sua potestate naturaliter sanguinem subtili-
at ⁊ leuitate sua ipsum ad singula membra im
pellit ⁊ agitat. Et ideo est proprie virtus natu
ralis regitiuꝰ vt dicit Cōstantinus. Hic qui-
dem spiritus per venas quasdam ad cor mit-
titur vbi per collisionem ⁊ motum partiuꝫ cor
dis ad inuicem magis depuratur ⁊ in naturā
subtiliorem conuertitur: ⁊ tunc a philosophis
spiritus vitalis nnncupatur eo ꝙ a corde per-
arterias ad totius corporis membra se diffun
dit ⁊ spiritualium virtutum augumentatiuus
eius operationes rectificat ⁊ custodit. Nam
quedam arteria a sinistro cordis ventriculo exi
ens in suo motu mox i duos ramos diuiditur
quibus mediantibus spiritus vitales ad om-
nia inferiora membra viuificanda in corpore
deponuntur. Alter vero ramus tendens ad su
periora iterum diuiditur in tres partes siue in
tres ramos / quorum dexter ad dextrum bra-
chium / sinister ad sinistrum se equaliter diffun-
dit: In quibus spiritus se per totū corpus dif
funditur ⁊ pulsum vitaleꝫ operatur. Medius
vero ramus ad cerebrum se extendit ⁊ superio
res partes viuificans / ⁊ ad ventriculos cerebri
penetrans ibidem plus dirrigitur ⁊ subtiliat
⁊ in essentiam animalis spiritus / qui subtilior
est ceteris transmutatur. Iste igitur spiritus
animalis: qui in anteriori ventriculo cerebri do
minatur partim diffundit per organa sentien-
di: ⁊ nihilominus semper remanet in eisdē ven
triculis: vt sensus cōmunis ⁊ ymaginatiua vir
tus perficiatur. Deinde transit ad medium vē
triculum ad perficiendum rationem seu virtu-
tem cogitatiuam: ⁊ sic vltra transit ad cellulam
memorialem impressiones in alijs cellulis fac
tas secum vt in thesauro memorie reponāt de
ferēs. A posteriori vero parte capitis idest ce
rebri per medullam spine dorsi: que a physicis
dicitur nuccha: penetrat ad neruos intimos ad
perficiendum motum voluntariuꝫ in partibus
corporis inferioribus. Unde igitur ⁊ ideꝫ spi
ritus corporis subtilis aereus propter diuersa
officia in diuersis membris diuersis nominibꝰ
est vocatus. In epate enim naturalis: In cor
de vitalis: In cerebro autem dicitur spiritus
animalis. Et licet secundum medicos spiritus
isto modo generetur: tamen secundum Ari-
stotelem cor est ipsius principalis causa ⁊ ori-
go. Sed quicquid sit: de hoc pro intentione no
stra in proposito sufficit ꝙ iste spiritus vt dicit
Augustinus in De differentia spiritus ⁊ ani-
me: non est credendus esse animam humanaꝫ
siue rationalem. Et precipue fides catholica
nos impellit ad remouenduꝫ opinionem Ale
xandri: quia ipse credidit ꝙ anima sit virtus q̄
dam preparata in ista massa corporea: qua isur
gente diuersas operationes exercet secundū di
uersitatē organorum in animalibus vt experiē
tia physionomica ostendit: vt tenet Loxius ⁊
Galenus in libello de anima / vt potest videri
esse eiusdem vehiculum ⁊ propriuꝫ instrumen
tum. Mediante etiaꝫ spiritu tali anima corpo
ri vnitur: ⁊ sine tali spiritus ministerio nulle ani
me actiones perfecte in corpore exercentur. vn
de istis spiritibus lesis vel qualitercūqꝫ impe-
ditis anima in suis actionibus impeditur: vt
patet in maniacis ⁊ freneticis ⁊ alijs in quibꝰ
non est vsus rationis. Et istis confortatis ani-
ma confortatur. Et his debilitatis ipsa quoqꝫ
dobilitatur: ⁊ deficientibus deficit: quo ad re-
gimen corporis vel in suis actionibus exercen
dis.

¶ Quesitum. 39. Augustini discipuli ad eun-
dem Loclitem Magistrū De signis metha-
frenon. Discipulus.

¶ Textus.

T In methaphoricis ait. Qui-
buscunqꝫ methafrenon erit ma-
gnum ⁊ bene carnosum ⁊ articu
latum: fortes sunt secundum animam ⁊ referū
tur ad masculinum genus. Quicunqꝫ autem i-
becille non carnosum ⁊ inarticulatum molles
sunt secundum animam: ⁊ referuntur ad femi
ninum genus. Quicunqꝫ autem methafrenon
curuum habent valde ⁊ musculi ad pectus cō
currentes mali moris sunt: ⁊ referuntur ad ap
parentem conuenientiam. Quia nequeunt an-
teriora deferentia videri. Qui autem metha-
frenon eminens habet caumi ⁊ non intelligen
tes ⁊ referuntur ad equos. Quom autem neqꝫ
curuum vehementer: oportet esse neqꝫ conca-
uum sed medium querendum bene nati.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cōmentū.

Hic physionomizat ingeniorum
b princeps ex nobilitate partis pectoris que est inter pectus communiter. Dicitur tamē proprie methafrenō pars anterior pectoris vbi frenes ⁊ diafragma existit: Et est pellicula diuidens regionem naturalium a regione nutritiuorum que propter similem diuisionem: modo dicta est dyafragma: quasi in duo frangens: ⁊ alligatur spine Dorsi ⁊ pectoris: i circuitu pectoris circularem figuram habens. Ubi namq₃ ista pellicula terminatur proprie dicitur methafrenon quasi metha siue terminus frenis siue dyafragmatis: Hec autem sumitur in ista parte pectoris que communiter in viris est pilosa: ⁊ presertim vbi terminat pomum granatum seu furcula pectoris. Tamen aliquando accipit methafrenon pro spatulis vt Guido in sua Chyrurgia. Methafrenon idest posteriora Dorsi. Cassius felix Capitulo de tussi: ⁊ i psalterio greco vbi nostrum habet posteriora Dorsi: ipsum habet methafrenon: anterius ⁊ posterius in directo vbi terminat dyafragma possumus dicere methafrenon secundum subiectam materiam hic phylosophus intelligit de anteriori parte. Et physionomizat ex quinque dispositionibus istius partis: quarum prime ⁊ secunde satis patent. De tertia autez dicit ꝙ habentes curuuz methafrenon ita ꝙ musculi sibi occurrentes in directo furcule duoꝝ semicirculoꝝ sibi occurētiū foueā ibi i medio ꝓfūdāt. Tales eteni vt dicit sūt mali moris: sūt eni isociabiles ⁊ inciuiles ⁊ idignātis naturē: sꝫ indignationes suas occultant propter quod: vt dicit referuntur ad apparētem conuenientiam quia ad moduz occultatiuuz aliquid se habet. Occultant eniz ⁊ abscondunt cor cum suis verbis: aliqui dicunt brachiis: ⁊ hoc itendit cum dicit. Quia pereant alia lr̄a dicit perimūt idest occultant quasi sint perempta ⁊ destructa ⁊ nō sint anteriora idest partes anteriores deferētia idest non ferentia siue substinentia eas in decisa ꝙ videantur. Uidi rusticum habentem methafrenon adeo concauum quod in illa fouea potuisset abscōdi pugillus: ⁊ erat mali moris: ⁊ precipue milantator ⁊ biliguis. Quarta vero dispositio ⁊ huic opposita ē ⁊ significat caumos idest incensos ⁊ per ꝯsequens nimis iracundos. Ellenatio enim illius partis fit ex nimio calore cordis. Habentes autem cor nimis calidum sunt nimis iracūdi vt tenet Galenus in libro tegni. Et quia talem dispositionem habentes sunt iracundi nimis: ex hoc infert quod sunt nō intelligētes idest male intelligentes indiscreti: ⁊ iprudentes vt i primo dixi in capitulo de iuerecūdis. Ponit aūt caumos per vehementer accensos. cauma enim idē est quod magnus estus. et dicit ꝙ isti referunt ad equos: eo ꝙ equi talem dispositionem pectoris habēt ⁊ sunt vehemētis furoris: Unde ad iram prouocati grauissime irascūtur ita ꝙ trāsfuriūt: sunt enim animalia satis colerica propter quod est infirmitas equorum appellata rabies cuius signū est ꝙ declinant aures ad partes colli: ⁊ est icurabilis vt dicitur i libro de ꝓprietatibus rerum. Quinta autem dispositio ē media iter istas duas vltimas: ⁊ est talis: idest ꝙ methafrenon non sit vehemēter curuū ⁊ eleuatum ad modum armis tensi: ⁊ tunc etiā non nimis concauum est laudabile. et signum ē bene nati idest bene complexionati siue complexionis temperate. Idem dixit Conciliator ⁊ hoc notatum est in capitulo trigesimoquarto ꝺ significationibus pectoris: ⁊ apprime Gulielmus nurice cōmentator eximius.

¶ Quesitum. xl. Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum De signis costarum. Discip.

¶ Textus.

Item in methaphoricis: quicūq₃
i autem bene costati fortes sunt secundum animam: ⁊ referunt ad masculinum genus. Quicūq₃ autem non sunt bn̄ costati molles secundū animā referunt ad femininuz genus. Quicunq₃ sunt ex costis circūducti tumidi ⁊ sunt sicut inflati loquaces ⁊ stultiloqui sunt: ⁊ referuntur ad boues vel ranas.

¶ Responsio magistri ad Discipulū.

¶ Cōmentū.

Hic docet physionomizare ex dis
b positione costarum ⁊ ponit tria signa triplici eorū dispositiōe sumpta: ⁊ satis patent cū earū relatiōi
b⁹. Prima aūt ⁊ 2ᵃ referūt ad sexus pria ad

masculinum. Secūda ad femininū τ congrue
sicut dixi in primo libro. Femelle sunt parua῀
costarum in musculis. Unde Aristoteles i me
thaphoricis in de proprietatibus animaruz τ
corporum sexus masculini. Inquit hijs itaqz
sic se habentibus videtur Leo omniū pfectissi
mū in assumendo maris formā. Leo enim est
habens os bene magnum faciē autē quadratā
non valde osseam: superiorez mandibulaz nō
prestantem sed equaliter pendentem deorsum
nasum autez magis grossum q̄z subtilez oculos
kropos concauos non valde rotūdos: nec val
de protensos. Magnitudinem vero modera
tam superciliū bene magnum: frontē quadra
tā ex medio subconcauam ad supercilia autem
τ nasum sub fronte sicut nubes supstat vel sub
stat. Superius autem in fronte iuxta nasuz ha
bet pilos inclinatos: Caput moderatū colluz
bone longitudinis: grossum: innodatum. Cri
nes flauos non planos: nec valde crispos: que
sunt iuxta iūcturas spatularum bene spaciosa
magis q̄z coniuncta. Spatulas fortes τ pect⁹
iuuenile: τ methafrenon latū τ bene dorsatum
Anche nō carnose. et coxe τ crura fortia τ ner
uosa. Basem iuuenilem idest tota carina dorsi.
Et totum corpus bene articulatum τ neruosū:
neqz valde humidū. Ambulat autē tarde idest
non ē velocis incessus: nec tamē piger. Et est
incedens magnifice: τ mouet se in spatulis qn̄
ambulat: Talis est secundum ea que sunt cir
ca corpus. Que autem secūdū animam: datiuū
τ liberale: magnanimum amans victorie: mā
suetū τ iustuz: amans illos cuz quibus associa
tur: hec philosophus. Sciēdū est q̄ masculinū
genus habet costas magnas propter amplitu
dinem pectoris τ dorsi latitudinem: quia: vt di
xi de natura calidi est augere τ dilatare mem
brorum formaz. Almāsor τ Cōciliator dixe
runt q̄ quādo sunt cū carnis multitudine: signi
ficant stoliditatez: τ forsan. Aristoteles hic p
tertiam dispōnez costa῀. s. per tumiditatē τ in
flationez ipsaruz τ huiusmodi dispōnez habē
tes vult referri ad ranas que sunt circa costas
tumide τ inflate: τ quasi continue cantant: τ si
militer ad boues: similez dispōnez circa costas
habentes: τ qui multuz mugiūt: ita etiā homi
nes q circa costas quasi iflati sunt stultiloqui: τ
multū inutiliter loquaces τ presertim stolidi.
Et dixit conciliator in bibulos sepe notare. τ
etiaz Aristoteles de proprietatibus animaru῀
in corporibus sexus feminini. Scribit pardali
autez fortibus eē visis femine forme τ magis:
quod non secūdum crura idest quasi habet for
maz masculinam in aliquibus membris hijs
est cooperta: τ aliquod opus fortitudinis ope
ratur. Est eniz habēs faciez paruā: os magnū
oculos paruos albos concauos ipsos autem
supficiales: frontem longaz iuxta aures magis
rotūdaz q̄z planaz colluz longum valde τ sub
tile: pectus non amplum τ longum: Anchas
carnosas: et coxas. Que vero sunt iuxta yllia τ
ventrez lenia magis. Color autez varius: τ to
tum corpus inarticulatum ē τ imensuratuz for
ma autem corporis talis est: In hijs vero q̄
secundum animaz. prauuz est τ fictitiū: τ omni
no vt est dicere dolosum. Coste igit̄ feminini
sexus sunt anguste τ etiam yllia seu hyppocō
dria propter penuriam caloris. Unde Rasys
costarū gracilitas ac earumdē subtilitas corius
innuit debilitatez. Michael scotus male di
xit ideo eius non inferitur auctoritas.

¶ Quesitū. xli. Augustini Discipu. ad eun
dē Cocliteʒ Magistrū De signis quantitatis
spacij inter collum superius τ vmbilicum infe
rius ad orificiuz stomaci.

¶ Textus.

T ait philosophus i methapho
ricis. Quicūqz autem maius ha
bent qd̄ est ab vmbilico vsqz ad
extremū pectoris q̄z quod est ab
extremitate pectoris vsqz ad collū voraces τ i
sensibiles. Uoraces quidem: quia ventrē ma
gnum habent: quo appetunt cibuz. Insensibi
les autez quia angustū locū habent repleri sen
sus forti obturatione: τ replendo sensum.
Itaqz sensus infirmos habent propter reple
tionem ciborū magis q̄z indigentia.

¶ Responsio Magistri ad Disci.

¶ Cōmentum.

Hic physionomizat per quantita
tē partiū que sunt inter vmbelicū
τ collum τ Orificium stomachi
dicens q̄ habentes quod est ab
vmbelico vsqz ad pectus magis q̄z quod est
ab ista parte vbi incipit pectus iferius. s. vbi ē
orificiū stomachi vsqz ad collū sunt voraces ho
mies: τ isensibiles: τ vtriusqz reddit rōez dicēs

ꝙ sunt multuȝ voraces eo quod habent vētrē
⁊ stomachum magnum: magnus autēȝ stoma
cus multum appetit cibum: quod est ratione
magne quantitatis: ⁊ non qualitatis: vt puta
ratione frigiditatis ⁊ in naturaliter melācholi
cis ⁊ in patientibus bolismam seu appetitum
caninum: vt dicunt q̄dam ⁊ male exposuerūt:
quia philosophus non loquitur de accidētibꝰ
nec d' egritudinibus: sed de compositione mē-
brorum. Ad propositum sic habentes stoma-
cos magnos multum cibum appetunt ratione
quantitatis ⁊ qualitatis: ⁊ per consequens sūt
multuȝ voraces. Sed qui habet spaciuȝ quod
est ab umbelico vsq̄ȝ ad pectus minus q̄ȝ quod
est a pectore vsq̄ȝ ad collum habēt magnos sto
machos vt de se patet ergo ⁊ cetera. Accipit
autem ventrem pro stomacho sicut etiam in li
bro posteriorum vbi exemplificando dicit ꝙ
animalia duos vētres habētia sunt eruminata
Tres autem sunt ventres in corpore nostro
scilicet superior: qui cōtinet membra naturalia
animata: vt caput: Inferior: qui continet mē
bra naturalia. Medius qui continet mēbra
spiritualia: vt dicunt medici. Et Mundinus
in sua anothomia. Et philosophus hic intelli
git stomachum vt dictum est. Somacus seu
venter est organum digestionis primi chili ge
neratiue. Unde sicut mesarayce sunt prepara
torie digestionis epatis: ita ⁊ os stomaci. Ex
hoc antem est q͛d habentes taleȝ dispositioneȝ
stomachi sunt voraces infert quod sunt insensi
biles. Ex multo enim cibo resoluuntur multi
fumi: qui ascendentes caput replent: ⁊ meatus
cerebri opilant quibus opilatis corpori subtra
hit͛ sensus: eo ꝙ cerebrū toti corpori sensum at
tribuit ⁊ largit͛ saltem instrumentaliter. Et se
cundario: quod dico quia sensus omnes princi
paliter sunt a corde secūdum opinionē Aristo
telis: Licet opinio Galeni ⁊ medicoꝝ huic sit
cōtraria vt pȝ p̱ Auerroym. Secūdo sui colli-
get: ⁊ de iuuamentis instrumentorum sensus
vbi inter multa alia plura que de ista materia
ibi ponit vult quod cor mittat calorem mensu
ratum in quantitate ⁊ qualitate cerebro secūdū
ꝙ cōuenit vnicuiq̄ȝ sensui ex sensibus cerebri.
Sed ista quia non sunt ad propositū missa faci
amus: ⁊ sufficiat ꝙ meatibus cerebri opilatis
corpori subtrahitur sensus: ⁊ per consequens
hebetatur intellectus. ⁊ q̄ꝛ ista oppilatio fit ex
multis fumis a nimio cibo resolutis: vt dictuȝ
est: Igitur sequitur ꝙ voraces sint in sensibi-
les saltem accidentaliter. Et istud intēdit Ari
stoteles quādo dicit ꝙ voraces sunt insensibi-
les q̄ꝛ angustum locum habent idest locum in
quo vigēt sensus. s. caput ⁊ cerebruȝ angustat͛
eo ꝙ repletur forti odoratiōe i accipiēdo cibū:
idest ex nimio fumo resoluto ex nimio cibo ac
cepto: ⁊ per cibum intelligit res masticabiles
⁊ potabiles. Et ponit odorationem ex fumali
euaporatiōe ex re odorabili resoluta: vt habet
videri in alijs. habemus in patria nostra Flo
rianū boȝanuȝ: qui comedit ⁊ ingurgitat vni
ca comestione quātuȝ satisfaceret viginti homi
nibus: sicuti diuulgatuȝ est. Habet etiam fer-
raria particulares ⁊ peculiares huiusmodi do
tes. inspexi in conterraneo nostro ⁊ aduerti illā
distantiā superhabundāteȝ per quinq̄ȝ digitos.
Ad propositum patet ꝙ multum voraces sunt
insensibiles non per se: quia non est ex defectio
ne ⁊ indigētia sensuum i se sed magis per acci
dens ex ciborum repletiōe a qua prouenit sen
suum ligatio. Et hoc intendit cum dicit quod
sensus habet interiores idest debiles in sentiē
do: ⁊ hoc est q̄ꝛ sp̄us debētes circa partes cor-
poris determiatas operari cibi multitudine oc
cupant͛ q̄ꝛ ad ipsos digerēdos impediunt͛ ma
gis propter repletionem cibariorum q̄ȝ prop-
ter indigētiā idest q̄ȝ ꝑpter defectū sensuū i se.
Et ista de causa Boecius de disciplina scola
rium prohibet eos a nimio cibo ⁊ potu dicēs.
Cibariorum autem mediocris sit facultas ⁊
potus sit tenuis eiusdēq̄ȝ parcitas ⁊ reddit ra-
tionem iam pretactam. Talis sententie sunt
palemon loxius phylemon ⁊ albertus magnꝰ
in libro de animalibus: ⁊ conciliator i physio-
nomia ⁊ in cōmento Decima particula pro-
blematuȝ. Sed quando illud spaciuȝ est equa
le laudandum est. Arguit enim proportio mē
brorum ꝯtentorum bonam hominis digestio-
nem. Opposita sentētia est philosophi. decima
particula problematū dum inquit. Propter
quid hijs q̄bus ea que sunt ab vmbelico deor
sum scilicet ad ventrem q̄ȝ ea que sunt ad pec-
tus scilicet ad pomuȝ granatū breuis vite sunt
⁊ imbecilles. Causa esse dicit͛ q̄ꝛ venter seu sto
machus frigidus est propter paruitateȝ quare
non digestiuus sed superfluitatū generatiuꝰ ta
les auteȝ morbosi sunt ⁊ breuioris vite ꝑpter

multitudinem egritudinum quas acquirit intensa caliditate: ⁊ a vicinis membris ⁊ precipue ab intestinis attrahendo a stomacho cibum indigestum. Idem affirmat archiphisonomus commēto dicto: ⁊ in suo de physionomia dum ait. Dicit Aristoteles cum ea que sunt ab vmbelico deorsum vsq₃ ad fundamenta fuerint his que sunt inde ad pectus maiora hos imbecilles ⁊ breuis vite existere.

¶ Quesitum .xlii. Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum De physionomia hypocundriorum.

¶ Textus.

In hoc loco preceptor venerande de hypocondriis querendum mihi videtur: vt que sint intelligam: ⁊ si quid in physionomia significant mihi queso aperi: nihil enim relinquēdū ē qđ ad hāc sciētiā ptinet: vt doctior euadam.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

Inquit philosophus in primo đ animalibus super vmbelicū hypocundrium est cartilagine quasi subcartilaginū denominatum. Cauuz aūt cōmune subcartilagini ⁊ ylliuz colago est. Unde hypocundria ⁊ yllia idem sūt vt etiam accipit conciliator ⁊ est in illa parte q̄ est super anchas: ⁊ vbi superstringit᷑ centura. Tamen palemon dixit femora ⁊ yllia subiecto non differunt sed ratione nulla apud nos inter yllia ⁊ hypocundria reperitur differentia ⁊ femora: quoniam tria in vnū considerantur. Tamen Isidorus in vndecimo ethymologiarum femora dicta sunt ꝙ ea parte a femina sexus viri discrepet. Sunt aūt ab inguinib⁹ vsq₃ ad genua femina aūt per deriuationem femoꝝ partes sunt quibus inequitādo tergis equorū adheremus. Unde ⁊ preliatores olim sub feminibus equos amisisse dicebantur. Si yllia fuerint dura ⁊ descripta ossibus indicāt masculineitatem. Et palemon Albertus atq₃ conciliator dicūt ferū ⁊ bellatorē denotāt. Talia.n. yllia platonē habuisse ferunt. Ait sūmus theutonicus ⁊ conciliator referri leonibus. Si vero fuerint molli carne circūdata muliebrē animū denotant. Que aūt nimiū exossata sunt ⁊ rugosa ⁊ tenuitate circumdata sicut sunt yllia simiarum malignitatem pretendere vident᷑.

¶ Quesitū .xliii. Augustini Discip. ad eundē Coclitem Magistruz de signis sumptis a vētre. Discipulus.

¶ Textus.

Tez philosophus in methaphoricis: Quibus autem ea que sunt circa ventrem pinguia bene: fortes referuntur ad masculinū genus. quicunq₃ non: molles referūtur ad apparentem conuenientiam.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Comentū.

Hic docet physionomizare ex habitudine ventris: est autem venter vt dicit Isidorus qui accipiens cibos ipsos dirigit. Et apparet extrinsecus: Dictus est venter a vehendo eo ꝙ per ipsum vehatur cibus ad totuz corpus: ⁊ ponit duo signa. Primuz est ꝙ qui sūt circa ventrem bene pingues idest musculosi: ita ꝙ venter non nimis exterius extendatur vt expositū est in primo libro sunt fortes: ⁊ referuntur ad masculinum genus. Et talis dispositio ē sibi naturalis: ⁊ secundū cōstantinuz creatio ventris est carnosa calida ⁊ humida: et hoc propter digestionis necessitatē propter qđ Rasys dicit ꝙ ventris magnitudo libidinem đclarat. Secūdū signū quod sumitur p opposítum ad primū dicit. quicunq₃ autez supple habent ventres non bene pingues: molles sunt: ⁊ debiles: referunt᷑ ad apparentē cōueniētiaz. Uidemus enim cōmuniter ꝙ habentes ex aliquo accidente puta ex ieiunio vel infirmitate vel quacūq₃ alia accidentali causa ventres macilentos sunt indociles ⁊ molles. Et q̄₃ diu in tali passione sunt declināt ad mores muliebres quia mulier dicitur a mollicie vt testat᷑ lactāti⁹ firmianus in libro de opificio dei. Et in de secretis secretorū ait philosophus. qui hab₃ ventrem magnū est indiscretus stolidus superbus amans coitum. Mediocritas vero ventris ⁊ strictura pectoris significat altitudinē intellectus ⁊ boni cōsilii. Magnitudo ventris procedit a magna caliditate reuerberāte in vacuitate vētris ꝑsertim ad regionē testiculoꝝ. Dictum est ꝙ virtus moralis aut intellectiua non collocatur i subiecto nimis calido. Ideo sunt

indiscreti ꝛ stolidi. Videmus tales esse bibo-
nes comedones qui inertia amplectũtur: ꝛ om-
nibus luxurie generibus incumbunt ꝛ vt no-
stris temporibus sunt quidam religiosi qui cõ-
tinue student in comedendo ꝛ sunt ventrosi
doliares: ꝛ colatiuj ventris. Unde plautus
in mercatore de sene libidinoso inquit. Canũ:
varum: ventrosum: buculentum :breuiculum:
subnigris oculis oblongis malis pansum ali
quantulum. Non hominem mihi sed thesaurꝫ
memoras mali. Idẽ plaut⁹ ꝺ pseudulo. Ruf
fus qdã vẽtrosus subniger: magno capite acu
tis oculis ore rubicũdo admodũ magnis pe-
dibus. Quãdo vero phũs dixit. Mediocritas
ventris ꝛc. Mediocritas ventris causat a ca-
liditate cõditionata de qua oriunt spiritus lau
dabiles, quãdo dicit cõstrictura pectoris: vult
dicere cũ ꝓportiõe ipsius pectoris qꝛ si esset cũ
nimia latitudine iudicaret caliditatem cordis
obstare intellectui. Eiusdẽ sententie est loxius
qꝛ vult ipse ꝙ talis forma ventris sit mollis. ꝛ
Cõciliator ait. Ventris magnitudo nimietatẽ
libidinis declarat. Et qbus sunt carnosiora vẽ
tralia fortes dicunt existere. Et hypocras di-
cit. Infimis purgatiõib⁹ apparatos. Dicit ẽt
vẽtrẽ mollẽ in iuuentute: in plerisqꝫ in senectu-
te coartari: ꝛ ecõtra: qꝺ ꝛ senectutis idicat gra
uitatẽ. Ventrẽ qdẽ molliorẽ ac ipassibiliorem
ait Loxius magnificẽtiã ostẽder. Inquit Ari
stoteles Alexãdro: habẽtes ventrẽ magnũ idi
screti stolidi superbi sunt ꝛ coitũ appetentes.
Mediocritas qdẽ ventris cũ pectoris strictu-
ra decẽti: altitudinẽ itellectus ꝛ bonitatẽ cõsilij
testat ostẽdere, hec cõciliator Dixit phũs i me
thaphoricis. Pilositas aũt q̃ ẽ circa vẽtrẽ loq̃
citatẽ significat: ꝛ refert ad genus auiũ. Pro
priũ.n.ẽ eoꝝ q̃ sunt circa corpus pilositas q̃ ẽ
circa vẽtrẽ eoꝝ aũt q̃ sunt circa intellectũ loq̃ci
tas. Vult dicere ꝙ talis pilositas significat ho
minẽ loquacẽ ꝛ garrulosum. Et istud signum
acceptũ est ex auibus. Aues.n. garrulose sunt.
ꝛ in vẽtre p̃ oib⁹ aialibus plus pilose.i. penno
se ꝛ plene pennis. vocat aũt pennas pilos qa
ꝓportionaliter se habẽt pili in gressibilib⁹ ad
pennas in volatilibus: vel vocat pennas: q cir
ca vẽtrẽ sunt: pilos ꝓpter eoꝝ molliciẽ ad mo-
dũ pilloꝝ respectu pennaꝝ i alijs partib⁹ cor
porũ ipsaꝝ. Subdit aũt. Eoꝝ vero q̃ circa itel
lectũ loq̃citas.i. garrulitas supple ẽ proprium

vnũ de numero eorũ que sunt circa intellectũ
quasi dicat garrulitas est vnũ de illis q̃ proprie
cõpetũt auibus quãtũ ad animã ꝛ accipit hic i
tellectũ pro itellectu passibili ꝛ corruptibili sci-
licet pro fantasia ꝛ ymaginatiõe siue pro virtu
te seu aia ꝯcupiscibili. Cã aũt garrulitatis aui
um ẽ qꝛ habẽt spirit⁹ leues ꝑꝑ qꝺ est aues mi
nores plus vociferare ita quod multe carũ sũt
musice sicut phylomena ꝛ similia: qꝺ fit ꝑꝑ sã
guinis ipsarum subtilitatẽ ꝛ spirituũ leuitatem
cũ sint nature aeree ꝑꝑ qꝺ excitant faciliter ad
iocũditatẽ: ꝛ ad diuersa desideria: q̃ ꝑ garritum
ꝛ cãtuũ multiplicitatẽ conant exprimere. Et
huius signũ est qꝺ masculi in genere auiũ plus
hoc exercent q̃ꝫ femine eo ꝙ sunt calidiores ꝛ
ꝑ ꝯñs habent sanguinẽ subtiliorem ꝛ spiritus
leuiores q̃ꝫ femelle. Cã aũt pilositatis auium
circa ventrẽ est habundãtia caloris vaporatiui
qꝛ magis exuberat in isto loco ꝑꝑ digestionem
q̃ ibi plus uiget. Cuius signũ est : qꝺ caro ven
tris est valde saporosa ꝛ dulcis respectu carnis
aliarũ partiũ corporis. ꝛ eisdẽ de cãis hoĩes
aliqui in ventre sunt pilosi. Ex quo vlterius se
quit ꝙ quia habent sanguinẽ subtilẽ ꝛ spiritus
leues ꝑꝑ facilem motũ sanguinis ꝛ spirituũ di
uersa fantasiant ꝛ diuersa fantasmata seu con
cepta exprimunt ꝑ loquelã. Sic ergo pꝫ causa
aliqualis quare loquacitatẽ significat pilositas
circa ventrẽ. Vidi ego eosdem esse ẽt summe
luxurie: ꝛ valde cõcupiscibiles. Et simil̃r quo
qꝫ accidit i his qui habẽt breue spaciũ inter cor
ꝛ cerebrũ ꝛ p̃cipue si sint colerici. Si diligẽter
attendes: docilẽqꝫ te sensero: nullus labor erit:
tibi de hac scientia q̃ secretissima sunt in lucẽꝫ
a tenebris educere.

¶ Quesituꝫ xxxiiii. Augustini Discipuli ad
eundem Coclitem Magistrum. De signis
pectinis . Discipulus.

¶ Textus.

q Vicunqꝫ habet pecten acutũ et
osseuꝫ sunt bene fortes. Quicũqꝫ
carnosuꝫ ꝛ pingue habẽt molles
Quicũqꝫ aũt modicã carnẽ sicut
desiccatã mali moris sunt ꝛ referũt ad simias.

Responsio Magr̃i ad Discipulũ.

Cõmentum

b Ic docet physionomizare ꝺ dis
positionibus pectinis. Est autẽ
pecten pubes inferior viri vl̃ mu

lieris in qua crescunt pili super mentulã ⁊ po-
nit phũs tria signa. Primum est ꝙ habentes
pecten acutũ scilicet i iferiori parte ⁊ etiam su
periori latũ per modũ scuti ⁊ bene ossatũ sine
nimia carnositate sunt fortes: ⁊ tales referũt
ad genus masculinum. Habẽtes autẽ pecten
opposite dispositionis multũ carnosũ ⁊ pigue
⁊ bene ossatũ molles sũt. Et tales referũtur
ad femininũ gẽus. Habẽtes autẽ pectẽ nimis
macrum: ⁊ tãq̃ȝ a sole desiccatũ sũt maloꝝ mo
rũ: ⁊ referuntur ad symias huiusmodi dispo-
sitionis: ⁊ quoad aĩaȝ ⁊ quo ad corpꝰ habẽtes:
vt habetur ab Auicenna libro secundo de ani
malibus ⁊ sic dicit Aristoteles atque sum-
mus theutonicus. Et dixit cõciliator. Et qui
osseum habent pecten ⁊ in acutum protensum
sunt validi. Aiunt luximagi pectus os si i mu
lieribus extiterit attenuatum carne ⁊ i acutum
protensum nocentem coitum prestare: ⁊ etiam
vulue amplitudineȝ significare. Scias quoqȝ
q̊d femur pilosum cum spissitudine piloruȝ lu
xuriam attestatur. Et quando est cuȝ raritate
pilorum: exiguitate eorum arguit contrarium
⁊ significat dominiuȝ frigiditatis vt colligi po
test in de natura piloꝝ: Et hec d̕ pectine: ne
prolixiores i sermõe videamur dicta sufficiãt.

Quesitum .xlv. Augustini Discipuli ad
eundem Coelitem Magistrum De natura
Uirge. Discipulus.

Textus.

Miror ꝙ Aristoteles capitulũ geni-
talium membroruȝ in medium non
adduxit.

Responsio Magistri ad Discipulum.

Commentum.

Ratio est quia physionomiã Ari
stoteles ⁊ precipue metaphoricã
fabricauit tanq̃ȝ radicem ⁊ prici
pium scientie que in paucis ver
bis omnia ꝯprehẽdit: ideo Epithomata d̕ illa
cõscripsit. Tamen cõciliator aliqualiter tracta
uit vt recitabo ⁊ quicquid a nobis additũ est il
lud experientia cõprobatur. Rasys dixit Eu
nucus maloruȝ est morũ: est enim stultus ⁊ cu
pidus: ⁊ presũptuosus. Qui autẽ castratus nõ
fuit: sed sine testiculis natus est vel paruissi-
mos habens eunucus apparet: vt tactũ est de
diuisiõe sexus. Cui videlicet barba nũquã na-
scit̃ d̕terior est. Inquit ptolomeus phũs ⁊ põ
tius gallicus Qui habent testiculos impares
magni fornicatores existũt. Qui vero habent
magnos testiculos prosperosi denotãtur. Qui
equales testiculos habuerit bonã illi obtiebũt
fortunã. Testiculi uehemẽter magni cũ virga
existẽtes stolidũ inertẽ asininũ declarãt. Ego
nunq̃ȝ vidi habentẽ virgam magnam qui ha-
buerit ingeniũ nec capacitatẽ ad virtutes: ⁊ ple
runqȝ malo ⁊ misero clauduntur: exitu. Pen
dentes in longum testiculi visi sunt liberalita-
tem ⁊ coitus imbecilitateȝ ostendere. Et simi
liter qui uirgam valde magnam habent pro-
pter spiritus non ad locum debitum potentes
descendere: ⁊ ꝓpter eoruȝ ifrigidationeȝ ⁊ pro
pter longiorem tractum incoibiles efficiuntur.
vt narrat philosophus i de animalibus. Dicit
philosophus testiculos circa anuȝ oportet ap-
plicari. Et ideo contingit viros minus estate
q̃ȝ hyeme coire. Si idecẽter sinister testiculo-
rum dextero maior extiterit femelle hic vt pluri
muȝ erit generatiuus cũ eius maxime frigida
natura extiterit. Aiunt quidam virgaȝ magnã
stolidum ⁊ durum ingenium ostendere. Naȝ
gibbosi ⁊ parui corporis habẽt vt plurimũ ma
gnitudinem virge. Ideo matrone solẽt vt plu
rimũ famulos similis stature accipere. Solent
eni fortitudinem hȝ alioruȝ membrorũ congla
tinationem ostendere: Qui habent mentulam
cum venis grossis ⁊ apparentibus sunt calide
nature: ⁊ sepe illis accidit. vlceratio virge vt
notaui ⁊ curaui cum oleo onfacino ⁊ aqua ro-
sacea ⁊ parũ cerusa ⁊ aliquãtulũ can ore i fora
linimenti aliter talibus accidũt vlcera putrida.
Cuius rei causa est imbibitio materiei que in
fluit propter raritatem ⁊ latitudinem meatus
quia verenda sunt complexionis calide ⁊ hu
mide. Et nimia faticatione calefit ⁊ excoriat̃
virga sic complexionata. Inquit conciliator.
Et virgam vehementer longam dicit aristote
les generationẽ impedire: q̃ fortassis iaȝ factã
etiam posset subuertere. Idem etiam fit cum
vltra mẽsurã tenuis fuerit ⁊ breuiata. Mulie
bria si exterius obstricta iterius ardentia fuerit
coitus furia nequeũt saciari quod puellis ado
lesentibus plerunqȝ contingit. Lata exposita
libidinosaȝ ostendũt. Et nimia obsita pingue
dine squallore torpentia preter generationis
impedimentũ mores ostendunt prauos. Cuȝ

autem intersticiuz quod inter anum ꝛ vuluam versatur stabilissimū fuerit ꝛ exterius positum libidinosas ꝛ insanas reddit ad coitum. Causa aūt quare virga longa vehementer nō sit apta generationi assignatur: ꝛ ē q2 spiritus genitiui debilitantur in lōgo itinere. Et mēsura cōueniens est ꝑ spaciū septem pollicū cū latitudine dimetitur: nō extra nouenariū pollicē adducta vt asserunt. Vulua in alterū latus cōuersa vel inequaliter iacens loquacem ꝛ libidinosaz insinuat mulierē. Labia vulue grossa cū exuberātia pilorū feruentē libidinē ꝺclarāt. Aristoteles in tertio de aialibus inquit. Virga virilis inter oia alia mēbra crescit ꝛ diminuitur sine sui lesione. Et in quinto ait: Natura statuit singulis aialibus tēpora ꝛ etates ad coitum p̄ter q3 hoini ipsi.n.oib9 tēporibus oportunus est coitus.

Quesituz xxxxvi. Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. De signis anchaꝝ ꝛ coxaꝝ Discipulus.

Textus.

i Tem in methaphoricis quicūq3 habēt coxas osseas ꝛ neruosas referunt ad masculinū.genus.quicūq3 autē hn̄t osseas ꝛ carnosas molles sunt ꝛ referunt ad femininū genus.

Responsio Magri ad Discipulū.

Cōmentum

b Ic docet phūs physionomizare ꝑ dispōnes coxaꝝ. Coxe quasi cōiuncte axes in ipsis .n.femora mouent: quoꝝ cōcaua vertebra vocant: q2 in eis capita femorū vtunt. suffragines: q2 subtus frāgunt .i.flectunt nō supra sic in brachiis vt t3 Isidorus in.xi.ethymologiarū. phūs ponit duo signa. Primū est q hn̄tes coxas osseas: ita q ossa grossa sint ꝛ foris eminentia ꝛ neruosa: ita.s.q coxe sint magne rōne magis ossiū ꝛ neruoꝝ q3 carnositatis nimie sicut supra dictū est in primo libro cap.de signis timidi. Tales sunt fortes ꝛ audaces. Idez t3 Rasys dū inquit.qn̄ coxaꝝ ossa foris prominuerint audaciā significabūt. Intelligit etiam Rasys quādo coxe sunt musculose ꝛ arcuate ad partē siluestrē signū est fortitudinis, et ego notaui q velociter ꝛ agiliter currūt: ꝛ etiā sunt magni itinerātes. ꝛ Michael scot9 bene dixit in hoc: qꝺ valde miror: nā i omni sua physionomia valde errauit nesciens qꝺ dicat tāq3 male expertus i hac arte: l3 multa ausus sit scribere. Coxe bene pulpose significāt hoinez fortez ꝛ audacez nec minus supbū: vt p3 i dextrariis gallis ꝛ falconibus. Deinde ponit ꝺm signū dicens q habentes coxas osseas ita tamen q ossa nō sint magna ꝛ carnosa multū cū paruitate neruoꝝ sunt molles ꝛ referūtur ad femininū genus. vn̄ dicit Rasys. Coxe cū exterius multas habent carnes fortitudinis imbecillitatez atq3 laxitatez declarāt. Ait conciliator. Anchaꝝ ossa exterius tensa fortitudinez ꝛ virilitatez isinuāt: nisi i eis muliebris carnositas ꝯtingat. Ipsaꝝ gracilitas mulieꝝ significat amatorē: corpisq3 cū ꝺbilitate timorē imittit. Grosse coxe ac lacertose: plene ac solide ꝺnotāt fortitudinem. Exterius quidem coxe si sint carnositate multa cōgesta ibecillitatem denunciāt ꝛ laxitudinez. Coxaꝝ ossa foris ꝓminentia cū mō fortitudinem idicāt. Itez dixit etiā Rasys. anchaꝝ quoq3 ossa cū exterius tendunt fortitudinis demōstrāt multitudinez: ꝛ virilitatez: Anchaꝝ gracilitas mulieꝝ significat amatorez: ꝛ corporis debilitatem atq3 timorez. et phūs i libro de secretis secretoꝝ ait latitudo vero tibiarū: ꝛ taloꝝ significat fortitudinez corporum. et hec de coxis dicta sufficiant.

Quesitū.xlvii. Augustini discipu.ad eundē Coclitez magistrū. De significatiōib9 genuū.

Textus

q Li āt scōm genua subtiles: timidi sunt ꝛ referuntur super apparentem decentiam.

Responsio magistri ad discipu.

Commentum.

b IC nuncius nature physionomizat ex dispositionibus genuū Et ponit circa hoc vnuz signū dicens q hn̄tes genua subtilia sunt timidi: ꝛ referuntur vt dicit ad apparentem congruentiā siue decentiam. pōt āt dici apparens conuenientia mos apparens ꝯueniēs summo studio: q2 conuenit cū more naturali in causis ꝛ i noie. Supapparens aūt mos ē iste qui accidit ex ꝓposito cū diligentia ꝛ studio: qualez hn̄t qui ex ꝓposito student se facere ornatos graciosos: vel ēt sub oppositis dispositionibus: tales.n.mores siue apparentia accidentales sunt: ꝛ iste que fiūt nō ex ꝓposito possūt

reduci in animũ: sicut ⁊ naturalis. Et ita poterunt sua signa demonstrari ex moribus superapparentibus sicut ex moribus apparentibus: ⁊ reductiones fieri in eosdem: sicut est in proposito: ⁊ superius frequenter dictum fuit. Dixit philosophus ad Alexandrũ. Multitudo vero carnis in genib⁹ significat debilitatez virtutis ⁊ molliciem. Vult dicere philosoph⁹. Genua que hñt multitudinez carnis cũ mollicie significãt d̕bilitaẽ virtutis corpalis pp neruorum imbecillitatem. Et hoc ratione humiditatis relaxantis ligamenta iuncturarum ⁊ ex ꝯsequenti seqꝉ mollicies intellectus. Unde Rasys de significationibus debilitatis neruorum inter alia signa ponit relaxationez iuncturaruz ⁊ paruitatez ac cordarum subtilitatem: ⁊ cutis: ⁊ forte eius tenuitas denotaꝉ. De quo sequitur iuncturaruz debilitas. Et isti sunt qui non possunt ferre onera: nec aliquaz rem i qua occurrat fortitudo. Et tales homines non possunt continuare magnas ambulatiões. Et sunt muliebres. Ideo dixit philosophus: molles ⁊ce. Inquit Albertus auctoritate Aristotelis: ꝙ genua q̃ inter se conuersa sunt vt quasi collidãtur ad femininã referuntur proprietatẽ nisi hoc accidat ratiõe exercicij: vt est in pistoribus ⁊ illis q portãt onera i qbus tale signuz non est naturale sȝ p accidens: iõ inefficax. Et Conciliator ait genua laxa quasi a reliquo corporis seperata ibecilles motus ostendũt. Inspexi ⁊ vidi tales ferre pedes cũ suis punctis siue sũmitatibus versus partem siluestrez. i. exteriorẽ. Et genua eorũ tẽdunt ad domesticas partes. i. exteriores. Et isti omnio sunt effeminati ⁊ plerunqȝ cynedi: vt in multis expertus sum ⁊ inueni ita esse. Et tales etiam penitus sunt praue nature: vt i femina attribuire possumus: Ut in primo De diuisione sexus diximus ⁊ superius tactũ est in de natura pardali. Et sic puto tibi de gẽib⁹ satis factũ esse. Siqd aliud i mentẽ venit: ne d̕sistas a q̃sitis tuis. vt me docẽte hanc vtilissimã artẽ pfecte pcipias.

Quesitum. xlviii. Augustini Discipuli ad eundez Coclitẽ magr̃z. De significatiõib⁹ crurium.

Textus

i Inquit phũs in metaphoricis: Quicũqȝ crura articulata: ⁊ neruosa ⁊ fortia: fortes sunt ƀm aiaz ⁊ referũtur ad masculinũ genus. Quicunqȝ crura subtilia ⁊ neruosa hñt luxuriosi referũtur ad aues. Quicunqȝ crura supflua hñt ⁊ sicut paꝝ corrupta: odibiles ⁊ inuerecũdi ⁊ referũtur ad apparentẽ decentiam.

Responsio Magistri ad Discipulum.

Comentum.

b Hic physionomizat per crura et põit tria signa ex triplici dispõne cruriũ supta. Primũ ẽ: qđ si fuerint neruosa ⁊ articulata fortia ⁊ magna non rõne carnositatis: sed magis rõne magnitudinis ossium ⁊ neruoꝝ fortes significant secũdũ aiam ⁊ referuntur ad masculinum genus. Deinde scđo cũ dicit. Quicunqȝ crura. Dat scđum signũ: Et dicit ꝙ crura subtilia ⁊ neruosa significant luxuriosũ: ⁊ lenẽ ⁊ instabilem in motibus ⁊ istud signum sumitur ab auibus crura huiusmodi hñtibus. que qꝛ sunt secundũ aiam leues ⁊ instabiles paꝝ hñt d̕ terrestri grauitate: ⁊ multũ de aerea leuitate. Itẽ hñt sibi insitam a natura seminalẽ rõnez: Cuius virtute mouenꝉ naturaliter ad sui generis multiplicationẽ ⁊ sue speciei p actũ generatõis ad ꝯseruationẽ. vt dicit Aristoteles de aialib⁹ libro. vi. Aliam causam dixi in. i. lib. ⁊ dicetur p conciliatorẽ. Sciendũ est ꝙ quãdo crura fuerint subtilia sine neruositate: tũc significant hominẽ timidũ: vt dixi in primo lib. de signis fortis ⁊ timidi: Deinde cũ dicit. Quicunqȝ crura ⁊cet. Ponit tertiũ signũ dicens ꝙ crura superflua idest nimis magna rõe nimie carnositatis ⁊ quasi paꝝ abrupta idest indistincta hoc ẽ cũ equalitate ita ꝙ apud cauillas sũt crosse ⁊ carnose vt hñt foemine sunt debiles: ⁊ inuerecundi: vt patuit supra d̕ signis insensibilis. quãdo ista carnositas ⁊ grossicies fuerit circa cauillas significat insensibilem et hoiem grossum natura: vt dicit Rasys idem addit ẽt Aristoteles qđ hñtes huiusmodi crura referuntur ad apparentem decentiã: qđ intelligendũ est per cõtrariũ: apparens. n. decentia est hẽre oppositaz dispõnem in carnibus: scilȝ qđ sit moderata et non diruta idest inordinata. Et phũs scripsit ad Alexandrum: Subtilitas vero tibiarum significat ignorantem: ⁊ eaꝝ grossicies significat audaciam ⁊ fortitudinem: pȝ ꝙ loqtur de grossicie ossuosa neruosa ⁊ musculosa. Scias tamẽ ꝙ greca translatio vocat crus illud qđ arabica lingua vocat coxam: ⁊ tibiã qđ vocatur crus.

cholicorum cum magnis disciplinis vna cum
mecanicorum multitudine rusticorum puero/
rūqꝫ legistaruz artistarumqꝫ: adeo ꝙ doctrina
derelicta est. Inspexi actiones eorum: ⁊ illos
inueni fraudatores ⁊ tanq̄z sinthinas vitiorum
Caue ⁊ summe precaue a societatibus eoruz
quia in vestimentis ouium ⁊ apparentia sancti
moniali sunt lupi rapaces.

¶ Capituluz secunduz de natura Iouis.

Iupiter: vt omnino sic dicendum
est: Saturno aduersatur. Est eni
stature equalis: formosus magno
rum oculorum: ⁊ eorum concaui
tatem habens paruam: maxillas aliquantuluz
elleuatas cum rubedine pomorum: Dentium
superiores duo magni parumper diuisi: medi/
usqꝫ inter macredinem ⁊ pinguedinem: plus
tamen habet carnositatis: boni odoris. Capil
li eius longi inter planos ⁊ crispos mediocres
Barba cum quadam biffurcatione pulchra: ⁊
est color illius albus rubedine cōmixtus. Al/
kindus. Jupiter virilem denotat etatem con/
suetudines ⁊ iura colunt: Diuini cultus ama/
tores ⁊ religiosorum ⁊ heremitarum ac legum
cultores. Nec non officia pecuniam ⁊ opes
vitam parcam Regum ministros vel officia/
les satellites controuersias ⁊ que ad leges ꝑ/
tinent veluti consuetudines ⁊ legalium institu
tionum notarios ac iudices amore prosequun
tur. Aristoteles dixit: Juppiter quoqꝫ virum
bene morigeratum atqꝫ amabilem ⁊ honeste
forme insinuat: Messaballa. Jupiter: medie
etatis virum denotat: insuper quietum pacifi/
cum fidelem: ⁊ credulum: oculis croceis capil

lo subtili dente raro ⁊ corpore designat medio
cri. Et est mature incedens: compendiose loq
tur: graues labores propter sue nature contem
perantiam ferre nequit. Si vero orientalis su
per terram extiterit elloquentes facit ⁊ orato/
res. Et vt Ptholomeo placuit facit hominē
magni cordis: Largum: mansuetuȝ egregium
in suis operibus: ⁊ pium ac benefacienteȝ: ho
minibus amabileȝ ductoreȝ cum amicis se lō
go tempore manutenenteȝ. Quantuȝ vero ad
alterius principii actus est homo charitatis: fi/
dei: iusticie ⁊ pacis: atqȝ consueta dedignat͛ op
posita: cogitans pecuniam congregare ⁊ victo
riam cum iusticia in omnibus obtinere: ⁊ odo
rifera petens: diligensqȝ vestimenta pulchra ⁊
ornata: ⁊ delectabiles sapores. Et erit largus
iocundus ⁊ virtuosus: ⁊ veridicus. Jupiter di
citur fuisse ille qui expulit patrem a regno. Sic
Jupiter expulit operationem Saturni: quia si
bi contrarius est per omnia secunduȝ astrono/
mos: Qui nascitur sub Joue pueniet ad mul/
tos honores: quia facit faciem pulchraȝ: ⁊ fa
cies est nobilior pars corporis. Unde Jupi/
ter plus laborat in facie q̄ȝ in alijs membris:
⁊ facit hominem album rubedine permixtum
quia ille color est pulchrior inter alios: quoni
am sanguineus. Jtem facit barbam rotundaȝ
idest equaleȝ perfectioni ipsam assimilando
quoniam Figura circularis est nobilissima fi/
gurarum: secundo celi: ⁊ ideo caput quod ten/
dit ad rotunditatem est diligenduȝ. Jdeo nu
trices solebant comprimere ⁊ rotundare capi/
ta puerorȝ. Jtem facit capillos longos quia
facit natum calidȝ ⁊ humidȝ: humiditas e/
nim cum calore est causa longitudinis vite ⁊ pi
lorum. Unde capillus est quid superfluum ⁊
est residuum humiditatis que exit per poros
Et ideo qui habent longas barbas sunt bone
complexionis: qui cito barbescunt habent cō/
plexionem bonam: Nam qui cito barbescit
habet fortitudinem caloris ⁊ temperamenti na
turalis. Jtem natus sub Joue est bonus: se/
cundum animum fidelis ⁊ adiscens: coitū ap/
petens: ⁊ bene potens gratia caloris: potens i
opere gratia: humiditatis sufficientis: ⁊ bene
capit singula que audit: quia habet spiritus
habiles: ⁊ satis humidos: Unde apprehen/
sio fit ab humido conditionato: ⁊ vidi Jo
uiales vt plurimȝ habere filios spurios.

Capitulum Tertium de natura Martis.

m Ars est homo longus ac medio
cris secundum orientalitatē seu
ipsius occidentalitateȝ: color sub
ruffus cum aliquali obscuritate
Habens faciem turpem cum granulis rube/
is infectam: aut cicatricem vel vestigium: ocu/
los varios paruos rubedini attinentes: Na/
sum magnum ⁊ picum curuos dentes ac lon/
gos: Pectus acutum: pilos ruffedini attinen
tes: barbam hircinam. Quantum autem ad a/
nimum: si orientalis ⁊ in bono esse extiterit fa
cit hominem fortissimum: potentem iracun/
dum armorum appetitorem animosum: ponē/
tem animum suum in mortis periculo: nulli se
humiliantem: destructorem in se confidentem
viribus suis: primum in bello: villipendenteȝ
omnia: violentiam hominibus ingerentem: ⁊
homines nullius regiminis existentes: vt est
hodie filius magni sacerdotis qui ecclesiam
gubernat tamen finis eius erit violentus. Si
vero Mars erit occidentalis faciet homineȝ
suspiciosum: audacem: bellicosum non victo
riosum: sanguinis effusorem: litigiosum: susci/
tantem homines ad iram ⁊ discordiam: turpi
um verborum dispersorem: bibulum falsum:
periurum: receptionis praue: longum in inces
su: ingeniosum: cogitationis inique semper
praua loquentem ⁊ inhonesta: plurimaque os/
tendentem q̄ȝ perpetrare intendat: nullus/
que in ipso contentatur. Jnquit Aristoteles.
Mars discordiarum seminator: ⁊ rixarum:
habet ex partibus hominis capillos ⁊ ocu/
los paruos: ⁊ barbam tenueȝ: Facieȝ len/
tiginosam: ⁊ modicum ruffam grossum col/
lum ⁊ breue: colore porro rubeum. Messa
halla ait. A Marte quidem capillorū̄ȝ ru/
bor: ⁊ oculi subalbi describuntur. Erit quo/
que malitiosus ⁊ rixe amicus: regis assecla si
mul ⁊ constipator: ⁊ latronuȝ amabi᷑ consortia
vt ille queȝ dixi. Tamen secunduȝ Albertuȝ:
totuȝ corpus habet curuuȝ: ⁊ grossuȝ aliqua
liter. Nota ꝙ caliditas ⁊ siccitas sunt cāe adu
stiōis ⁊ crispitudinis: criniū ⁊ curuitatis adusti
one mediā͛e. vn̄ nati sub marte hn̄t paucos cri
nes cā siccitatis: ⁊ habent curuos seu crispos
crines gratia adustionis. Jtem qui sub marte
nascitur ⁊ eius ducatu est rubei coloris cū qua

dam obscuritate : quia color rubeus causatur
ex eo qꝫ calidū agit in humido: ⁊ in consumē
do humidum relinquit siccum ruffum. hoc pa
tet de lateribus ante cōbustionem qui rubei nō
sunt: sed postea consumpto humido efficiūtur
rubei. Et isti nati habent paruos oculos: quia
oculus est membrum in quo viget humiditas
quia oculus est aquee nature ab extrinseco.
Secūdo de anima: quod patet. nam si leditur
exit aqua. ⁊ quia mars est calidus ⁊ siccus iō
non potest formare magnos ⁊ pulchros. Itē
mars inducit bella quia exsiccat cerebrum : et
cor incendit: ⁊ sic ira generatur: vt in primo li´
bro dictum est. Ira enim est accensio sangui´
nis circa cor: vt ipsemet Albertus ait in primo
de animalibus. Et ideo mars secundum anti
quos vocabatur deus belli. Item est fallax:
ratio est quia est siccus ⁊ calidus semper ira´
cundus: ⁊ male cogitat: vt fallat homines: ⁊ p
dat. Item satis appetit coitum quia calidus et
modicum potest: quia caret humiditate. Quia
probaui in preceptore meo Simone de blan´
chetis distillatore summo chyrurgico emperi´
co: ⁊ talis habitudinis fuit ad vnguē sicut dic
tum est.

Capitulum quartum de natura solis.

ſ Ol est stature mediocris albus
cum quadam citrinitate adiuncta
formose faciei ⁊ rotunde. Frons
alba ē. cuius color mediocris cū
albedine pauca: capillorum subtilium extenso
rum. Nonnulli ipsum caluum testantur. Quā
tum vero ad actus alterius principii : vocem
raucā habet: est idolatra ⁊ hypocrita: in apto
iustus homo: sue sententie inuerecundus ac d
aliis obloquens: cuius dominium imperat ad
gradum sublimē aspirans ascendere: ⁊ super
be at regaliter incedit. Ait albertus. Sol qui´
dem regularis stella existens lumen mundi: ⁊
oculus vocatus: natum sub eo facit carnosum
⁊ habentem faciem pulchrā ⁊ oculos magnos
colorem album cum quadam rubedine: bene
barbatum. Secundum vero animā vt quidā
scribunt facit hypocritam: ⁊ malum iustum in
exteriori parte apparentem. Et facit homines
multum scientes secundum aliquos. Sed in´
ueni aliquos dicentes: q̄ natus sub illo plane
ta est regularis religiosus profunde deuotionis
sapiens: diligens bonos ⁊ deprimens malos
quo ad apparentiam. Inquit Albertucius.
Sol enim de sui natura est planeta calidus: ⁊
ideo influit nato sub eo colorē: ⁊ est siccus sed
temperate. Unde diceres. si sol est siccus sicut
Mars: quare non influit eundē effectum. Di
cendum est q̄ propter caliditatem ⁊ siccitatē
Sol virtualiter est humidus ⁊ non siccus nisi
temperate. Aristoteles inquit. Sol quantum
est ad hominis formam: faciem facit pulchrā
citrino colori similem. capillos planos atqꝫ le
nes: barbam spissam ⁊ formosam: oculos ma´
gnos: ⁊ corpus carnosum insinuat. ⁊ Messa
halla dixit: Sol denuo mediocres prefigurat
annos: corpus leue planum ⁊ grossum candi´
dum ⁊ subrubeum glaucis oculis: raris denti
bus: gressum semper ad alteram partem de´
clinantem: facit diuinatores : ⁊ auguria docet.
secreta reuelat. ⁊ si qua sunt occulta consilia in
cōmune producit: sermonis ⁊ preceptorum in
nuit rigorem: ⁊ visionibus adhibet efficaciam
et hoc ex parte situs ipsius. Item sol secundū
antiquos dicebatur pater deorum: quia Solē
principium vite influens esse omnium rerum
ita qd per eius accessum in hemisperium no´
strum influit fertilitatem ⁊ generationem. Et
post eius recessum videmus arbores arescere
⁊ terram fieri aridam. ⁊ inquit Philosophus
per accessum eius ⁊ recessum in circulo obli´
quo fiunt generationes: ⁊ corruptiones in istis
inferioribus intelligendo per accessum appro
pinquationem ipsius a puncto verticali: per re
cessum remotionem ab eodē. Itē natus sub
Sole est hypocrita ab hypo sub ⁊ crisis indi´
cium. Unde versus. Omnis hypocrita faciē´
tes est heremita. Item calefacit temperate. ⁊
ideo facit natum sub eo magne sapientie: quia
calor saltem moderatus est instrumentum ope
randi virtutes anime: quia calor facit spiritus
agiles ⁊ promptos : vt dixi in primo libro in
pluribus locis: vbi notaui q̄ solares sunt hy´
pocrite sicut patet in summo legista famoso et
parum sciente. Sunt enim pomposi ⁊ magno
spiritu superbie inflati: superbia cōtraria saturno
⁊ quo ad honorem: ⁊ sunt vt plurimum legiste
quia tempore nostro illi qui ministrant leges
sunt fraudatores : vt in pluribus: primum cō
ceptum habent in nummis ⁊ cauillationibus.

Vidi litigium perseuerans per spacium triginta reuolutionuz solariuz propter ipsorum garrulitatez ; Et reperitur apud nos vna alia secta summe malignitatis : que vocatur Procuratorum seu causidicorum de quibus sine dubio non est confidendum : Quia speculatio eoruz est imitari semitaz ad diuitias ⁊ discordias propter lucrum. Antiquitus erant leges : sed non legiste: quare omnes intelligebant leges patrie sue: oportet igitur cogitare diuersitates gentium: magisteria: regiones ⁊ patrias vt dixi in primo libro nostre anastasis : aliter fatuum est iudicare atqꝫ chyromantizare.

¶ Capitulum quintum de natura Veneris.

Venus Ioui assimilatur speciosior tamen ⁊ blandior existit: ⁊ denotat similiter corpus carnosum precipue si fuerit occidentalis : facitqꝫ faciem rotundam cum multitudine carnis: longum: candidūqꝫ: habentem oculos gratos venustatis splendore fulgentes spissos capillos: aut molliter flexos: vel gradata pulchritudinis venustate compositos: Crispos quoqꝫ: aut crinibus externis ornatos : equales: Multo potu gaudentes: ⁊ modicum summentes cibū. Et Aristoteles ait. Venus mediocrem innuit staturam: oculoruz decorem: ⁊ pulchra largitur supercilia : Eius sermo dulcis: ⁊ molles affatus in suis: vultus ⁊ totius corporis compositione summum adhibet studium: corpus leue ⁊ mobile aptum atqꝫ conueniens non multum tamen carnosum. Messaballa Venus quoqꝫ candidum portendit adolescentem facie honesta: planos ⁊ lenes capillos: oculis nigris: stature mediocris. Item aliqui scribunt oculi eius sunt pulchri supercilia iuncta subnigra: labia tenuia: collum viuiduz: ⁊ formosum: Pectus angustuz breues coste: Capilli ad crispitudinem tendentes. Secundum animam autem ambulans est moderate: suauiter loquens: affabilis apparitionis : ⁊ ornatui plurimum intentus: mulierum amator. Ludorum epulationum: ebrietatum: ⁊ omnium voluptatum sibi appetitus existit : in cantu ⁊ instrumentis musicis delectatur. Venus habet pulchra nomina. Primo enim dicitur Venus a venerando: quia antiqui venerabantur eam causa amoris. Etiam dicitur Lucifer : Quia de mane lucem indicat quando precedit solez De vespere dicitur hesperus: quia vesperum vel nocte inducit solem tamen sequendo. et habet colorem candentem ⁊ fulgentem inter sydera venus est calida ⁊ humida virtualiter: et facit natum luxuriosum : ⁊ pulchrum: quia gratia caloris facit natum appetentem ⁊ gratia humiditatis potentem. Item facit natum diligerē musicalia: quia musica est vtilis pro cantibus: ⁊ ipsis amatoribus. Itez nota supposito quod venus ⁊ Saturnus venirent secundum oppositū tunc ⁊ eo tempore natus ille non esset omnino malus: nec omnino bonus: sed medio modo se haberet : quia bonitas veneris retardat maliciaz Saturni quantum potest : et sic facit ibi mediuz vt ait Albertucius Notaui venereos ⁊ vidi vt plurimuz eos habere gulaz candidaz ⁊ amplaz: incumbentes humanis. et si habēt admixtionez cuz sole facit leguz latores. et scias: ꝙ quando vides scolares venereos valde impossibile est illos habere ingeniuz speculatiuuz nisi in exorbitantibus: et raro exequuntur litteras: ⁊ precipue quando sunt musici. Vidi aliquando quosdaz scolares ferentes speculuz ⁊ pecten in manicis: ⁊ in angulis remotis ornantes se ⁊ abstergentes facies ⁊ spatulas cuz aquis. Unde ex talibus effectibus correllarie sequitur quod impossibile est illos habere ingeniuz in altis indagationibus: vt in sequenti dicemus: ⁊ tactuz est in prehabitis : scientia eniz vult totuz hominez : ⁊ non vanitates: aut fatuitates.

¶ Capituluz septimuz De natura Mercury.

Mercurius est homo albus: corporis mediocris ad paruitatez declinantis ⁊ ad macredinez: capitis parui: frontis anguste : et eius oculi sunt pulchri ⁊ parui scilicet in colore : ⁊ forma: ⁊ precipue cesij: ⁊ kropi: Humidi: iunctoruz superciliouz. Aures tense: Nares subtiles: manuū digiti lōgi: Et simplr mēbra eius oia sunt tenuia. Capilli mediocres

Barba minuta idest rara ⁊ cum subtilibus pilis : que quidem omnia ad latus minorationis declinant cum Mercurius fuerit a Sole occiduus. Quantum ad ea que sunt alterius principii est homo multi intellectus ⁊ sapientie Philosophiam diligens : boni moris ⁊ sermonis perfecti: ⁊ in scientia stellarum: ⁊ sortilego dogmate doctus: ⁊ rithimorum cōpositor: ⁊ propheta: idest predicēs res futuras mediantibus liberalibus disciplinis ⁊ omnium manualium ingeniorum peritiam. habenem multos amicos acquirens : non tamen fortunabitur in illis. Et quidam dicūt qđ habet labia subtilia ⁊ nasuz habet subtilē: ⁊ plus expendit in amicis q̄z lucretur Aristoteles dixit. Mercurius gracilē protendit barbam decoram raram tamen ⁊ paruam: labia moderata: nasum subtilem ⁊ rectum: perfecte sapientie studio ⁊ lectionibus insistit. Et quāuis multos acquirat amicos paucos aut nullos fideles reperit. Hec Aristoteles. Aliqui dicunt ⁊ bene qđ sunt pictores ⁊ uersificatores : Arithmetrici: ⁊ geometrici: ⁊ augures: Indagatores profundorum secretoruz secundum diuersas applicationes variantur actiones eorum propter Mercurij conuertentiaz: ⁊ sicut ipse conuertitur: ita mercuriales conuertūtur. Unde cum bonis boni sunt: ⁊ cum malis pessimi efficiuntur: ⁊ sic illorum ingenium dignoscitur: Quia ingeniuz nihil aliud est nisi ad talem ascendere speculationem qđ in ea liberales septem artes includantur ⁊ qđ a posteris vix illud assequi possit ⁊ valeat. Sed ingenium in duplici differentia reperitur:

Nam aliquod est speculatiuum aliquod vero praticum. De speculatiuo dictum est. De pratico vero eius noticia in paucis reperitur : vt sunt boni pictores: Aurifices : ⁊ omnia que manuali reguntur operatione. De isto secundo membro loquimur: quia secundum indiuiduorum pluralitatem multiplicatur : tamen apud paucos: (ut diximus) eius reperitur consistentia Ysidorus x°. ethymologiarum ait.

Ingeniosus dictus ꝙ intus vim habeat gignendi quamlibet artem. Perspicatus enim sum ꝙ possunt quinq̄z modis ingenia corrumpi pigritia : diffidentia: persuasione : lascivia : instabilitate: Ex quibus mediam instabilitatem mihi elligo : que mihi precipua est : quia laudanda est maxime quando est celer: quoniam significat discursum.

Capitulum septimum de natura Lune.

Luna hominem denotat mediocris stature ⁊ recte : Album glaucedine consparsum: modicū decorum: aspectu mollem: faciei rotunde. Dicunt etiam non nulli vnum oculū altero maiorem monstrare: ex aliquo quidem accidenti oculos semper inequales habere: ⁊ eorum sunt supercilia iuncta. Quantum vero ad animam est vagabundus cogitationibus plurimis sermonibusq̄z admixtus : Obliuiosus: pusillanimus timorosus: Secretorum diuulgator: delectationum amator: ⁊ desiderat scire sortilegia: historias: fabulas ⁊ cōmixtionis querit habundantiam. Dicunt aliqui ꝙ est homo nullius seruitij: ⁊ desiderat ire de die ⁊ de nocte: atq̄z huc ⁊ illuc discurrere : ⁊ non habet voluntatem standi in loco. Et dicunt. Si non habet oculum maiorem altero est percussus in oculis: vel infra oculos vel monoculus est: vel strabo: Et non potest esse quod pro aliqua calumnia oculis non careat. Ego puto hinc esse quod illustres Chyromantici dicunt: quando sunt vnum aut duo puncta in percussione manus ꝙ ledetur in oculo vel oculis cum aliqua re a causa primitiua scilicet: exteriori: quia ibi ē locus Lune. Nisi sit vniuersalis constellatio impediens aut consuetudo: vt tenet hypocras in libro de aere ⁊ aqua dum ait. Multotiens causa longitudinis capitum primo a mulieribus est habita. idest consuetudo : deinde vero natura consuetudinez est consecuta: quod ideo factum est: vt illi homines animosi esse atque audaces insinuarentur: consuetudo autem hec adoleuit: quia videlicet mox vt nascebatur infans illum accipiebant: Et eius caput in longitudinem aptabant : sicq̄z ligabant ingeniantes vt rotunditatem amitteret : que res eorum capita in longitudinē adduxit: q̄r vz ipsaz naturam ad hoc cogit. Postea vero longioris temporis mora : vsum in naturam cauillando inseruit: Iam nunc itaque non est causa lōgorum capitum consuetudo : sed sola natura est. Quia vero sperma ab omnibus mem-

bris corporis descendit: sanum quidem a sanis: infirmum quidé ab egris currens: et rursus quidem sic operationes fiunt vt calui caluos: varij oculos varios: strabo quoq3 generat straboné ꝛc. Igit̃ nã paretũ diuersificat mébra hominis ꝛ mores vt in primo lib. dixi. Oportet colligare omnia que dicta sunt de planetarum natura: ꝛ in primo ꝛ in secundo libro. ꝛ proportionare ad inuicem membro membrũ planetam planete: ꝛ postea pronunciare iudicium tuum. Et causa est quia in genituris concurrunt virtutes septem erraticorum cum suis proportionibus: qui faciunt magnam differentiam: ꝛ ita aggregabis omnia: ꝛ que insultat dicas. Sciendũ tamen ꝙ planete habent virtutem qualitatiuam: qua mediante vnus alteri contrariatur in virtute: vnde planete isti sunt ꝯtrarij quo ad virtutes. s. Mars Venus: Jupiter: Mercurii ꝛ lune qualitates conuertibiles sunt quare apparet iudicantem oportet vti sagacitate.

Capitulum octauum de physionomia linearum.

Peruenit ad aures nostras ꝙ quidam hebreus physionomizabat per aspectum hominis de preteritis ꝛ futuris: De diuitijs ꝛ honoribus ꝛ calamitatibus: de fortuna ꝛ infortunio genitoris: ꝛ genitricis. et alia multa: que cum maximo labor̃ quesiui ab ipso quod instrueret me negauit petitionis mee dictum. Tamen in disputationibus inueni ꝙ ignorabat physionomiam tam methaphoricam quam de membris: de planetisq3: sed per quasdam lineas: quas inde ex labore meo percepi: in illis maximam adinueni veritatem cum longa temporis experientia. ꝛ sic indagaui semitam aureã ꝛ archanum maximum: quod latitare nolo.
In primis est aspiciendum in tranquilla fronte: ꝛ ibi tres aliquando lineas reperies per lõgitudinem frontis: que important tres etates scilicet puericiam iuuentutem: ꝛ senectutem. Pueriuciam intelligo a primis annis vsq3 ad annos vigintiquinq3 Juuentutem dico a vigintiquinq3 annis vsq3 ad quinquaginta. Senectus vero erit a decem lustris vsq3 ad quindecim computatur ꝛ ad hoc vltimum vite residuum sicut inferius patebit in formationibus linearum. Ut Sic.

Tertia etas.

Secunda etas.

Prima etas:




Distinctiones vero earum etatum secundum antiquorum atq3 modernorum opinionem breuitati studens reliquo: ne lectoribus aures obtundam. Et sic damus dextram patri: sinistrã vero matri. Et in illo loco vbi sunt continue linee ibi dicimus fortunã: ꝛ precipue si sint recte: nam oblique contrarium designant: magis ꝛ minus secundum earum intensionem ꝛ remissionem: etiam tres sub duorum superiorũ vna cum sexti inferioris dominio collocantur etates.

Saturnus.

Juppiter.

Mercurius.



Prima linea Mercurialis vocatur que est primam etatem representans: quia in tali etate est tempus adiscibile in quo virtutes possunt instrui: ꝛ adisci: ꝛ est etas florida sed aliq3tulum lubrica. Secundam etatem venerationis ꝛ sapientie tempus apello vbi sunt sedes largitatis ꝛ exuberantie morum ꝛ deuotionũ que prosunt hominibus atq3 discretionũ: ꝛ actiones laudabiles: ꝛ vbi virtutes vniuntur: ꝛ vitia dilabunt̃. ꝛ vbi igeniũ fructũ idicat: ꝛ est mater honestatis: ꝙ ꝑ iouialé lineã repñsentant̃.

Tertia vero etas est tristicie atqꝫ auaricie: ca-
duca ⁊ inanis: Tamen si est fortunata indicat
agriculturam: ⁊ fabricas: ⁊ que pertinent ad
officium senectutis: ⁊ tali tertie linee subiicin-
tur que saturno attribuunt. Aliquis posset ar-
guere ꝙ est etas deuotionis: dico ꝙ senes ha-
bent deuotiones: quia illa etas est impotẽs ad
vita ⁊ luxuriam: ⁊ ideo delectantur in sacrifi-
ciis ⁊ ecclesiis. Tempus iuuentutis ẽ natura-
le ⁊ non propter conatus: vnde est magis con-
fidendũ in illis. Et sic in illo loco vbi est frac-
ta linea: ibi est infortuniuꝫ: scilicet egritudo aut
aliud detrimentum. Et si due inferiores linee
sint continue: ⁊ fecerint quasi angulum experti
sumus illos habere precipuam fortunaꝫ in di-
uitiis ⁊ honoribus: tamen pauci sunt qui tale si-
gnum habeant. item dicte due inferiores linee
scilicet sub tribus principalibus: dextra attribui-
tur saturno: sinistra lune: ⁊ etiã dextra est pa-
tris: sinistra vero matris: ⁊ sic iudica de fortu-
na ⁊ infortunio secundum presentiam linearũ
Sed cum dicte due linee coincidunt ĩ triangu-
lum: ⁊ sit vna linea transuersalis in principio
nasi: ita tamen vt non compleatur triangulus:
fortunam similiter illius competentẽ indicamꝰ
⁊ asserimus: Et vbi deficiunt linee aut obliq̃n-
tur infortuniũ attestantur. si vna linea est in me-
dio sub lineis in diametro nasi sublimem fortu-
nam ostendit: idem a ptholomeo philosopho
attestatur dum inquit. Si vna linea in longitu-
dine frontis a dextro in sinistrum viuit annos
sexaginta. Si due. septuaginta. Si tres octua-
ginta. Si quattuor. nonaginta. Et si quinque
centum. ⁊ si dicte tres linee sunt intersecate ab
aliis lineis inimicicias ⁊ persecutiões dicimꝰ
denotare. Et si dicte intersecationes fecerint
angulum: ⁊ vna linea sit maior altera taliter
ꝙ transcendat angulum ille hꝫ inimicos: sed
non nocebunt integre illi. Illud quod dicunt
auctores: ⁊ precipue illud quod dicitur ĩ quin-
to libro nostro in Chyromãtia magna de qua-
drãgulo manus significare circa amicos ⁊ ini-
micos. Ideꝫ per frontis signa attestatur. Sed
si plures linee in fronte reperiantur scias illas
linearum principalium sorores esse. Si una tã-
tum linea sit in fronte secundum situm ⁊ figu-
ram ⁊ locum de etate ⁊ secundum planete do-
minium pronosticabimur. Si nulla sit linea ni-
hil indicamus. Si oblique ad deorsum tende-
rint infortunium fore dicimus. Si oblique ad
sursum vt arcus infortunium maius fore arbi-
tramur. Si sint vene tumefacte maximaꝫ cho-
lere qualitatem indicamus. Et tu considera si-
cut in Chyromantia magna dicemus ⁊ inue-
nies aureum archanum: Et sic est finis tertij li-
bri. sequitur quartus.

¶ Prohemium Quarti Libri.

¶ Incipit liber quartus Anastasis eiusdem
Bartholomei Coclitis bononieñ. medicine
distillatoris Chyrurgici physionomi chyro-
mantici Geomãticiq3 Ad eundem. D. Ale-
xandrum Bentiuoluz. Prohemiũ.

i N Precedentibus tribus li-
bris locuti sumus de physiono
mia quantum putauimus ad
eam attinere: τ quantuz secun-
dum imbecillitatez ingenij no-
stri pro viribus inuenire potui-
mus ab antiquis varijs scriptoribus annota-
tum: Scientiamq3 huiusmodi deo adiutore nõ
parũ ampliauimus. Nunc vero intentio no-
stra est in hoc quarto libro τ in duobus alijs
sequentibus ad huius artis professorum vtili-
tatez de Chyromantia ample ad modũ τ co-
piose disserere. Quid tibi nunc dicet aliquis cũ
chyromantia: De physionomia eniz supra te
tractaturum esse pollicitus es: naz hec inter se
differre videntur. Sciant autez qui hoc mouẽt
Chyromantiam physionomie subijci: τ ab ea
quodãmodo tanq3 membrum a corpore depẽ
dere. Ut tenet in problematibus Conciliator
quem alias allegaui. Hinc est q Albertus in
libro de animalibus primo vocat chyromanti
cos physionomos: Ego dico etiam q physio
nomia non solum versatur circa homines: sed
etiam circa cetera animalia: Chyromantia au
tem solum est in hominibus: τ symijs τ simili
bus: sed in manibus tantũ. physionomia vero
ad vniuersa membra totius corporis extendi-
tur preter q3 ad manus. Stolidi sunt illi qui
existimant Chyromanticum sine physiono-
mia: τ physionomum sine chyromantia perfe
ctum esse. Unde dici potest q physionomia ẽ
firma radix: Chyromantia vero est tanq3 ra-
mus. Quemadmodum enim Chyrurgia sepa
ratur a physica: τ geometria ab astronomia pp
ter diuersum moduz considerandi circa idem
subiectum: quoniam primus considerat celuz
prout est quantitas non habendo respectuz ad
motum: secundus vero prout in tali tanto vl tã
to tempore quelibet sphera mõ in idem subiec
tum tamen altera ab altera dependet: Non se
cus dicendum erit de chyromantia τ physio
nomia: que in idez quoq3 subiectum versantur
scilicet corpus humanum. Ideo sex libros in
vnum tantum subiectum positos esse existimo
In isto igitur quarto libro introducetur disci-
pulus meus Augustinus ingenio quidem ac
fide preclarus: qui mei amantissimus ac inte
gerrimus extitit: vt in secundo libro actum est
cum diuersis enigmatibus τ quesitis: τ erit tã
q3 cõmẽtuz quinti libri: hic etiaz conuincemus
falsa principia: τ quasdam inanes multorum
opiniones refellemus: τ maxime Anthiochi
cesenatis. Ne recentiores in arte ac pene inici
antes in eius erroribus submergantur. Quoni
am homo considerans: Ut inquit Auerroys:
in prologo physicoꝝ: paruitatez vite sue ad res
pectum τ comparationez temporis sempiter-
ni debet esse audax ex necessitate: τ vt scientiaz
acquirat debet deponere propriam vitam. Cũ
mediante sciẽtia speculatiua homo felicitetur:
Et hec perfectio esse non potest nisi homo
insudet in libris philosophoruz: τ eorum dicta
recipiat: τ memorie mandet ac detineat: τ eo-
rum concordantias simul componat. Unde
acquirendo tales habitus: τ componendo im
mortalis redditur τ felicitatur. Nam ex parte
scientie immortalitatem acquirit: τ dijs ipsis si
millimus efficitur. felicitatem autẽ adipiscitur
quoniam anima sua dũ tales habitus acquirẽ
do disponit. efficitur felicior ac beatior. Quocir
ca oportet hominem: qui se viruz prestare vult
scientijs omnibus insudare. Et ex dictis auc-
torum: qui naturaliter locuti sunt libros com-
ponere. nec huiusmodi sint: vt multi sũt loqua
ces ac nebulones: qui non solũ non sciunt cõ-
ponere: sed componentium scientias ob eoruz
crassitudinem: tanquam fastidientes: minime
intelligere valent. Cum incepi me istis facul-
tatibus penitus totũ tradere. ferme omnes me
deridebant: si quid inuigilando adeptus sum
posteritas iudicabit. Imitatusq3 sum illud lau
dabile carmen. Multa tulit fecitq3 puer suda
uit τ alsit. Multum laboris: plurimũ incõmo
di lacbrimans ac sudans passus sum: vt hanc
celeberrimam scientiam penitusq3 sepultam:
ex carceribus obscurissimis in clarissimam lu
cẽ educerem. Nocuit mihi paterna radix: que
si adiumento fuisset: melius de me sperandum
erat: dicit enim Iuuenalis: τ dictum est veris-
simum τ expertum haud facile emergunt: quo

ruz virtutibus obstat res angusta domi. Me
mini me multa scripsisse:que cum dictis diuer
sorum auctorum concordarunt: quos : ita me
deus adiuuet:nunquã antea videram:τ nõ mi
hi ascribendum puto sed potius celestibus in/
fluxibus:qui ad hoc me inclinarunt. Ut est in
mea natali figura astronomica:licet aliqui ne/
gent iudicialem astrologiam:qui dum multuz
se intelligere volunt vulgo ostendere:nihil pe/
nitus intelligunt:ac se ipsos ignorant. Multũ
equidem in me valuit coniunctio mercurij τ ca
pitis draconis in quarta domo:cũ aliorum pla
netarum mixtione. Et si quis diligens volue/
rit hoc perscrutari : hic annus est mensis τ di/
es τ hora mea natalicia. Cocles eniz natus ẽ
1467. Die.xviiij.martij hora.3.noctis ad Bo
nonie meridianum .

Incipit Liber Quartus eiusdem Coclitis
per dialogum in quo disputatur de Chyromã
tia Augustino Coclite discipulo ingenioso in/
terrogante .

Questium primum Augustini discipuli ad
eundem Coclitem magistrum. De collocatio
ne planetarum.

Textus.

d E collocatione planetarũ in chy
romantia o magister mi insurgũt
mihi multe dubitationes: quas i
quodam libello cuiusdam chy/
romantis noui τ inexperti : vt arbitror:vidi.
Inquit enim.pollicis tuberculum marti dedi
co:nam is omnibus robore τ fortitudine pre/
stat:quemadmodum mars ceteris planetis ẽ
fortior .

Respõsio magistri ad Disci.

Comentũ .

f Alsum est ꝙ tuberculuz pollicis
Marti dedicetur:nec ceteris est
fortior. Ratio quoniaz vt inquit
philosophus tertio topicoruz ro/
bur existit in neruis τ ossib⁹. Cũ ergo ita sit ꝙ
digitus pollex sit compositus ex duabus iunc/
turis tãtũ nec adhereat ossi pectinis. Et ceteri
alij digiti sint ex tribus iuncturis compositi: τ
annexi τ cõtigui quattuor ossibus pectinis for
tissimis ligamentis:que ossa sunt i vola manus
sicuti videtur in anothomia:igitur i ceteris plu
ra erunt ossa τ plures nerui ꝗz i pollice: in pol
lice autem cum non continuetur imo separetur
ab osse rascette τ cũ componatur ex duab⁹ iũc
turis tantum erunt pauciora ossa τ pauciores
nerui. Arguatur igitur sic vbi pauciores sunt ner
ui τ pauciora ossa minor est fortitudo:sed i pol
lice sic est ergo in eo minor erit fortitudo ꝗz in
ceteris. Uidetur ergo debilior locus toti⁹ ma
nus. Secunda ratio in illa parte minor est for/
titudo que situatur ex obliquo ꝗz in alijs parti
bus que situantur figura diametrali recta. Sed
ita est ꝙ pollicis situs τ positio est per obliquũ
τ aliorum digitorũ situs τ positio est p rectam
figuram ergo in eis maior erit fortitudo:τ i pol
lice minor. Fundamentuz maioris propositio
nis sumitur ex quadam experientia quã vide/
mus : in mechanicis hominibus sicuti sunt
Carpentarij τ alij. Cum enim volunt pondus
aliquod magnum eleuare situant ligando cor/
das per lineam rectam τ tunc facilius eleuant
aut mouẽt. Tertio cõfirmatur. Pars illa na
turaliter videtur fortior:que laborez melius to
lerat . Et illa debilior que laborem minus to/
lerat. Sed pollex minus τ alij magis tollerãt
laborẽ ergo pollex ceteris debilior erit. assump
tum patet quare cũ labore omne mẽbrum re/
soluatur:τ suum humidũ substantificũ quod ip
suz humectat consumet:quod patet ex eo quia
calefit per laborez. Igitur quodlibet mẽbrum
quod diu fatigatur indiget restauratione sui hu
midi substantifici:quod fit mediante sanguine
transmisso ab epate per venas magnas τ par/
uas.hec autem transmissio facilius fit per ve/
nas rectas ꝗz obliquas:Sed a pollice veniũt
vene per obliquũ:ad alios vero digitos per rec
tum:ergo facilius nutrimentum datur alijs:ꝗz
pollici. Preterea illud membrum est debilius
quod citius fatigatur ceteris paribus τ debili
tatur ꝗz ceteri:ergo est debilior . Confirmatur
a signo:quia laborantes τ mechanici in feren/
do pondera:eo minus vtuntur alijs imo alijs
vtuntur τ non illo . Preterea ille digitus ẽ ali
is fortior:quo homines vtuntur in nocendo a/
lijs. Sed videmus quod digito medio suppo/
sito indici fit maxima percussio circa furculam
pectoris:τ sup alias partes corporis imo mul
ti eruũt oculos digito medio:solo autẽ pollice
non fiunt iste actiones: Igit̃ pollex alijs debi
lior ẽ τ non fortior. Uel dicemus vt dicit phũs
12. de aĩalibus. Uigor pollicis ẽ equalis quat
tuor digitoꝝ. τ hoc q° ad seruitiũ ipsoꝝ:quoniã

pollex digitis oib⁹ famulat͛. Meli⁹ ergo esset dicēdū q̄ si ex fortitudīe loci mars collocatur magis ꝯgrue collocaret͛ in pricipio mēsalis q̄ est cōtigua mōti auricularis nā clausis digitis fit percussio vhemētissima: licet ꝑpter istud nō attribuat͛ marti ergo ex fortitudine percussiōis nō debet locus attribui marti: ex pte uero similitudinis vbi dicit martē ceteris planetis fortiorē: falsa ē talis similitudo: qm̄ q̄ ab alio planeta fortitudinez recipit nō ē ceteris fortior: sꝫ mars a sole r͛cipit fortitudinē ergo nō ē ceteris fortior q̄.n. fortitudinē recipiat pꝫ qm̄ aliā viz hꝫ qn̄ ē a sole occiduus: ⁊ aliā qn̄ matutine orit͛: quēadmodū ceteri hn̄t: vn̄ si ex pte fortitudinis pollicis tuberculū alicui planetaꝝ tribuēduz esset soli ⁊ nō marti dādū esset ex quo oēs viz: virtutēqꝫ ac lumen a sole recipiūt quo mediāte agunt in istis inferioribus.

¶ Secūdū quesitum Augustini discip. ad eūdem Coclitem magistrum.

¶ Textus

a — Ctiones etiam Marti subiecte quemadmodū sunt ille que ferro ⁊ vi fiūt p hūc potissime digitum exercent: est.n. toti⁹ manus arx.

Scda Respōsio magri ad eundem. Dis.

Cōmentum.

d — Jco q̄ hoc q̄sitū ondit auctorez illū nec esse Chyromāticū nec astronomū: nullus.n. chyromāticus iudicat vnico mediāte signo: sicuti nec p mōtem vnū nec p lineā vnā sꝫ attēta ꝯtraopātia ⁊ ꝑportiōe multoꝝ ad iuicez: cōsiderādo q̄ efficatius sit. Et ita faciūt astronomi Geomātici ⁊ physionimi. Oēs.n. isti cōsiderāt in geniturs septez erraticos planetas ⁊ 12. signa cū suis ꝑportiōib⁹ amicicie ⁊ inimicicie seu i magisterijs seu i religs. Jnqt.n. Albubater i cap° de magisterio nati. Qn̄ mars ⁊ saturnus i aliquo anguloꝝ maxie i medio celi ac i signo igneo fuerit natus erit faber. ⁊ si sol aspexerit enses: ⁊ loricas ac lāceaꝝ ferra fabricabit. Si iupiter eo aspexerit natus erit faber speculoꝝ ⁊c. Si ergo tuū dictū est verū talis mōs attribuit͛ chyrurgicis restauratoribus fracture ⁊ dislocationis ossiuz: ⁊ tn̄ suū magisteriū non reqrit fortitudinez: sꝫ poti⁹ idiget igenio. Et cū hoc etiā isti icendūt canterizāt cōburūt ⁊ icidēdo extrahūt testiculos ⁊c. Jnqt Albubater in capitulo de medicis chyrurgicis. Qn̄ mars ⁊ Venus iuncti fuerit: ⁊ se aliquo aspectu aspexerit aut q̄ sint recedentes talis natus erit medicus. Et qn̄ mars ⁊ mercurius i domo veneris fuerit aut vnus illoꝝ natus talis erit medicus ⁊ nigromāticus ac expimentis suis hoies decipiet. Et ait Almāsor i suis ꝑpositiōibus. Perfectus medicus erit cui mars ⁊ venus fuerit i sexta: pro te ⁊ corroboratiōe dicti tui occurrit fortis rō. Cū ita sit q̄ mars sit cā homicidij ⁊ iterfectiōis: ⁊ cū tali digito. s. pollice iterficiātur: pulices: pediculi: ⁊ lendes. Jgit͛ ꝯuenienter huic digito pollici iterfectori debite attribuitur Mars.

¶ Quesitum tertiū Augustini discip. ad eundem Coclitem magrm. Disci.

¶ Textus.

i — N hoc.n. tuberculo Chyromātici obseruauere: si qui igne comburendi ustulādiue sint: vel alias quā uis actiōem p ignem effecturi que oia martis naturā sapiunt.

¶ Tertia respōsio magri ad eundem Dis.

Cōmentum.

d — Jximus supra q̄ boni chyromātici nō debent iudicare p vnā simplicē lineā: nec etiā boni euentus aut mali ipsius nati attribuuntur vni soli planete. Albubater i cap° de cōbustiōe nati igt. Qn̄ luna septime dn̄a fuerit: ⁊ mars ac sol ipsam ex septima ⁊ decima domo aspexerit natus cōburet͛ ergo simpliciter nō est verum.

¶ Quesitū quartū Augustini discip. ad eūdez Coclitem magrm. Disci.

¶ Textus.

m — Ars isup ipsi supponit͛ soli orbe ꝯtiguo hic linee vite cōiūgit͛ q̄ soli vite data est.

¶ Quarta responsio magri ad eūdem Disci.

Cōmentum.

q — Uod sol sit dator vite duob⁹ modis itelligit͛: vno mō qꝛ gubernat fetū i utero a primis mēsib⁹ vsqꝫ ad ptū vl'r ex quo vl'r oib⁹ plitis ⁊ stellis lumen ifluit. Alio mō qꝛ est hylec nati: quōcūqꝫ itelligas ex pte situs falsissimū ē. dicit͛.n. sol q̄si solus i opatiōib⁹: qꝛ astronomi regulāt se ad iueniēdū motū alioꝝ plāetaꝝ erraticoꝝ p motū solis. Et etiā dicūt aliq astronomi

z philosophi: qđ omnes alij planete recipiũt lu
men z virtutez a sole. et iõ balyãberazel ap-
pellat ipsũ cãdlã mũdi: alij lucez mũdi: alij lu
cernã totius orbis: Et de⁹ sublimis z creator
oĩum situauit ip̃z solez imedio alioꝝ planeta-
ruz sicut cor in medio toti⁹ corporis hominis
vt melius z equali⁹ influat virtutem suã alijs
membris. Et ita sol in medio existit: vt distri-
buat diuersas ꝓprietates alijs plãetis lumine
mediãte Si tu intelligis primo modo cõtra.
Inquit albert⁹ in libro đ secretis mulierum.
Ab vltimo.n. orbe q motu diurno omnes sphe
ras inferiores rapit: influunt materie principa
liter: z radicaliter virtutes essendi z mouendi:
z ab orbe stellaꝝ fixaꝝ fetus recipit virtutem:
ac distinguit in esse ƀm diuersas figurationes:
z accidentia: z illud cõuenit ei in ꝙtũ forma:
Sed etiã ↄtrabit virtutẽ ab hoc orbe q̃ dat esse
z ƀm diuersas naturas hui⁹ orbis post spherã
stellatã ponit sphera Saturni ƀz astronomos:
z ab illa iflũũt anime virtutes discernendi z ra
tiocinandi: z post est sphera Jouis : z ab illa
influit anime magnanimitas zc. Et magis in
ferius ingt Nũc vero ex parte corporis cõsi-
militer notãdũ est. Et primo de creatione vel
formatiõe corporis: quod ex embrione creatur
z formať p effectus z operatiões stellaꝝ: que
planete dicũt. Planeta autem dicit a planos
.i. q̃si error eo ꝙ a cursu suo aberrãt z ad inicẽ
i motibus z effectib⁹. Primo.n. materia em-
brionis vel hoĩs generãdi ↄpressa z coagulata
p frigiditatez: z siccitatẽ saturni dispõit: z huic
.s. materie a ioue virt⁹ ifluit vegetatiua: z mot⁹
nãlis ascribit. Et tũc patebit in tali mã opatio
aliq̃liter debita. Et iõ medici dicũt qđ post lap
sum spmatis in matrice: qđ primus mensis in
generatiõe z tẽporis successiõe secũdũ exigẽtiã
nature ac seminis saturno ascribit .s. primus
mensis ↄceptiõis. Scđus v̂o mensis ioui. ter
tius mensis marti. Quartus soli: quintus vene
ri. Sextus mercurio. Septimus lune. Octauus
iterũ saturno: z nonus ioui. Et hinc est ꝙ astro
nomi z phi: z p̃cipue Alexãder ꝓblemate.i63
Ingt ꝙ q nascit mense octauo nõ viuit: q̃ sa
turnus sua frigiditate ↄstringit z ↄprimit ↄp̃hẽ
siõe forti: z iõ interficit fetũ. Et idẽ testať ptho
lemeus z balyãberagel. Et iõ si tu diceres: qđ
sol sit dator vite. scđo mõ q̃.s. sit hilec. hoc vide
tur esse ↄtrariũ astronomis. Nã phtolomeus z
Almãsor in suo centiloquio dicũt. Vita oĩum
animãtiũ est ƀz gradũ solis z lune: z hoc ab al
tissimo datũ ƀm Astaphã. Itẽ inquit albuba-
ter. Et scias ꝙ sapientes extrahũt hylegia ex
quinq; locis. primo a sole. scđo a luna. tertio a
gradu ascẽdentis. 4° a p̃te fortune. 5° a gradu
ↄiũctiõis: vel p̃uentiõis natiuitatẽ p̃cedentis.
Cũ ergo natiuitas diurna fuerit a sole: noctur-
na a luna zc. Sicut ante diximus non simplici
ter vni planete attribuendũ est. Manifeste.n.
z apte vides qđ ↄcurrũt eximie differentie ƀm
diuersa tẽpora: z horas z ita de lineis itelligen
dũ. Et p hec appet ꝙ sol solus nõ ẽ dator vite

Questitum quintuz Augustini discipuli ad
eundem Coclitem magistrum. Di.

Textus.

d Cprehensum est: qđ illi q mar-
tẽ geniture dominatorẽ habent:
quasdã in hoc tuberculo exp̃ssas
z cauatas lineas gerunt.

Quinta Respõsio magistri ad eũdẽ Disci.

Cõmentũ.

c Vm sit qđ ↄsiderãdo dicta aliq°
rũ antiquoꝝ z modernoꝝ in theo
rica z pratica nõ repiant q dicãt
ꝙ illi q habẽt martẽ dominatorẽ
i sua genitura. habeãt lineã talẽ qualẽ dicis es
se i tuberculo pollicis: Iõ tuũ assumptũ nego:
et ifra in alio loco mẽtionẽ faciemus đ martis
collocatione ƀm verã z rectã opinionem.

Sextũ q̃sitũ Augustini Disci. ad eundem
Coclitem Magistrum.

Textus.

n On igit in infima cauea est fortis
simus mauors collocãdus : sed
mercurius: nã minimulus digitus
minime ei ↄgruit: sed veneri poti
us cũ eo i loco chyromãtici quot vxores q̃ cuz
mulieribus fortuna sit habenda ispiciãt. Nul
lus.n. in tota palma debilior aut effeminatior
locus est q veneri magis cõueniat.

Sexta Respõsio magr̃i ad eundem Di.

Cõmentum.

c Oncedit qđ minimus tubercu-
culus est locus effeminatus: nec
tñ ex hoc seqť qđ sit locus vene-
ris. Optimus .n. chyromãticus
theoricus z praticus rõnalis nõ dz simpliciter
exprimere aliquẽ cõceptũ: nec de cõsorte: nec đ

ↄcubitũ ꝑꝑ lineas existentes in aliquo vno sim
plici mõte sine eminentia illaꝝ lineaꝝ: colore:
aut situ aut forma lenitate aut rigiditate antedi
cti tuberculi: ⁊ sine cõuenientia ⁊ ꝓportiõe mõ
tis pollicis: Itẽ simile indiciũ de cõsorte expli
cat' ꝑ montẽ veneris. i. pollicis similẽ mõti mi
nimi. Inqt Albertus ⁊ ↄciliator. Si mõs pol
licis sit decenter mundus ⁊ lenis bene colora
tus bonã ↄplexionẽ ostendit: ⁊ hoiem diligen-
tem mulieres ac pulchra indumenta. Et dicũt
qdã qꝺ si q̃dã linee extense fuerit a radice pol
licis ꝑ montem ipsius tot amicos ostendit: in
manu vero mulieris tot ↄcubinos. Et si iste li-
nee extense ⁊ pulchre: cum istis mulieribus vl'
viris significant copulationẽ. Et si q̃dã stella
reperiatur vel quid simile risum ⁊ leticiã notat
⁊ intentio cõcubitus ꝑꝑ qꝺ vilipensio accidit
Et ego dico ꝙ aliqui moderni senserunt ⁊ be-
ne: quod quãdo iste mons est eleuatus ⁊ bene
fortunatus: significantur musici ⁊ phylocapti
quod multotiens probaui ⁊ inueni veritatem.
Item inquit Albertus ⁊ ↄciliator. Si quedã
linea notabilis multũ rubra ⁊ scindens fortiter
digitum pollicis ↄcubitũ cũ cõsanguineis ostẽ
dit. Et aiunt in capitulo ꝺ digito pollicis. Si
quedã linee existentes infra primã ⁊ vltimam
iuncturã huius digiti parentelaꝫ magnã ⁊ par
uam secũdũ multitudinem ⁊ bonitatem lineaꝝ
Et si i dorso pollicis iuxta ungueꝫ fuerit stella
erit luxurios⁹ valde. ⁊ si talis figura ✕ ma
trem aut sororem corrũpet: ⁊ multe alie rõnes
possent adduci: que breuitatis cã omittunt': ad
iudicandũ ꝙ iste locus sit intensissime effemi-
natus: sicuti de linea sorore linee vite: q̃ demõ
strat luxuriam nephãdissimam: ⁊ puerileꝫ con
cubitum. et in isto monte ostendunt' cynedi ⁊
illi q pollutionem propriis manibus patiunt'.
et illi q dicunt' pati alluminati. Isti enim sunt
homines: qui non possunt actiue cohire nisi pa
tiunt'. et propria causa allegat' ab Auicenna in
capitulo proprio libro 3°. Ut dictũ est in prio
libro physionomie. Consideratis antiquis ⁊
modernis chyromanticis oẽs conueniunt in
vnum: quod ista attribuenda sunt loco veneris
Et etiam i digito paruo collocant mercurium:
Iz locus antedictus sit aliqualiter effemina-
tus. Causa hec est: qz vt dicunt poete mercuri
us est nuncius deorꝫ. et astronomi dicunt qꝺ
mercurius est scriba planetarũ ⁊ ↄuertibil': ⁊ di
cit Albertus magnus in de secretis mulieruꝫ:
quod mercurius agit i fetu virtuteꝫ gaudendi:
⁊ delectandi. et quidam ↄmentator super libro
ipsius Alberti inquit. Mercurius quasi mer-
catorum kyrios idest dominus: sicut eniꝫ mer
cator dicit' esse gaudiosus ⁊ affabilis sic ⁊ ille
planeta est beniuolus: gaudium ⁊ delectationẽ
infundens dicit Isidorus. viij. ethymologia-
rum capitulo vndecimo. mercurius sermo in-
terpretatur. Nam ideo mercurius quasi medi
us currens dicitur appellatus ꝙ sermo currat
inter homines medius. Ideo ⁊ hermes grece
ꝙ sermo vel iterpretatio: que ad sermonẽ vtiqꝫ
pertinet hermenia dicitur. Ideo ⁊ mercibus
preesse: quia inter vendentes ⁊ ementes sermo
fit medius. Aliqui dicunt mercurium esse her
maphroditum: Nam cum bono planeta exi-
stens eum bonum facit: ⁊ cum malo malum.
Cum sit conuertibilis ad vtrunqꝫ sexum. Iõ
dicitur etiam planeta neuter. Unde mercurius
habet congruum locum in minimo monte: ⁊
ipse ostendit rem esse: ⁊ nedum inclinat ymmo
incitat. Inquit Albertus ⁊ conciliator. Si in
digito minimo reperiantur linee pulchre ⁊ cla
re: erunt loquaces ⁊ musicalia scientes: picto-
res ⁊ sermocinatores: ingeniosi arismetrici: geo
metrici augures: rectores optimi. et valde cupi
unt laudem ⁊ memoriam suorum laborum fac
tores ⁊ speculatores profundoꝝ secretorũ: Et
quid habeant tales in corde nullus põt cogno
scere. et tales lineas ego vidi in pluribus secre
tariis: ⁊ scribis pricipum cum proportione mõ
tis anularis. Linea cordis ⁊ media naturalis
si habet montem iouis optimum facit excelsos
platonicos. ⁊ peripateticos ⁊ famosos philoso
phos: quando habent talem proportionem: ⁊
talia lineamenta. ⁊ similiter istud idem reperi-
tur in multis scolaribus artistis. Legiste vero
habent montem iouis cum minori proportio-
ne quoniam indigent sola memoria ad allegã-
dum paragraphos solummodo. Cum autem
viderim paucissimos homines habere triangu
lum secundum tuam extraneam sententiam o
Antioche pauci reperirentur homines inge-
niosi: quod falsissimum est sicut experientia
docet que contraria est tue false ac oblique chy
romantie.

¶ Quesituꝫ septimū Augustini discip. ad eun
dem Coclitem magr̄m. Disci.

¶ Textus.

Um sensu diiudicet̄ mons pol/
c licis maioꝛ ceteris : ꝛ locus ille
magis musculosus ceteris locis
repertis in manu: ꝛ mechanici sē
per eo vtantur in suis operibus: his duabus d̄
causis recte iudicatur fortioꝛ ceteris monti/
bus.

¶ Septima respōsio magr̄i ad eundem Dis.
Cōmentum.

Eritas est quod quāto membꝝ
u est maius in eo necessario muscu
li sunt maiores. Quoniā muscu/
lus nō est aliud q̄ꝫ locus carno/
sus in quo contexuntur villi neruei in princi/
pio cuius musculi nerui cōtexuntur: ꝛ iniiciunt
cordas ꝛ rō est. Rasys in primo ad Alman/
soꝛem inq̄t. Neruus eniꝫ si pergrādi membro
coniungeret̄ vel nullo modo vel debiliter ipsuꝫ
neruus anteq̄ꝫ ad membrum perueniat: quod
per ipsum moueri debeat diuidit̄. Et subtiles
ꝛ minime partes carnis ꝛ ligamēti i ipsis diui
sionibus cōtexunt̄: ꝛ q̄d ex toto ꝓuenit muscu
lus vocat̄. Et in secūdo capitulo de rascetta in
q̄t. Rascette quoqꝫ ossa q̄ sunt octo ꝛ ossa pec/
tinis q̄ sunt quattuoꝛ : ꝛ quattuoꝛdecim q̄ sunt
digitoꝛum quinqꝫ. Os autē pollicis primum
superioꝛibus furculis extremitati cōtinuat̄ i lo
co iuncture ample ꝛ laxe. Quod ideo factum ē
quia magno indiguit motu: vt reliquis quattu/
oꝛ digitis coniungi posset. Igitur fuit necessa/
rium quod ibi esset magnus musculus: duab⁹
de causis: vna vt seruiat magno membro vt di
xi: quale mēbrum est pollex. Alia de causa vt
bene coniungeret̄ aliis quattuoꝛ digitis: ꝛ eos
substentaret. Quoniam si non fuisset magnus:
aut fuisset frustratorie factū aut leuiter fractum
vel dislocatum in sui officio ad quod ē oꝛdina
tum a natura. Ideo aliqui philosophi: ꝛ chy/
romantici appellant ipsum digitū pollicē cla/
uem digitoꝝ. Causa ē quoniā ipse seruit aliis
ꝛ circūuoluitur secūdum omnem positionem a
dextris ꝛ sinistris superius ꝛ inferius: vt coope
riat ꝛ iuuet ad capiendum in omni opportuni/
tate tam res magnas: q̄ꝫ paruas. Ideo natu/
ra regitiua coꝛpoꝛis fecit ipsum tā magnū secū
dum os quam secundum musculum: cum ma
gna distantia inter ipsum ꝛ indicem vt melius
possit dilatari ꝛ constringi. Nā si aliter esset ꝛ
aliam haberet figuram fuisset inconuenienter
factum ad finē cōsequendū. Ait etiam Antio
chus capitulo tertio quod quattuoꝛ elementis
respōdere dicūtur quattuoꝛ digiti: Index igni
medius aeri: medicus aque: auricularis vero
terre. Pollicem vero cui attribuet: nisi celo seu
essentie quinte attribuat. Nō nulli vero opinio
nem Alchindi profitentes. Pollicē Saturno
adhibent. Ioui indicem. Impudicū seu infa
mem vel medium Marti. medicum soli: auri
cularem veneri. Trigonuꝫ mercurio. Percus
sionē lune. Ab hoc quidem saturno pollex at/
tributus est: q2 ipse inter ceteros digitos tardis
simus est motu quemadmodum Saturnus in
suo cursu ꝛ operationibus. Et etiā propter si/
tum eidem saturno ab eo attributus est q2 ipse
pollex in manu tanq̄ꝫ superioꝛ existit in oꝛdine
Impudicum vero marti dedicarūt Cum ꝛ
mars impudicicie ac infortunii pater existat.
Quoniam per lineas in hoc digito īfortunia iu
dicantur: vt p lineam precipue capitalem: que
vulnera capitis demonstrat. Predicte autem
opinioni contradicit̄ nam si quis stellarū posi/
turas vniuscuiusqꝫ genesis pernotauerit tales
manus tuberculos insigniores lineas obtine/
re conspiciet. quales planetas i horoscopo aut
celi medio aut alibi foꝛtiores obtinuerint. Cui
obseruationi permaxime antiqua experientia
ac moderna consonare ad amusim in dies vi/
sa est. In hoc loco videtur mihi respondendū
false opinioni quorundam: qui dixerunt lineas
in manibus fieri per constrictionem eius in pu
gnum: Quod q̄ꝫtum veritati inimicum sit pa/
tet: nam in omnibus si sic linee orirentur simi
les essent. Sed cum in omnibus maxima sit
dissimilitudo ideo linee tales pp constrictionē
manus causari non possunt sed diuersimode a
natura generantur. Et ad confirmationem hu
ius rei videmus etiam in pedibus quasdā ap
parentes lineas qui pedes minime constrin
gi possunt: nec in eis illam quam dicunt ner
uorum crispationem fieri potest.

¶ Octauū Quesitū Augustini discip. ad eūdē
Coclitem magr̄m. Disci.

¶ Textus.

Aliqui chyromantici dicunt ⁊ p
a suadent vt in manu sinistra inspi
ciatur: ibiq; aiunt geniti horosco
pum inueniri suis argumentatio
nibus. Hoc quoq; aiunt: si formam inuenies:
vt est maleus ille talis erit faber ingeniosus.

¶ Octaua responsio magri ad eũdem Disci.

Cõmentum.

Riuola ⁊ inanis ratio est vt ho
f roscopos natoruz considerar̃ seu
cognoscer̃ velis: In qua re astro
nomi multũ laborãt supputãdo
numeros vt graduum diuersitates inueniant.
Omne enim signum in se continet triginta gra
dus: preterea omne signum in tres diuiditur
facies: ⁊ quelibet facies decem habet gradus:
Quelibet etiam facies suum habet dominato
rem vt apparet apud alchinduz libro de signo
rum faciebus: ⁊ Ptholomeus ⁊ haly ⁊ alij.
Ut puta mihi decimus tertius scorpionis gra
dus ascendit: eius dominator est sol in forma
corporali: ⁊ mihi producit varios effectus a do
minio prime faciei: ita in oĩbus sicut in corpo
ralibus habitudinibus: impossibile est chyro
manticiuz posse diuisibiliter comprehendere
ergo falsissimum ⁊ erroneum est: ⁊ hoc dico de
qualitatibus signorum per physionomiam: vt
putant aliqui. Cum dicis eos q maleum ha
beat ⁊c. dicunt ꝙ fabri ⁊ etiam hij qui ferra
mentum equorum asinorum mulorum ⁊ etiaz
boum pro eorum pedibus conficiunt: ⁊ etiam
carpentarij maleo vtuntur: etiam librarij ⁊ qui
calceos suunt ⁊ multi alij mechanici homines
eodem maleo vtuntur: peto te qua via omnia
supra notata discernes: quod cum impossibile
sit: ideo falsissimum est

Quesitũ nonum Augustini Discip. ad eun
dem Coclitem magrm.

¶ Textus.

Antiochus posuit lineam: quam
a ipse appellat cingulum veneris
⁊ viam combustam ⁊ viam lacte
am: Scire cupio quomodo de ip
Si aũt figura.a.fuerit in loco mercurij erit iqsitor diuꝫ occultoꝝ.Iñ impedimẽtũ habebit:⁊ a se ip̃o sibi nocumẽta euenient.Erit grauis lingue:⁊ pessim⁹ in aio. Inuidẽt ei hoies:⁊ loq̃nt̃ sup eũ:operã ei iponent quã nõ fecit.Si aũt figura.b.erit negociator fidelis hñs multã substãtiaꝫ. Eritqꝫ forte positus.s̃.gentes.Si aũt figura.c.erit negligẽs ludũ amabit:⁊ lucrũ ex furto:oibus malis modis ꝓcedens.⁊ scriptor:doctorqꝫ linguaꝝ incognitaꝝ ⁊ libroꝝ.Expositor sniarũ:falsasqꝫ cartas vel artes ɔpones diuersoqꝫ suo ingenio excellenter.Si aũt figura.d.erit sapiens operator boni:doctor scientiarũ: astronomus dilectus a parentib⁹.⁊ si ꝑdicte linee sine fine fuerint turpes:⁊ male colorate erit paup:⁊ i iuuẽtute mala opera agens:sꝫ post mediũ vite multis diuitijs habũdabit:dolorẽ stomachi ⁊ aliaꝝ partiũ patiet̃ ⁊ grauabit̃ .⁊ quorũcũqꝫ dmonioꝝ opa exercẽtib⁹ participabit.Si aũt fuerit:figura.e. erit ɔiunctus religiosis.⁊ faciet opera mulieꝝ. edificia:pecuniã picturas varias diliget ⁊ mulierũ ornamẽta. Si aũt in quadrãgulo figura. f.fuerit finali snia pitus ac totius erit philosophie excellens indagator. Si aũt figura.g.erit bone vite:itelligẽtie magne:paruas puellas similes pigmeis amabit:amabit ẽt mulieres paruas mamillas ac strictas vuluas habẽtes. Si aũt aliqua istaꝝ figuraꝝ subscriptaꝝ fuerit i loco mercurij:erit grauis loquele:suspitiõe omni plenus:sapientibus ⁊ religiosis cõmiscet̃.

Signa Mercurij.




Capitulum decimum de luna.

De luna sunt qcũqꝫ habẽt in quadrangulo man⁹ hoc signũ ✕ bene dispositũ in prima etate erit egen⁹ : in ꝫa vo etate diues erit vltra modũ:ita ꝙ oẽs admirabũt̃. Sed reuersus in senectute ad vel de quo ipse venit reuertet̃ ɔsimilis isti planete crescẽdo ⁊ decrescẽdo. Nõ opꝫ talẽ vxorẽ ducere: sed alicui principi vel ꝑlato se ɔiungere sic ditabit̃.⁊ pacificã vitã:⁊ getã diliget.⁊ peroptabit sibi societatem facere.

Quid diuine lr̃e significent in loco lune.

Si aũt figura.a.in loco lũe fuerit infirmitatẽ eius:ac substãtie sue matris in vita sua significat destructiõeꝫ.si aũt figura.b.erit fortunatus ⁊ ɔmixtus religiosis: si aũt figura.c.erit nobilis subtilis scriptor ꝓfundaꝝ sciaꝝ:audax in opib⁹ malis ꝑgens in occultis sui corporis malũ patiet̃:⁊ substãtie multũ ɔuastator erit i sua vita:morte repẽtia finiet̃: ⁊ ifirmitate lõga vexabit̃.si ãt figura.d.itromittet se de multis magisterijs.Dolores stomachi ex parte:⁊ ex pte oculoꝝ vltra moduꝫ patiet̃. si aũt figura.e.erit luxria turpi iuolutus.paruã stabilitatẽ in oibus hñs.si aũt figura.f.erit peregrinus munera querens:fidelis ⁊ bone volũtatis.Si autẽ fuerit femina erit nobilis seu magna:⁊ ab eis bonũ recipiet:sana erit ⁊ bene tẽperata.Sed si ꝑdicte figure nõ fuerint pulchre diuersis egritudinib⁹ grauabit̃. Si aũt aliqua istarum figuraruꝫ subscriptarũ reperiat̃ in loco lune erit ꝑcussus egritudine ventositatis vel renum vel tussis.



Capitulum.xi.⁊ est additio eiusdem coclitis:vbi ponitur enigma de diuinis litteris.

De diuinis lr̃is aliq̃ arguũt:qꝛ si essent diuine lr̃e ad oẽs natiões correspõderẽt.Cũ sit ꝙ alia ẽ forma lr̃e hebreorũ alia ẽ forma lr̃e caldeoꝝ grecorũqꝫ:⁊apud nos illa forma ẽ sicut nr̃e lr̃e:ergo ñ vr̃ posse correspõdere oib⁹ natioib⁹:rñdeo iste q̃s nos appellamus diuinas lr̃as apud alias natiões sĩ ca-

racteres: ⁊ ille q̄ apꝺ nos ſꝫ caracteres ſꝫ apꝺ hebreos aut caldeos lr̄e: ⁊ nō ſimpl'r diuerſificāt: ⁊ methaphorice ſꝫ diuine lr̄e: ſ̄m diuerſas intētiōes: ⁊ ſ̄ꝫ diuerſa apꝺ ſenſuꝫ diuerſimode noiant: ⁊ ſic ē finis ꝑtie chyromātie ꝯcilatoris: ⁊ additionū coclitis in ea ꝑte.

¶ Incipit ſ̄a ꝑs qnti libri chyromātie ꝯciliatoris in q̄ habēt̄ iudicia plurima penes oēs lineas man⁹: ⁊ ē capl'm primū: ⁊ ponent̄ etiam alique additiones eiuſdem coclitis.

¶ Capitulum prime ſecunde partis.

i N primis qdē diximꝰ tres eſſe ꝑtes principales manꝰ. Poſuimꝰ ēt q̄ttuor lineas gn̄ales ⁊ naturales ⁊ eaꝝ noia vniuerſali ſermōe. Nūc aūt in ſpeciali ꝺ ipſis ⁊ eaꝝ ſignificatiōibꝰ diſtincte dicemꝰ: ⁊ pº ꝺ illa ꝑte q̄ raſcetta manꝰ vocat̄: ꝺ q̄ nō nulli p̄ter: q̄drāgulū ab aliꝭ ꝑtibꝰ manꝰ ip̄ꝫ diſtinguēdo aliqd dixerūt. poſt eā ꝺ reliqs dicemus ꝑtibꝰ.

Capl'ꝫ ſ̄ꝫ ſ̄e ꝑtis: vbi ponit̄ ꝺ raſcetta manus.

r Aſcetta manꝰ ꝺr̄ illud ſpaciū qꝺ eſt inter duas lineas vnā. ſ. exiſtenteꝫ ex ꝑte brachij ⁊ alterā ex ꝑte manꝰ. Si illud ſpaciū ſit puꝝ bene coloratū ſignificat bonā cōplexiōeꝫ ⁊c. Si eꝫ ꝯ̄rio mō ſignificat. Iteꝫ ſi linea q̄ eſt ex ꝑte manꝰ fuerit cōtinua decenter recta ⁊ bn̄ colorata tendens ad ſupius: ſi ſit diues ſemꝑ erit. ⁊ ſi pauꝑ ſit ⁊ infortunatus emēdabit̄ eius fortuna. Et ſpecialiter quādo predicta linea ſ̄ꝫ ramos rectos nō iciſos: ⁊ ab illa linea q̄ ē ex parte brachij oriat̄ q̄dā linea recta ꝯtinua bn̄ colorata: ⁊ extēdat̄ vſqꝫ ad mediam naturalē. In principio ꝯpetētē vitā ſignificat i fine v̄o meliorē: ⁊ ſi hec linea oriat̄ a radice brachij ⁊ extendat̄ uſqꝫ ad radicē primā medici a latere auricularis ꝓſperitatē oſ̄dit. Et ſi hec linea nō tāgit digitū medici denotat ꝙ vxoribus vel amaſijs copulabit̄: ⁊ ſi ſuꝑ radicē brachij i raſcetta fuerint q̄ttuor linee ſcindētes brachiuꝫ ꝑ trāſuerſuꝫ ⁊ ſint ꝯtinue ⁊ ꝯiuncte bn̄ hoc mō honorē ⁊ ſtatū ſignificāt ex morte alterꝰ. Et ſi in radice brachij ꝓpe mōtē pollicis iuxta lineā vite reperiāt̄ tres vel plures ſtelle: accuſatiōes ⁊ diffamatiōes ꝑ mulierē oſ̄dūt multū eū conabūt̄ mulieres aggrauare: final'r tam̄ euadet ab eaꝝ malitia. ⁊ ſi q̄dā linea a medio brachij deſcēdat ꝑ raſcettā manꝰ: talis nō habebit fideles amicos: Licet fidelis ſit: humilis ſapiēs amabilis valde: ⁊ morigeratꝰ ⁊ dilectus i collogijs amicoꝝ. Ideo nō ꝯfidat i amico: nec alicui aſſociet̄: ſed ꝑ ſe ipſum negociet̄. Et ſi p̄dcā linea oriat̄ deſuꝑ a radice brachij: ⁊ ſit tortuoſa ⁊ male diſpoſita: talis libertate priuabit̄: ⁊ ad ſ̄uitutē rediget̄: ⁊ fortaſſe ꝯdēnabit̄. Iteꝫ ſi q̄dā linee veniāt a raſcetta deſuꝑ: ⁊ aſcendāt ꝑ mōteꝫ pollicis: ⁊ tales linee ſint diſꝑſe ⁊ tendāt i pollicē digitū i vltia ꝑte ſui: a ꝯſanguineis vel ꝓpinqs deꝑdabit̄: vel capiet̄: ⁊ exul forte vendet̄: ⁊ ſi q̄dā linea diſcurrat a brachio ꝑ raſcetā i finē mōtis pollicis: vel in finē linee vite vel iuxta eā nobilitatē ai ſignificat. Et ſi q̄dam linea ꝯtinua bene colorata deſcēdat a brachio i pollicē: ꝓducet ad finē leuiter quecūqꝫ icepit. Et ſi hec linea ſit iciſa vl' diſꝑſa ꝯ̄riū ſignificat. Itē ſi q̄dā linee oriāt̄ a brachio ⁊ veniāt ꝑ raſcettā ad manū: ⁊ imedietate ipſaꝝ ſint iciſe vl' diſcōtinue: ⁊ i extremitate eaꝝ ſint ꝯiūcte hoieꝫ ſeneſcētē ⁊ morētē i p̄ria ⁊ i domo ꝓpria oſ̄dit. ⁊ ſi tales linee ad iuicē ſe reſpexerit: q̄ꝫto maior diſtātia fuerit iter eas tāto maiori tꝑe i locis extraneis talis morabitur ⁊ ſi quedaꝫ linee a medio radicis brachij per raſcetam tranſierit: non morabitur talis i vno loco: ſed vitā hēbit viatoris ⁊ ſ̄ui. Si v̄o talis linea tāgat lineaꝫ vite vel mediā nālez erūt mutatiōes i lucro. ſi nō tāgit aliquā iſtaꝝ erūt ſine lucro. ⁊ ſi hec linea vadit ꝑ mōtē manus ſignificat nauigatiōes ⁊ itinera maris ⁊ i aqs i vno loco ꝯſumet vitā ſuā. ⁊ ſi q̄dā linea veniat a brachio: ⁊ vadat ad idicē: ad lōgā ꝑegrinationē mittet̄. Et ſi talis linea vadat ad digitū anularē v̄ſus auricularē bonū vētuꝝ ex i ꝓuiſo denotat. Et ſi ſint q̄dā linee parue ⁊ curue i radice brachij reſpicientes ꝺ foris: quot linee fuerint: tot breues ꝑegrinatiōes oſ̄dūt. Et ſi q̄dā linea orit̄ a radice brachij: ⁊ trāſit ꝑ raſcettā ⁊ pectꝰ manꝰ ad auriculareꝫ ſignificat liberꝝ ⁊ ſ̄uū fugitiuū. ⁊ ſi pl'res tales linee fuerit vt. ſ. ibi plures fugiet. Et ſi talis linea ſit magis lata ꝓfūda ⁊ rubea ſignificat furibūdū ⁊ ſpecial'r ſeruū. Et ſi ſit ꝑua ⁊ ſubtilis ſignificat vigilē. Iteꝫ ſi talis linea nō extēdat̄ ad auriculareꝫ ſꝫ ꝓpe ſuſurratiōeꝫ ⁊ murmuratiōem ſignificat. Itē ſi q̄dā linea orit̄ a ꝯcauo manꝰ iuxta lineā vite: ⁊ habuerit ramū vel pūctū tendēteꝫ ad brachiū ſimilē radio ꝓcedēti ex aliqº ifra ſex ānos ifirmabit̄. Et ſi ꝑtes q̄ ſunt circa brachiū ſunt groſſiores ⁊ q̄ v̄ſus manū ſint ſubtiliores in etate duoꝝ ānoꝝ infirmitatē patiet̄. Et hec ꝺ prima ꝑte manꝰ dicta ſufficiāt.

¶ Cap. 3. de ꝑtis manus. Et primo de linea vite.

n Unc dicam⁹ de ha ꝑte manus ⁊ de li-
neis existētib⁹ i ea. Que qdē pars ici-
pit a linea rascette ⁊ terminat̃ ad radi
ces digitoꝝ ⁊ vocat̃ palma. ⁊ prio de linea vite
dicam⁹. Dico aũt ꝙ si hec linea vite sit satis lõ
ga ita ꝙ extēdat̃ vsq3 rascettã vl' ꝓpe vel iuxta
⁊ sit ɔtinua ⁊ recta eiusdē latitudinis ꝑ totũ de
cēter lata ⁊ ꝓfunda ⁊ bene colorata lõgitudinẽ
vite securitatẽ ai ⁊ audaciã ai: atq3 cor optimuz
⁊ dispositũ ostẽdit. Et si fuerit discõtinua vl' ni
mis breuis: talis vir vl' mulier nũq̃3 aut raro ad
finem optatũ aliqd adducet. Et si hec linea sit
stricta ⁊ subtilis ⁊ bene colorata ⁊ specialr' ver
sus mediã naturalẽ: hominẽ sani consilij: sub-
tilitatem itellectus ⁊ legalitatẽ animi ostendit.
Et si fuerit bene lata ⁊ male colorata ⁊ pallida
ɔtrũ significat. ⁊ hoc itelligẽdũ ẽ de oibus line
is principalib⁹ q̃ si sint idẽ ɔtinue ⁊ bene colo-
rate ⁊c. significãt bõitatẽ ⁊c. Cõtrario mõ dis-
positio ɔtrũ significat. quis aũt sit bonus color
vl' malus in manu vl' in lineis inferius dicem⁹
Et quãdo linea vite ẽ ꝓfunda grossa terrestri
colore tincta ruditatẽ ⁊ bestialẽ vitã significat.
Et si fuerit nimis rubea fortẽ irã. Et si liuida:
iracũdiã notat. ⁊ quãdo hec linea ẽ nimis gros
sa i fine v̾sus mediã nãlẽ naturã rusticanã ostẽ
dit. Itẽ si p̃dicta linea fuerit magna ⁊ rubea tã
versus rascettã q̃3 v̾sus naturalẽ mediã: crudeli
tatẽ ostendit. ⁊ quãdo hec linea ẽ furcata i ꝑte
supiori vagabũdũ ⁊ cõsilij mutabilitatẽ innuit.
Et si hec linea sit valde rubea vel liuida ⁊ tor-
tuosa v̾sus mediã naturalẽ deceptorẽ luxuriosũ
atq3 animi ꝑuersitatez ostendit. Et quãdo hec
linea h3 ramos extensos supi⁹ v̾sus mediã na
turalez sup hac forma [ramus] diuitias ⁊ hono-
res ostendit. si aũt inferius v̾sus radicez eius. s.
v̾sus rascettã hebeat ramos hoc mõ [ramus] pau
pertatez notat ⁊ talis d̾teriorabit. Et semꝑ erit
deceptus a seruis. Si aũt tales rami extense va
dãt ad mediã naturalẽ tãtũ ꝑ triãgulũ hõinem
bone spei demõstrat. Et bonũ habebit: s3 prio
malum sustinebit.

¶ Cap. 4. de partis manus ⁊ est additio eius
dem Coclitis de linea vite.

i Nquit Ptholome⁹ ⁊ morbeth
⁊ aliq recẽtiores. Si linea vite sit
grossa inter pollicez ⁊ digitũ sibi
ꝓximũ significat iclinatos ad ho
micidiũ. si i linea vite iuxta r̃ceptã man⁹ sit crux
vl' stella diuitias significat in senectute. dixit for
mica valde vtilis. Si q̃rat̃ linea obrupticon q̃
est sub pollice. si ista fuerit ɔtinua sine intersec-
tiõe talis in ꝓpria patria moriet̃. Si aũt disiũc
ta fuerit talis diuersis infirmitatibus moriet̃. si
exeunt ꝑue linee talis trãsibit mare: et vix vl' nũ
q̃3 redibit. si autez in extremitate ipsius obrup
ticon fuerint linee se intersecãtes i qb⁹ sint due
q̃si stelle: talis erit gloriosus h3 statuz i quo est: i
terduz extremitas ipsius obrupticon est bifurca
ta: aut trifurcata: et tales trãsibunt tria vl' q̃ttuor
climata. si inter pollicez et obrupticon sint mul
te linee q̃si ꝑpendiculariter: v̾sus obrupticon ta
lis diues erit. si ibi fuerint multe ꝑue cruces nõ
ꝑpendiculariter iste multa patit̃ ꝓ diuitijs. scri
bit morbeth cardinalis ꝙ linea vite vl' cordis
siue d̾xtera fuerit siue recta bene ⁊ acuta ⁊ supi
us cõiũcta significat hõiẽ subtilis ymagina-
tiõis ⁊ boni cõsilij ⁊ fidelẽ. ⁊ si oẽs bonas con
ditiões habebit quas d3 habere preter hoc ꝙ
scilicet nõ sit in supiori ꝑte cõiũcta: tũc ceteras
virtutes h3 s3 nõ celat. Et si talis linea ꝓtẽse
multũ ꝓtendat v̾sus brachiũ sanũ ⁊ audacem
significat habentẽ. S3 si ista linea iuxta se ha-
buerit vnum. O. significat qd̾ ille talis amittet
vnũ oculũ. si vero duo. o o. duos oculos. si supe
rius qdẽ signa dicta habuerit significat in p̃teri
tũ. si inferius in futurũ. si vero i medio i media
etate. ⁊ si in eadẽ linea vite multe rimule apꝑu
erint supius tãto magis i p̃teritũ terras circui-
uit: quãto vero inferius tãto in futuꝝ circuibit.
Et si hec linea v̾sus brachiũ crucẽ habuerit ⁊
o. ibi apparuerit vel sint linee ad inuicẽ se iter-
secãtes ad modũ crucis bonũ finẽ ostendit. Et
quãto plures tãto meliores ɔditiões finaliter
expectabit: ⁊ bene finiet cũ gloria. si extra lineã
istã v̾sus angulũ superiorem tale signũ apparu
erit. Uel se in pluribus erexerit in talẽ figuraz
tunc significat dignitatẽ ⁊ diuitiaꝝ ꝯditionem.
Et si iuxta talẽ lineã talia apparuerint signa. o
y. egritudines multas ostẽdũt. si qdẽ in ꝑte su-
piori preteritas. si in inferiori futuras: ⁊ mortez
propinquare ostendit. si vero in medio loco si-
gnificat aliquẽ de suis parentibus infirmari. ⁊
si p̃dicta signa trãsfixa sint tũc mortẽ ꝓpinquã
ostẽdũt. Si iuxta p̃dictã lineã vite talia signa ap
paruerit v 2 ⟊ dignitates ⁊ diuitiaꝝ ꝯditionez
cũ timore d̾mõstrãt. si supi⁹ iux̃ ɔcauũ tal' figu
ra appꝑuerit 2. tũc ifirmitatẽ maiorẽ vl' miorẽ d̾
mõstrat illo ãno. si sub linea vite iuxta receptã i
mõte man⁹ vel q̃si extra sit q̃dã stella significat

diuitias in senectute: Si sub linea capitis fue-
rit crux significat ꝙ diuitias acquiret cum pe-
na ⁊ labore. Si linea vite fuerit tumida inter
pollicem ⁊ indicem fornicatorem significat. Si
in triangulo tale signū apparuerit ~ in ho
minibus dementiam ostendit in feminis vero
meretricium. Si triangulus fuerit latus ⁊ ex-
cessus largum hominem significat ⁊ econuer-
so si strictus. Si pars superior latior fuerit infe
riori tunc non erit citus ⁊ velox ⁊ audax tamē
erit bone perseuerationis: ⁊ inflexibilis. Item
si predicta linea vite fuerit grossa ⁊ profunda
in fossatum manus cum colore hominem ru-
dem demonstrat. Et si in superiori parte inces
sum habeat tortuosum cum rubore auarum il-
lum ostendit ⁊ vitiosum. Si talis linea crescat
in multis locis versus pollicem laborantem
iniq; significat. Si habuerit bifurcationez ver
sus indicem signum est mobilitatis. Et si ha-
beat aliam lineam longam versus pollicez eq
distantem ⁊ fuerit profunda luxuriam denotat
⁊ crimen sodomiticuz. Ait ptholomeus philo
sophus. Si quis habet in palma manus fo-
ueas aut puncta quasi nigra tria tantum signi-
ficat diuitias ⁊ honores apud principes ⁊ sta
tum. Si vero quattuor angustiaz ⁊ tribulatio-
nes ac paupertatem. Qui habet lineam in pri
cipio manus iuxta receptam profundam ⁊ pul
chram versus principium montis pollicis pa
rentes ⁊ amici bonum habebunt per eum ⁊ si
torta ⁊ discontinua fuerit contrarium indicabit
Quando in linea vite est aliqua eminentia car
nis siue porrum diuitias significat. Ait quidā
Si linea vite excedat vsq; ad receptam man⁹
aut prope significat longam vitam. Si autem
cito termineur ⁊ sit breuis: breuis vite est si-
gnum. Et generaliter eius longitudinez ⁊ bre
uitatem de longa vita vel breui iudicandum ē
Sed tamen iuxta illud est intelligenduz ꝙ bo
na fixio ⁊ bona dearticulatio in tribus lineis
principalibus scilicet dextra trianguli. Sinistra
mensali ⁊ continua earundem vite longitudinē
attestantur: ⁊ maxime quando sunt bene colo-
rate: non nimis pallide aut rubee. Et similiter
indicant sanitatem vt dicit philosophus in li-
bro de animalibus primo. et similiter in phy-
sionomia alchindus ⁊ quidam commentator
dicunt ꝙ cum dicte linee ad minus due istarū
bene dearticulant palmam ⁊ bene diuidunt
significant longam vitam. Et si saltem due nō
euidenter appareant aut non bene palmam cō
cludant significant breuem vitam. Ratio au-
tem huius est nam bona dearticulatio ⁊ fixio
istarum procedit a bona dispositione interiorū
naturali membrorum principaliuz que est cau
sa linee vite: si vsq; ad receptam vel prope con
tinuata fuerit vniformis sine discontinuatione
sanitatem significat bonam dispositionem ⁊ au
daciam ⁊ bonam constantiam. Triangulus
equilaterus animositatis est signum: ⁊ martis
natura representatur vt notaui. Tamen cum
priuatione tenuitatis ex parte linearum preci-
pue cordis linea vel vite.

Capitulum Quintum secunde partis. De Linea vite ⁊ De sororibus linee vite.

Si autem quedam linee parue
secent lineam vite predictaz ten
dentes ad montem pollicis ma
lum predicāt. Si autem tendant
ad concauum ⁊ sint valde rubee
iram significant. Et si supra dictam lineam vi
te: quedam grana rubea vel pinctura sint inor
dinatum maxime luxuriosum virum ⁊ conten
tiosum ostendit. Et talis mouebit lites prop-
ter quas sanguis effundetur ⁊ vita vel mem-
bra hominis amittentur. Et si in principio pre
dicte linee vite oriantur tres parue linee tor-
tuose tendentes. versus montem pollicis. Et
quedam tortuosa vel tertia linea secet eas: est
signum venture lepre. Et si quedam pulchre
linee parue secent predictam lineam vite: ⁊ si
fuerint bene colorate quot linee fuerint tot ha-
bet vel habebit filios: ⁊ hoc in manu viri. In
manu vero mulieris si tales linee secent pre-
dictā lineā vite ⟋ sub tali forma significat
idem. Item si iuxta predictam lineam vite
prope rascettam reperiatur talis figura o a-
mittet vnum oculum. Et si duo o o.
amittet duos oculos. Et si linea descendat a
predicta linea vite ⁊ extendat se vsq; ad di
gitum auricularem vel prope: ⁊ sit quasi fixa
vulnerabitur vel periclitabitur. Et si hec li-
nea vite habet sub ea quandam paruam li-
neam arcualem scindentem ipsum brachiū ⁊

inferiorem partez manus erit in periculo amittendi seruum in eo ꝙ vellet amittere vitā. Et si quedam linea sit superius iuxta lineam vite in inferiori parte montis pollicis: ⁊ sit quasi cadens vel iacens spei male hominem significat Et si due linee iacentes iuxta lineam vite in fine montis pollicis erunt: significat ꝙ mater sua primo mnrietur. Et si quedam linea descēdens ab ista linea vite iungatur cum media naturali vulnerabitur vel periclitabitur vulneratus. Et si ab ista linea uite prope iuncturam ipsius cum media naturali descendat quedaꝫ linea ad mediam naturalem descēdēs: supius a lancea vel missilibus vel sagitta vulnerabit. Si autem quedam linea secet predictam lineā vite in inferiori parte versus rascettam faciēs quandam paruam crucem: ⁊ sit ibi bonus color temperantie ⁊ boni finis ⁊ cōfessiōis bone signū ē. Et si linea uite sit furcata supius versus mediam naturalē: ⁊ sit magis subtilis versus mediā naturalē q̄ꝫ versus rascettam signuꝫ ē hominis amabilis propositi ⁊ cōsilij. Et si predicta linea vite sit magis grossa versus mediam naturalē q̄ꝫ versus rascettaꝫ signū ē vagabūdi ⁊ mutabilis consilij.

Capitulum sextum secūde partis. De secūda linea scilicet media naturali.

i

Sta linea media naturalis que dicitur si sit recta ⁊c. signum ē bone dispositionis ⁊ cōplexiōis cerebri boni ingenii boni sensus legalitatis ⁊ prosperitatis. Et quādo hec linea est longa decenter ita quod extendatur prope montem manus: signuꝫ ē audacis ⁊ lōge vite. Et si talis linea sit valde curta ita ꝙ nō exeat cōcauum manus: hominē pauidum ⁊ auaruꝫ: ⁊ modice rationis ostēdit. Et si aliquid boni ꝓmiserit id vel illud penitet eū ꝓmisisse. Et si dicta linea nō extēdatur vsqꝫ ad pectus manus: sꝫ recte ex opposito medietatis medij ⁊ firmet ibi homies parue vite ⁊ valde iuuenes moriētes ostēdit. etiam id ostēdit si plicetur i medietate predicti oppositi medici. ⁊ si predicta linea extēdatur in giro vltra ita ꝙ transeat totuꝫ mōtem manus vsqꝫ ad percussionem manus vel vltra: hominem longe vite ostēdit: sed in senectute egentem. Et si predicta linea i fine sui vertatur ad digitos: nequam ⁊ imprudētem virum ostēdit. Et si multum vadat ad digitos stultum indicat. Si autem predicta linea extēdat se prope vel vsqꝫ ad rascettam cupidum ⁊ impurum indicat. Si autem ex altera parte plicetur ⁊ tangat lineam mensalem maximum damnum ostendit ⁊ infortunium. Si autem hec linea sit tortuosa ⁊ discontinua scilicet media naturalis ⁊ sit aliter ⁊ diuersi coloris signum est prauitatis ⁊ furti: ⁊ malicias tractantem hominem ⁊ verba non tenentem innuit: ⁊ si fuerit granata i medio. Si autem fuerit continua boni coloris: ⁊ linee moueantur ab ipsa signum est bone conscientie ⁊ legalitatis; si sint patentes ⁊ boni coloris est signum implendi promissionem. Et quando hec linea ē nimis lata ⁊ grossa defectum prudentie ⁊ ruditatem ingenij denotat. et si predicta linea sit satis lata ⁊ grossa notabiliter ⁊ bene colorata latam ⁊ fortem animam significat. et si sit subtilis ⁊ pallida debilitateꝫ cerebri ⁊ complexionis ostendit. ⁊ si hec linea sit grossa profunda nimis: ⁊ quedam parue fouee ibidem appareant: cum colore intenso cum matre malum ⁊ inde sanguinis effusionem ostendit. ⁊ si non fuerint ibi fouee: ⁊ due linee parue curte ipsam secent in duobus locis iuxta scilicet pedeꝫ linee uite q̄si opposite spacii quod est inter indicem ⁊ medium secantes hoc modo matrem iratā sepius ostendit. et etiam mater sua primo morietur. ⁊ si hec linea habeat in se quedam spacia in hac forma quot ibi erunt spacia tot homicidia ostendit. ⁊ si talia spacia non includantur ex toto a predicta vulnerabit tantū sed non interficiet. ⁊ si in dicta linea sint quedam pūcture grosse ⁊ terrestres ineptitudinem morum ostendit. et si hec linea habet in se grossas pūcturas bene coloratas ⁊ non terrestres bonitatem uirtutis apprehensiue ⁊ male indicatiue ostendit. ⁊ si tales pūcture sunt aspere ⁊ valde rubee hominē abbominabilem ⁊ absqꝫ gratia ostendit. ⁊ si hec linea tortuosa ⁊ discontinua profunda granosa diuerso colore tincta i medio mirabilem animum latrocinium ⁊ falsitatem indicat. ⁊ quādo hec linea ē tortuosa discontinua ⁊ pallida: ⁊ quādo fricatur modicuꝫ rubescit velociter. debilitatem capitis ⁊ dolorem ostēdit ⁊ maxime ex reumate. ⁊ si sint q̄dam puncture inordinate dolorem oculorum

ostendit. Et quando hec linea est recta: ⁊ satis
lata bene colorata ⁊ cum palma extenditur: et
apparēt ibi quedā puncture de latitudine linee
probitatem ⁊ audacie generationem : virtutis
plenitudinem ostendit. Et si hec linea sit ma-
gis colorata ex vna parte q̄z ex alia dolorez ca
pitis ostendit. Et si hec linea sit quasi dispersa
ita ꝙ quasi non videatur linea in inferiore par
te sui vltimum defectū rerum ⁊ sanitatis extre
mā spem attestatur. Qui aūt carebit ista linea
subito percussus morietur. Et si grossa ⁊ nigra
punctura ruditatē ingenij. Et si hec linea pal-
lida fuerit ⁊ habeat puncta rubea apparentia
ad malum inducit.

Capitulū septimū Secūde ptis. Et ē Ad
ditio eiusdem Coclitis ad mediaz naturalez.

e T quando hec linea transit totā
manum significat breuem vitam
Et quando vna linea ipsaz secat
in modum crucis mortem propi
quam ⁊ intra annum significat.
Et si fuerit profunda ⁊ tortuosa fortis ruboris
irā ⁊ conturbationem significat quasi per occi-
sionem factam seu fiendaz. Quando vero bre
uis est ⁊ discontinua mutabilitatem ⁊ leuitatē
significat animi cum inconstantia verborum.
Si autem linea media torta fuerit discontinua
⁊ varij coloris profunda ⁊ gracilis per mediū
diuisa latrocinia significat ⁊ dolos. Et cum ta
lis fuerit adeo vt per fricationem cito rubescat
dolorem capitis circa tempora predicta signi-
ficant ex reumate. Hec linea in vna parte ru-
bicundior q̄z in alia dolorem significat capitis
⁊ ipā male colorata ⁊ male fixa ⁊ diuersificata
diuersis lineis multas egritudines declarat et
obuiationes significat ⁊ cito percipere tempo-
ris mutationes frigidum calidum: applicatio-
nem sereni nubilosi aut pluuiosi ⁊c. Et si gros
sa fuerit ⁊ magna pūcta habuerit hebetis est i
genij. Crux inter mediam ⁊ mensalez sub me
dio peregrinationes ⁊ labores designat causa
amoris honoris deuotionis ⁊ vtilitatis ipsius
vel alterius: vt aiunt quidā. formica valde vti-
lis ait. Si linea obrupticō fuerit recta sine cur
uitate significat talem esse veracem in verbis
Si autez est interrupta tunc falsitatis arguitur
Si linea obrupticon extenditur parue linee ta
lis est prouidus. Si parue cruces fuerint inter
obrupticon ⁊ mediam lineaz talis habebit ma
gnos honores ⁊ in honore morietur. Item li-
nea media est linea vite per hanc eniz vita ver
satur. Si linea vite fuerit breuis: breuem vitaz
significat. Si vero extenditur vltra medietatez
palme vitam longiorem significat. Si autez bi
furcata in fine fuerit: talis duas vitas deducet
vitam scilicet secularem ⁊ alteram religiosam:
vt expertus testor. Morbet cardinalis ait. Et
si linea capitis fuerit equalis per totum ⁊ tem
perati coloris ⁊ non multum extendatur vsq̄z
ad inferiorem partem longam vitam ⁊ sanam
ostendit. Et quanto magis erit versus inferio
rem partem manus tanto velociorem mortem
significat. et si hec linea habuerit multas alias
lineas quasi riuulas versus mensalem tenden
tes boni coloris ⁊ apparentie significat bonaz
conscientiam: ⁊ hominem morigeratum ⁊ sa-
pientem ⁊ ordinatorem promissionum suaruz
Et si in illo spacio crux apparuerit votum com
pletum significat: si fuerit erecta. Si vero non
fractum votum denotat. Si linea predicta capi
tis fuerit recta ⁊ non gibbosa ⁊ boni coloris ⁊
bone latitudinis ⁊ sufficientis ꝓfunditatis bo
num intellectum ⁊ clarum significat: ⁊ ingeniū
Si autem habuerit aliquas puncturas signifi-
cat defectum intellectus alijs conditionibus
remanentibus. et si tales puncture fuerint ni
gre offuscationem intellectus ostēdit. et si non
fuerint nigre significat bonam apprehensionez
⁊ malam retentiuam. et si i iunctionem versus
pollicem hoc accidit tunc illud significat in pri
ma etate si in medio eodem modo siue in fine
Et si nullus ibi fuerit nullum defectum atte-
statur: et hoc intelligitur si sit a natura. et si hec
linea fuerit recta ⁊ sine granis lucidi coloris et
laudabilis aspectus: ipsum de bonis parenti-
bus ⁊ beniuolum erga ipōs significat. et etiaz
hec linea homines bene potentes in generan-
do demonstrat. et si dicta linea vltra manus
fossatum paulatim se profundauerit: ipsuz timi
di cordis ostendit. et etiam melancholicum: et
profundaꝝ cogitationum. Si hec linea simul
cum linea cordis superius angulum strictum
efficiat: celatum animum significat ⁊ boni cōsi
lij secundum leophritum. et si inter hanc lineā
appareat crux rubea ⁊ parua ab inimicis ⁊ per
secutionibus plurimis opprimetur. Et si hec

linea non tangat in puncto vitalem illum signi
ficat largum per vanagloriam. Et si ab ista li-
nea exeat alia linea versus auricularem digitũ
verecundum significat habentem. et si in pede
illius linee appareat vnus paruus triangulus
denotat ꝙ ille appetit studere ꝛ est diligens.
Hec etiam significat metum habere vbi non ẽ
opus. Si appareat ibi crux fractum votum si
gnificat ꝛ quotquot fuerint cruces tot fractio-
nes votorum fecit hec morbeth.

Capitulum octauuʒ secunde partis. De li
neis circũdantibus lineã mediam naturalem.

ſ I autem quedaʒ parue linee rec
te vel rami oriãtur in principio
istius linee similes arbori palme
talis expolliabit aliuʒ potentem
Et si tales linee sint valde ma-
gne ꝛ curue ꝛ tales rami vadant ad inferius
respicientes montem manus hominem lunati
cum ostendit: secundum alios inconstantem et
mendacem. et in muliere meretricem omnimo
dam. Et si hec linea habet duo capita in infe-
riori parte defectum mentis innuit. et talis erit
claudus. Et si parue linee rubre veniant a cõ-
cauo manus hanc lineam capitis. i. mediã na
turalem scindentem quasi per medium: sigilli
aut monete falsarium ostendit. et si quedam li
nee parue bene colorate recte oriantur ex ista li
nea capitis: ꝛ vadant versus mensalem homi-
nem virtuosuʒ bone conscientie ꝛ in promissis
legalem denunciat. et si in fine istius linee ca-
pitis sit paruus triãgulus bene dispositus: ve
recundie honestatis ꝛ studij signuʒ est. et si dic
te linee q̃ oriunt̃ ex capitis linea vadãt versus
mensalẽ ꝛ faciãt triãgulũ cũ linea mẽsali: fu-u
rã ꝑbendã notat. Et quãdo hec linea capitis
diuidit̃ a quibusdã obliquis lineis: quot erũt
diuisiones tot corporis passiones ostendit. et si
tales linee scindentes lineã capitis capillares
ꝛ recuruate fuerint mutilate erunt passiones.
Et si quedã linea diuidens predictam lineaʒ
capitis habet duo capita: vulnera ꝛ passiones
ostendit. et si tales linee scindentes sint tortuo-
se tantum infirmitatem ostendunt. Que linee
vero circa superius fuerint diuidentes circa ca
put collũ ꝛ gulã ostendunt vulnera. Que vero
linee circa mediã lineã capitis scindunt circa
ventrem ꝛ dorsum predicta ostendunt. Que ve
ro circa finem linee capitis circa inferiora pre
dicta vulnera demonstrat. et si in principio hu-
ius linee capitis oriatur quedaʒ linea recta be
ne colorata ꝛ extendat̃ vsqȝ ad indicẽ ꝛ finiat̃
ibi hẽbit multa bona fortuna sibi denegante. et
hoc erit in p̄ria etate. Si aũt talis linea vadat
ad digitũ mediũ habebit bona in media etate.
Si vero talis linea ad medicũ vel auricularẽ
vadat hẽbit i vltia etate. ꝛ dicũt qdã ꝙ si oriat̃
ab ista linea media q̃dã linea tertia ex opposi-
to medij ꝛ vadat versus ip̄m digitũ mediũ vel
versus auricularẽ: reuerẽdũ virtuosum ꝛ ratiõe
plenũ significat. et si iuxta hãc lineã capitis re
ꝑiat̃ talis figura C vł similis crepatũ vł her
niosum significat. et si talis figura C vel sic
⊙ reperiat̃ iuxta hãc lineã dolorẽ genitalium
mẽbroꝝ demõstrat. Et si ꝓpe p̄dictã lineã ca
pitis reperiat̃ talis figura ⊙ bene appari-
bilis ꝛ circũscripta bene colorata iter feras pe
riclitando saluabit̃. et si hec figura. ⊙ fue-
rit obscura nõ circũscripta interficiet̃ a feris. et
si iuxta hanc lineã capitis i fine ip̄ius sint due
parue linee ꝯiũcte vulnera ex ferro indicant. et
si in fine istius linee capitis crux q̃dã parua ex
opposito medici vel auricularis fuerit vel ibi
circa moriet̃. et qdã dicũt quod infra annum.

Capitulum nonum secunde partis. De ter
tia linea idest de basi trianguli.

l Inea q̃ dr̃ basis trianguli siue
epatis aliquãdo apparet in ma-
nibus continua aliquãdo discon
tinua: aliquando vero ex ea nihil
penitus apparet. et ideo videt̃ minus cõtinua
siue principalis. Quãdo igit̃ p̄dicta linea epa-
tis ẽ satis lõga ꝓfunda ꝛ lata decenter ꝯtinua
ꝛ bene colorata significat bonitateʒ stomaci et
epatis insuper leticiã ꝛ audaciam denotat. Cõ
trario modo cõtrarium. Et hoc generale est in
oibus lineis principalibus. Nã si linea sit bo-
na significat bonitatẽ mẽbri cui respõdet verbi
gratia. Si hec linea epatis fuerit discontinua
pallida ꝛ male colorata significat infirmitateʒ
ꝛ passionẽ stomaci seu epatis: ꝛ male digestio-
nis ẽt est quãdo hec linea non apparet in ma-
nu: ꝛ est ẽt signũ flẽmatice cõplexionis. Et si
in p̄dicta linea vel iuxta eã sint pũcture parue:

Duriciem ventris ⁊ costaꝝ doloꝛē ⁊ maliciam
significat. Et quādo hec linea ē magis rubea
versus lineam vite q̄ȝ alibi doloꝛē capitis ꝓp/
ter viciū epatis seu stomaci attestatur. et si fue/
rit magis rubea vbi debet tangere lineam me
diā naturalē signū est fetidi pectoꝛis oris ⁊ vni
uersalis caloꝛis seu dispositōis ethice passiōis
⁊ specialr̄ si manus sit calida macilēta ⁊ sicca.

Capitulum decimum Secunde partis. et est Additio eiusdē Coclitis. Ad lineā epatis

[S]it moꝛbeth linea epatis .si in su
pioꝛi pte angulū nō acutū sȝ rec/
tū ɔstituit: lōgā vitā ⁊ bonū inge
niū ostendit. Si vero fuerit acut⁹
deceptoꝛ est ⁊ fraudulentus: sȝ diu viuet ⁊ erit
ingeniosus. Si pꝛedicta linea erit bene recta ⁊
larga in medio aliquantulum diuisa ⁊ riuulosa
⁊ boni coloꝛis: tūc ostendit bonā dispositionē
epatis ⁊ ecōtrario: q2 ista linea alba in coloꝛe ⁊
grossa in substantia multū attestat̄ sup ꝓpꝛieta
tes flegmatis. et si sit subtilis ⁊ mali coloꝛis sci
licet plumbei ⁊ citrini vel rubei attestatur sup
coleram. et si talis linea vtranq̄ȝ lineam tangit
scilicet vite ⁊ capitis tunc est signum maioꝛis
operationis membroꝝ pꝛincipaliū. et si ex his
tribus lineis triangulus in nulla sui parte con
iungatur stulticiam ⁊ luxuriam ostendit. Si in
medio triāguli sit vna linea intersecans lineas
pꝛincipales discretum illum ostendit in rebus
dandis ⁊ in omnibus vitijs. Si triāgulus fue
rit latus cum pꝛedicta linea tunc signum est ꝙ
habet magnam voluntatem largiendi ratione
leuitatis. et cum extense sint linee tunc ille ta/
lis refrenat se ratione discretionis. et hec linea
si sit intersecans in alijs vitijs refrenationē si
gnificat. Si linea epatis versus bꝛachium fue
rit bifurcata tunc in muliere malam moꝛtem si
gnificat pꝛopter peccatum commissum: vt ēt te
statur qdam ⁊ ꝑsertiȝ ꝓtholomeus paruus in
sua chyromātia. Itē si q̄dā linea scindat eā ⁊
transeat in concauū manus signū est ꝓxime in
firmitatis. Quoniam linea epatis ⁊ capitis: di
stant: ⁊ tunc significat illū hoīem sibi ipsi placē
tem fatuū crudelē vanos sermones pꝛoferentē
inuidū pꝛodigū detractoꝛem ⁊ mendacē. Quā
do angulus causatus a linea vite ⁊ epatis fece
rint crucem significat bonitatem intellectus: ⁊
naturaliter ille inclinatus ē ad bonū. Et si ibi
non sit angulus nec iunguntur dicte linee vani
tatem ⁊ instabilitatē ostendit. Et ego dico qđ
quando ex linea epatis ⁊ saturnina cuȝ media
naturali scilicet in fine causatur triangulus: ⁊
tunc significat dispositionē ad nicromāticā fa/
tuitatē vt inueni ꝑsepe. et si in ꝓpoꝛtionē opti/
mā repiant̄ subtiles indagatoꝛes antiquoꝝ ne
gocioꝝ ⁊ reꝝ arguit. Ait hermes ⁊ Aristote/
les ⁊ ēt Ioānes hispanus. De basi trianguli
ē dicēdū ꝙ quāuis in pluribus manibus non
inueniat̄ nisi in senectute ꝓpter exercitia opeꝝ
q2 si in iuuētute cessante laboꝛe ⁊ cā legitia nō
apparuerint caloꝛem designant ⁊ cutis subtili
tatē ⁊ cū hoc colerā ⁊ eius ꝓpꝛietates vt sunt
agilitas coꝛpoꝛis: nā velox ē: cito loqtur: amat
vina foꝛtia cibos calidos. Si vero manus de/
bilis ⁊ mollis fuerit carens hac linea frigidita
tē ⁊ flegmatice ɔplexionis hoīem significat et
eius ꝓpꝛietates scilicet pigrū tardū in loquen
do ⁊ ipeditū: libēter doꝛmiētē: ⁊ somniātē signi
ficat. Et cū his defectuȝ virtutis generatiue ⁊
digestiue. si autem a pluribus lineis pallidis
itercepta fuerit malā digestionē significat ⁊ do
loꝛes varios ex ipsa ꝓcedentes. Et quando li
nea aliqua notabilis non pꝛofunda in moduȝ
parue cicatricis secat dictam basim in medio
egꝛitudinem pꝛesentem significat pꝛopinquaȝ
vel futuram. si tamen fuerit rubea. sed si palli/
da fuerit similis carni iā q̄si antiquate signifi/
cat egritudinē iā transiuisse. Et quāto ē mino/
ris apparentie tanto iā egritudo magis pꝛete/
rijt. Et ē bene notādū ꝙ oīs egritudo a linea
vite ꝓcedēs designata a coꝛde pulmōe: ⁊ dya
fragmate trahit oꝛiginē ⁊ ꝑ medianā a capite
⁊ cerebꝛo ꝑ basim ab epate ⁊ stomaco q2 hec
pꝛincipalia membꝛa per pꝛedictas lineas di/
stinguntur pꝛout alchindus commentatoꝛ in ꝯ
secretis secretoꝛum ostendit.

Capitulum. xi. secūde ptis. De lineis cir/
cūdantibus lineam basis seu epatis.

[Q]uando q̄daȝ pue linee capilla
res pallide secant p̄dictam lineā
epatis diuersimode signū ē male
digestiōis ⁊ doloꝛis ꝓueniētium
ex habundantia flegmatis ⁊ caloꝛis debilis.
Et quādo quedā linea bene rubea notabilis

secat predictā lineā epatis ⁊ trāseat ꝯcauū ma
nus signū ē ꝓxime infirmitatis. Et si linea p̄/
dicta q̄ secat lineā epatis fuerit pallida ⁊ dele/
ta signum est preterite infirmitatis.

¶ Capitulum duodecimum Secunde partis De triangulo in generali.

q Uia supius diximus significatio
nes triū lineaꝝ generaliū specia/
liū ⁊ existētiū circa ip̄as ⁊ hoc ab
arte. Nunc aūt dicemus de ip̄is
in quātū vna cōiungit alteri faciens angulum.
Et cū hoc terminantibus significationes ip̄i⁹
trianguli ⁊ cū suis p̄minētijs videlicet angulis
lineis ⁊ figuris. est aūt aduertēdū ꝙ angulus
est ꝯstitutus a lineis vite ⁊ medie naturalis di
citur angulus supremus. Ille aūt q fit a linea
q̄ dicit basis trianguli est angul⁹ dexter. Ter/
tius angul⁹ q fit a linea media naturali ⁊ a ba
se trianguli dr̄ angulus sinister. Triāgulus be
ne eq̄laterus anguloꝝ vel fere pulchraꝝ linea
rū bene coloratāꝝ ⁊ rectaꝝ signū ē bone natu/
re sanitatis longe vite securitatis ⁊ amicitie ve
re cōplacentie ⁊ excellentis fame. Econtrario
cōtrariū denotat. et si spaciuꝫ trianguli sit satis
magnū ⁊ latū largitatem ⁊ audaciā ostendit ⁊
specialiter si non sit colorata bene ⁊ plana. et si
sit parua significat ꝯtrariū. et si tale spacium sit
rugosum aspectu signū est siccitatis in neruis.
Et si ibi fuerit liuor signū ē ꝓxani doloris: aut
ꝙ iste ē calidus deceptor ⁊ iracūdus. ⁊ si sit ru
gosum scilicet ⁊ molle flegmaticam complexio
nem demonstrat.

¶ Capitulum. xiij. Secunde partis. De angulis in speciali. ⁊ primo de angulo supremo.

a Ngulus supremus terminat̄ tri
bus modis a predictis duabus
lineis. Uno modo sic ꝙ quādo
linea vite ⁊ media naturalis tan
gunt̄ in concauo manus quasi ex opposito illi⁹
spacij qd̄ est inter indicem ⁊ medium ⁊ tunc si
gnificat miseriam vite ⁊ captiuitatem animi. et
auariciā ⁊ sollicitudinem circa cumulationem
pecunie. Secundo modo fit quando predicte
due linee cōiunguntur recte ex opposito medie
tatis indicis ⁊ faciunt angulū acutum. et tunc
est signū subtilitatis ingenij bone dispositionis
⁊ dantis cū ratione hēt felicitatē atq̄ ē inculpa
bilis vite. Tertio modo quādo predicte due li
nee non bene cōiunguntur simul sed distant ab
inuicem p̄dicte due linee notabiliter puꝝ spa/
ciū dimittentes. et tunc significat impuꝝ viruꝫ
sibi ipsi placentē fastidiosum crudelē subsanna
torē malū debitorem absq̄ laude vanos ⁊ inu
tiles proferentē sermones immundū inuidum
detractorem prodigū mendacē ⁊ fatuuꝫ ac cru
delē. et talis si fuerit seruus vel in captiuitate
positus nunquam liberabit̄. Si fuerit liber aut
dn̄s aut rex vel princeps misera finiet̄ vita. et
si illud spaciū sit callosum aut duꝝ vel siccum
ac coloratū: significat d̄ceptorē magnū ⁊ absq̄
causa irascentē. et si tale spacium fuerit lene aut
molle valde significat hoīem dimittentē bonā
conuersationē: ⁊ prosequentē malā. et talis de
lectabit̄ in mulieribus cantilenis ⁊ ornamen/
tis pulchris. Et si tale spaciū sit male rugosuꝫ
inuidū detractorem ⁊ cauillatorem ⁊ garruluꝫ
demonstrat. Aliquādo predicte linee nō distāt
notabiliter ⁊ sunt valde propinque. et tunc si/
gnificāt migrationē in bello cū aliquo: aut mo/
rientem periclitando cū feris. Aliquādo q̄dā
linea ē inter istas duas predictas lineas ita ꝓ
pinque qd̄ tangit vtramq̄ superius extendēs
se ad inferius ⁊ tunc significat morientē ex ve
neno vel percussione. Aliquādo p̄dicte due li/
nee sic distantes notabiliter colligunt̄ ab vno
vel duobus baculis vtrinq̄ se tangētibus. et
tunc significat hoīem penitētē expensaꝝ ⁊ lar/
gitatis facte. Aliquando talis baculus vel ba
culi oriunt̄ ex vna ⁊ vadunt prope aliā: et tunc
significat vinosum ⁊ ebriū. Aliquando p̄dicte
due linee ꝯiūgunt̄ ꝑ quosdā baculos sic scindē
tes ⌗ Et tūc significant inuidiā destructio
nē ⁊ inimicitiā ⁊ oppressionē. Aliquādo p̄dic/
te due linee coniungunt̄ ꝑ quasdā ꝯstantes ad
modū retis. Et tunc significāt hominem viuē
tem ex mala vita ad felicē tamen finem. Si nō
sit linea impediens. Et quādo p̄dictas lineas
q̄dā linea semicircularis scindat locū vbi ꝯiun
gunt̄ p̄dicte due linee facientes istū angulum.
⁊ vnū caput p̄dicte linee respiciat versus ꝑtes
brachij significat ꝙ ille excecabit̄. et si talis li/
nea semicircularis vt hic ◡ sit in triangulo
ꝓpe supremum angulum ⁊ eius cornua respi/
ciunt versus partes digitoꝝ turbationē familie

atq3 domus eius significat. et si cornu predicte linee in hoc loco respiciat partes brachij excecabitur ille. et si talis figura ⋁ est in hoc angulo: dicitur q̄d infirmabitur infra annū maxime si fuerit rubea. et si talis figura reperiatur ibi vt hic ✕ per mulierem hereditatem vēturam denotat. Vel si talis figura ✳ reperiatur ibi vel in aliqua parte triāguli hereditatem venturam vel habitam ostendit nota tamē colorem. et quot tales figure reperiantur ibi tot hereditates demonstrāt. ⁊ hec figura C fu turam significat hereditatem. et si iste angulus rubeus est ibi plus q̄3 alibi gestat filium si sit mulier pregnans.

Capitulum decimum quartum Secunde partis. ⁊ De angulo dextero.

a

Ngulus iste dexter fit trib⁹ modis a linea vite ⁊ a basi trianguli Uno modo quando sit acutus. Alio modo q̄3do fuerit obtusus. Tertio modo quando fuerit rectus. Quando iste angulus fuerit rectus vel q̄si bene apparens: ⁊ bene coloratus significat bonitatem cordis ⁊ sanguinis ⁊ fortem virtutem ⁊ talis naturaliter inclinatur ad bonum. Quādo predictus angulus est acutus significat auarum. et quanto acutior est tanto magis auaru3 ⁊ econuerso quando iste angulus est obtusus siue grossus signum est male dispositionis nature: ⁊ ruditatem ⁊ sine ratione dantem nec nō pigrum negligentem ⁊ somnolentiam denotat ⁊ si ibi non fuerit aliquis angulus neq3 coniūgantur predicte linee varietatem animi ⁊ sine stabilitate ⁊ fide hoiem denotat. Talis enim ē cui nulla fides neq3 ꝯscientia inest. Non eni3 curat de aliquo: nisi solum ꝙ possit que desiderat implere. ⁊ quando in dicto angulo reperit̄ talis figura ⅃ vel similis si fuerit valde rubea impregnationem masculi significat. Si autem talis figura fuerit conuersa sic P impregnationem femine indicat. ⁊ si tales figure sint pallide aut delete predicta esse preterita denotat. ⁊ si fuerint intercise: significat impedimentum. ⁊ si plures tales figure ibi fuerint signum est ꝙ plures impregnationes habebit quot tot aut forte plures filios gerit in vtero si color sit intensus. In manu viri idem iudicare debes si tales appareant ibi figure: ⁊ si quedam parua crux reperiatur ibi bene disposita signum ē honestatis: vt dicunt ⁊ boni finis.

Capitulum decimum quintum Secunde partis. De angulo sinistro.

a

Ngulus iste qui causatur a linea capitis ⁊ a base trianguli dicitur angulus sinister. Si aute3 sit rectus vel quasi significat bonitate3 intellectus ⁊ sensus atq3 longitudinē vite. Si autem fuerit acutus maliciosum atq3 cauillosum demonstrat. ⁊ si fuerit obtusus signum est ruditatis ⁊ male constantie. ⁊ si non fuerit talis angulus debilitatem stomaci atq3 epatis d̄nunciat. Et si talis figura b reperiatur in isto angulo vel in alijs angulis vel in triangulo in cruce ponetur.

Capitulum decimum sextum Secunde p̄tis. De quarta linea scilicet mensali.

q

Uarta linea naturalis generalis vocatur a quibusdam linea mensalis: eo quod mensa manus constituatur ab ea ex vna parte. Quando hec linea fuerit bene cōtinua satis lōga profunda lata ⁊ recta significat bonam dispositionem nature ⁊ membrorum maiorum. ⁊ virtutem in membris generatiuis necnon iusticiam bonos mores preseuerantiam in bonis operibus attestatur. Et si elongetur vltra medietatem indicis signum est crudelitatis ⁊ magne ire: maxime si fuerit rubea. Est etia3 signū inuidie ⁊ detractionis maxime si i fine eius sit pallida. ⁊ si hec linea habet ramos rectos ad superius tendentes versus indicem signum est exaltationis ⁊ honoris. Et si talis sit pauper ascendet gradatim ad predicta. ⁊ si dicta linea sit nuda sine ramis veniens ad radicem indicis infortunatum sine diuitijs ⁊ dure vulneratum ostendit. Et quando predicta linea vadit ad radicem indicis ⁊ in fine eius firmatur. Et

ex altera parte quidaƺ ramus eius respiciat ra
dicem pollicis significat vt superius diximus
hominem viri connexum:eritqƺ talis fortuna-
tus dulcis in anima larguſqƺ.⁊ si pes huius li
nee vadit vel rami eius vadunt ad lineaƺ capi
tis superius certa sibi proficua talis capietur
adulationibus ⁊ verbo mendaci:eritqƺ placẽs
gentibus.Sed in absentia pungit vt scorpio ⁊
murmurat.Et si hec linea sit coniuncta cum li
nea capitis ⁊ linea vite:ita ꝙ iste tres linee fa-
ciant vnum triangulum in tanto erit periculo ⁊
timore quod poenitebit eum huius esse nature
⁊ ꝙ vnq̄ƺ natus sit.⁊ si hec linea ꝯiungatur cũ
linea vite ⁊ faciat angulum cum ea:⁊ nõ sit ibi
media naturalis talis decapitabit̃ illico vel ex
improuiso:aut vulnerabitur si cadet. Et si hec
linea respiciat mediam naturalem erit in peri-
culo ⁊ timore mortis ſƺ bene euadet:⁊ hoc erit
per mulierem.⁊ si linea mensalis sit recta ⁊ sub
tilis in fine eius versus montem indicis siue i
parte superiori significat diminutioneƺ sue sub
stantie.Si autem in parte inferiori fuerit plana
⁊ lata habens bonam radicem:ac bonũ colorũ
significat restaurationem de amissis.Si autem
talis linea respiciat digitum medium a latere i
dicis:iuuabitur a fortuna.Oportebit eum tam̃
aliquando adulatorem esse:⁊ vnico vti amico
a propinquis tamẽ ledet̃.⁊ si pes huius linee
finietur infra digitum nunq̄ƺ erit sine questioni
bus ⁊ angustijs.⁊ si hec linea diuidatur prope
pedem vel finem eius:⁊ vadat inter indicem ⁊
medium significat sufficientiã in victu: ⁊ i his:
que necessaria sunt etiam ostendit.Et talis ha
bebit vitam sine cogitatione:nam alij lucrabũ-
tur pro eo.⁊ erit durus ꝓ mulieribus.⁊ si pre-
dicta linea non firmetur iuxta digitos: sed tan
tum terminet digitum medium sicut auis ma-
nebit vita sua cuƺ periculo.⁊ quando hec linea
habet quasdam grossas crepaturas:⁊ inordina
tas nefandam luxuriam scilicet sodomiticam
demonstrat.⁊ specialiter si color eius sit inten
sus.⁊ quando hec linea est conuenienter pro-
funda bene ⁊ continua ⁊ ibi appareant quedã
puncta aliquantulum subrubea: denotat conti
nentem.⁊ si hec linea sit satis discontinua pal-
lida vel causata a pluribus lineaturis ac lineis
capillaribus ⁊ sit granosa debilitatem caloris
naturalis ⁊ impotentiam coitus demonstrat.
Et dicunt quidam ꝙ si supra dictaƺ lineam q̄
dam sit fouea ex opposito digiti anullaris signi
ficat hominem vel mulierem diligentem reli-
giosos vel rem cum eis habentem vel cum lit-
teratis pueris.⁊ si hec linea sit magis rubea q̄ƺ
alie principales : vel alie principales sint pal-
lidiores ipsa dolorem intestinorum ⁊ inferio-
rum vel genitalium membrorum ostendit.Si-
gnum laboris in vita tota est:quãdo linea men
salis est bifurcata versus indicem vel medium
Signum longi studij:⁊ dilectionis est quando
linea mensalis est bene lata profunda ⁊ bene
colorata ⁊ recta sub indice in palma extensa.⁊
etiam est signum personarum secretarum dilec
tionis idest religiosarum.Signum bone gene-
rationis est quando linea mensalis fuerit bene
recta ⁊ apparens:ac boni coloris : ⁊ continua.
Signuƺ vero iracũdie est quãdo egreditur pal
mam versus indicem.Item si in eadem linea
mensali gradus fuerint:⁊ ascenderint gradatiƺ
ad inuicem secundum quantitatem graduum:
⁊ qualitates eius habebit honores.Et si in ea
dem linea in fine eius linea quedã recta ab ea
exierit ⁊ ascẽderit : si digitum indicem recte sci
derit:audaciam rectam figit.Sƺ si iter duos di
gitos se extenderit:per vulnera moriturum por
tendit.Si grossa linea fuerit vulnera capitalia
indicat.Si subtilis iferiora.Si rubea erit erũt
vulnera in pectore.2 si multe rimule fuerint iux
ta pollicem multa vulnera in iuuentute mani-
festant.Si iuxta lineam capitis multa vulnera
in fronte protẽdunt.Si grosse capitalia.Si sub
tiles in inferioribus.Si rubee in pectore.Si li
nea mensalis vnam lineam inter mediaƺ ⁊ me
dicum porrexerit:Labores ⁊ angustias quam
plures ostendit.Eadem si subtilis est ⁊ rubea
minuit predicta . Si autem sit grossa ⁊ rubea
auget.Si in pluribus locis intercisa fuerit la-
bores cum requie intercidet.si prope mensalẽ
⁊ auricularem aliqua linea a mensali porrecta
tendens versus digitum auricularẽ recta ⁊ sub
tilis in viris auariciam ⁊ scelus vel sceleris cõ
scium facit.Nota ꝙ de hac linea habes etiam
in principio capituli de monte auricularis. Si
vero supradicta linea obliqua sit ⁊ grossa signi
ficat largitatis famosum.⁊ in mulieribus recta
⁊ subtilis virginitatem.si fuerit obliqua ⁊ gros
sa contrarium.Etiam adde tot linee quot quo
tiens eiusdem limitat procedunt iuxta eandeƺ
in latere manus inter mensalem ⁊ auriculareƺ

quot linee apparuerint venientes quasi ex dor
so manus totidem nuptias figit. si oblique fue
rint preteritas. si vero recte futuras. sub eisdem
in eodem latere sub radice mensali inimicos i
dicabit. Que autem si fuerint quinq; aut decez
seu plures: ⁊ se coniunxerint sic X totidem
inimicos prensentialiter ostendit. Et si acute:
aut valde acute fuerint mortiferos. si autem li-
nea eas transierit parentes proximos indica-
bit. Hec autem linea amicos hoc modo pro-
bat. si in pluribus locis a radice ordinauerit sic
X vel sic X amicissimos secunduz quã
titatem sui denunciat.

¶ Capitulum. xvij. secũde partis. De lineis scindentibus ⁊ circundantibus lineã mẽsalez.

q Uedam linea itersecans mensa
lem veniens ex quadrangulo va
dens ad superius ⁊ in capite il-
lius linee sit crux parua signum
est violente mortis ex parte bonorum suorum.
Et si talis linea oritur ad vite lineam ex parte
digitorum transierit secando predictam lineaz
mensalem transierit misera morte finietur ⁊ for
te nimia culpa. Patet hoc ✱ de vtraq;
Item si quedam linea arcualis sit iuxta men-
salem infideles amicos ostẽdit. ⁊ cum difficul
tate acquirit omnia. ⁊ si quedam linee parue
sint iuxta radicem mensalis infirmitates in pri
ma etate ostendit. ⁊ si tales linee sint iuxta me
diam mensalis significãt in vltima etate. Et si
tales linee procedãt a parte superiori erit infir
mitas ex colera. si autem ab inferiori parte erit
ex flegmate. si autem ex parte media: aut maxi
me tẽdit ab superiorem partem erit tunc ex san
guine. Et si magis versus inferiorem partem
erit tunc ex melancholia. ⁊ de causa mortis na
turalis iudicare potes ⁊ specialiter si digitoruz
linee q̃ complexionate dicuntur: de quibus in-
ferius dicetur concordant cum istis specialiter
debes respicere numerum vel significationem
istarum linearum. Unde si plures tales linee
reperiantur a parte superiori quam a parte ife
riori si sint in fine mensalis erit mors ex colera
⁊ specialiter si linea mensalis tendat ad partez
superiorem ac propiquiorem cordi: si linea mẽ
salis vadat a parte inferiori. sed si linea non sit
neq; a parte superiori neq; a parte iferiori sim
pliciter considera cui parti magis inclinetur.
Quia si superiori parti linea mensalis incedat
recte inclinando se magis superius quam infe
rius erit mortis causa ex sanguine. si aũt econ-
uerso erit ex melancholia: vt dicunt.

¶ Capitulum. xviij. secunde partis. De sororibus linearum.

p Ostquam determinatum est de
quattuor Lineis principalibus
generalibus ⁊ de existẽtibus cir-
ca ipsas. Nunc breui sermone
de quattuor alijs minus genera
libus que quattuor primis assimilantur dice-
mus: Que quidez linee socie siue sorores linea
rum principalium vocantur. Prima dicitur
soror vel socia linee vite. Cuius ortus est a ra-
dice predicte linee vite: ⁊ extenditur per conca
uum manus vsq; ad mediam naturalem: ali-
quando extenditur vsq; ad digitum saturni. et
ideo vocatur a quibusdam saturnina. si autem
hec linea extendatur vsq; ad digitũ saturni cir-
ca multa sollicitũ ostẽdit esse. ⁊ si hec linea sit
tortuosa grauabitur infirmitatibus. ⁊ si soror li
nee medie sit pulchra significat hereditatem vẽ
turam. Et quanto melior sit tanto me-
liorem ostendit hereditatem. Et debes scire
vniuersaliter quod in omnibus lineis generali
bus si sorores earum sint duplicate duplicatur
earuz benignitas: ⁊ si linee principales sint ma
le: ⁊ linee sorores male duplicatur earum ma-
licia. Et si principales linee sint bone. ⁊ linee
sorores male habetur quod decedãt de sua bo
nitate. ⁊ si linee principales sint male ⁊ sorores
earum bone: deprimunt maliciaz principaliũ.

¶ Capitulum. xviiij. secunde partis. De quadrangulo.

s I iste quadrangulus sit rectus
⁊ bene coloratus rectitudinem ⁊
legalitatem ostendit Econtrario
modo contrarium. Et si sit latus
⁊ planus ⁊ bene coloratus auda
ciam ⁊ largitatem demonstrat. Et si sit arctus:
⁊ strictus significat auariciam ⁊ deceptionem.
Et si i predicto quadrãgulo reperiatur quedã
crux male disposita male colorata tortuosa

ſnequalis diſcontinua: ſignificat oppoſitum.ſ.
vitam infortunatam. Et ſi in eodem loco repe
riatur quoddam ſignum ſimile cuidā ſtelle be
ne coloratum iuſtum legalem fidelem verecun
dum denotat.⁊ emendabit ſe ipſum cum pec-
cauerit ⁊ corriget ſe.⁊ etiam increpabilem vitā
ducentem ſignificat.⁊ ſi ad paupertatem deue
niet tandez poſtea ditabitur: ⁊ finaliter nihil
ſibi deerit.Ualde ēt diliget mulieres ⁊ forte le
deť ab eis.⁊ timenduz eſt ſibi ne obſcureť ei⁹
bonitas ⁊ lumen ab eiſdem ſicut lumen ſtelle
a lumine lune.⁊ ſi reperiať quidam paruulus
circulus in quadrangulo predicto ſignificat ꝑ-
fectionem in ſcientia ⁊ moribus: vt dicunt.Sz
ſi triangulus opponať illi circulo deſtruit illud
⁊ inducit oppoſituz.⁊ medietas circuli mediā
perfectionem innuit.⁊ duo circuli illud augmē
tant niſi a triangulis deſtruantur oppoſitis: Or
vnuſquiſqz triangulus deſtruit ſignum vnius
circuli.⁊ dicunt ꝙ triangulus hic anguſtiam
inimicos ⁊ improſperitatem ſignificat: niſi ſit
alius oppoſitus ſcilicet: itaqꝫ conus eius ſit ſu
pra conuz alterius ſic ⁊ ſi reperiatur hic
quidam quadrangulus ſignificat bonaz
bonitatem in vno tempore: ⁊ malum in alio.⁊
ſi ſint ibi duo quadrāguli ſic ſupe
rabit bonum.⁊ ſi tres ſuperabit malum.⁊ ſi q̄t
tuor ſuperabit bonum.Et quidam eorum par
uus conſtrictus ex vna parte ⁊ media naturali
⁊ ex altera parte triangulus adueniens ex me-
dia linea ſignificat mortales inimicos.⁊ ſi tūc
linea media tangit lineam vite ſuperabitur ab
eis.⁊ ſi non tangit non ſuperabitur.⁊ ſi predic
tus triangulus non tangit lineam menſalez ha
bebit inimicos ſed non mortales.Si media tā
gat lineam vite: ⁊ ſi non tangat non.⁊ quedam
crux pulchra i hoc loco ex oppoſito illi⁹
partis que eſt infra medium ⁊ auricularem pe
regrinationes ſeu labores oſtendit: vt dicunt.

Capitulū.xx.ſecūde ptis.Et ē additio eiuſ
dē Coclitis.De quadrāgulo vel mēſa manus

SI quadrangulus equaliter rect⁹
⁊ amplus fuerit bonam naturaz
amicabilitatem cum oibus pieta
tem fidelitatem ⁊ liberalitatez cū
hylaritate ſignificat.Qui tale ſignum habuerit
ſuis gaudebit laudibus ⁊ gloria.Qui latum in
principio percuſſionem in prima etate dabit
In vltima vero parſimonia vtentur ob quā re
bus iam datis eos penitebit.Si equalis equa
liter diſpenſabit largitatem ſuam.⁊ ſi finis eſt
anguſtus: declarat auariciam in vltima ſui eta
te: ſi in medio in media etate.Si nullus trian-
gulus aut crux: aut tranſuerſalis linea apparue
rit perſeuerantiam ⁊ gloriam in operibus: ⁊ op
timum ſtatum vſqꝫ ad vite finem demonſtrabit
Linee ⁊ crux in medio quandrangulo inopiaz
⁊ ob mentis leuitatem parari facinus qua de
cauſa a patria exulabit vt dicunt recentiores.
Triangulus ad moduz pinnaculi domeſticos
⁊ familiares inimicos demonſtrat.⁊ dicit mor
beth.Si menſa manus fuerit ampla ⁊ lata lar
gitatez ⁊ amiciciaz oſtendit.Si vero ſtricta op
poſitum ⁊ diſcordiam cum multis.Item ſciaſ
ꝙ quādo quadrangulus eſt lenis pulcher ⁊ ſi
ne impedimento bonam famam preſtat: ⁊ no-
bilitatem ingenij cum ſeruauerit proportionē.

Capitulum Uigeſimum primum Secun
de partis.De monte pollicis.

QUoniam concauum tribus mon
tibus circundatur: vt iam diximus⁹
Nunc de ipſis ſpecialiter dica-
mus.Et primo de illo mōte qui
a prima linea ſcilicet vite terminatur.⁊ dicitur
mons pollicis.Si mons iſte ſit rotundus de-
center ⁊ lenis bene coloratus bonam comple
xionem oſtendit: necnon indumentorum orna
menta: atqꝫ mulieres diligentem.⁊ ſi quedam
linea in hoc loco iacens iuxta lineam vite ſecū
dum longitudinem a quibuſdam ſoror linee vi
te dicta inueniatur: ſignificat mala maxime ſi
fuerit rubea luxuriam omnem ſignificat: ⁊ ma
xime talis naturaliter inclinabitur ad concubi
tus maſculorum ⁊ multum delectabitur in te-
nendo ⁊ fricando manibus proprijs pudenda
⁊ quidam dicunt ꝙ ſi hec linea ſit vna cōtinua
a raſcetta vſqꝫ ad illum locum vbi coniungitur li
nea vite medie naturali ⁊ i ea ſit pulcher color
ſignificat diuitias in tota vita.Et ſi hec linea
non apparet in primo loco: ⁊ apparet in medio
⁊ in fine habebit paupertatem in prima etate:
Et diuitias in Secunda ⁊ tertia. Et ſi-
militer quecunqꝫ Pars predicte Linee

deficit: in illa parte diuitiarum defectuz pariet. Ptholomeus quoqz philosophus ait quãdo predicta orit̃ naturaliter inter pollicẽ ⁊ indicẽ ⁊ descendit per montem pollicis ꝓpe lineam capitis ⁊ vite: ⁊ trãsit vsqz ad rascettã ⁊ dicit vt est dictũ supra de sua significatione ⁊ hoc veri⁹ Et dicunt philosophi ꝙ si in latere mõtis pollicis versus brachiũ vel receptam inueniantur quattuor linee equedistantes venientes versus eminentiores ꝑtes mõtis predicti significat diuitias ⁊ honores in prima parte sue etatis. ⁊ si hec linee sint prope iũcturã pollicis significant predicta in secunda ꝑte sue etatis. ⁊ si iuxta vnguem pollicis in senectute. ⁊ ad hoc vt cõpleatur sermo de istis transeamus aliquantulũ ad ordinem dicentes ꝙ si predicte linee reperiantur iuxta iuncturam pollicis significãt predicta euenire in vltima etate. Et quãto p̃dicte linee sunt lõgiores grossiores ⁊ profundiores tanto significat maiores honores ⁊ diuitias. et si sint intercise significant impedimentũ. Et si sint delete p̃teritas. et dicunt ꝙ si q̃dã linee extense a radice pollicis ꝑ montẽ ip̃ius quot linee fuerit tot mulieres vxoribus similes ostendunt. et in manu mulieris tot hoĩes vel amicos similes maritis notant. Si sint recte extense ⁊ pulchre tot p̃dictis mulieribus aut viris copulabit̃. ⁊ p̃dicte linee parue ⁊ furcate tot pueris ꝯiũget̃ Et si infra p̃dictas lineas sit aliq̃ maior altera signũ ẽ hẽre talẽ mulierẽ aut talẽ hoĩez maiorẽ in diuitijs siue genere. ⁊ si p̃dicta linea subtilis venit ab vltima ꝑte radicis pollicis ⁊ descẽdat ꝑ mõtẽ ad lineã vite ⁊ mediã naturalẽ plagas ⁊ lesiones ostẽdũt. ⁊ si q̃dã linee recte bene colorate veniunt quasi a radice pollicis ⁊ scindãt lineã vite longas vias ⁊ ꝑegrinationes atqz diuersas patrias q̃rentẽ notat. ⁊ si q̃dam linee veniant a radice pollicis vsqz ad lineã vite a ꝑte linee postreme: q̃ est versus angulum supremũ cupidũ honoris. ⁊ laudis: ⁊ inanis glorie ⁊ luxurie plenuz indicant. ⁊ si tales linee sint ex altera ꝑte montis pollicis versus rascettam significãt sollicitum esse circa cumulationem pecunie. ⁊ si tales linee sint intercise aut fracte: aut delete significant ip̃edimentum. ⁊ si quedam linea notabilis multũ rubea extendẽs se ꝑ mõtem pollicis ⁊ scindens fortiter digitũ pollicis consanguineaꝝ concubitus ostendit. ⁊ secundũ alios fortem iram. ⁊ si multe linee grosse late inordinate sint in monte pollicis ingratuz amicis ⁊ mutuantem libenter ostendunt. Et si tales sint subtiles intercise vel glomerate subtiles conuerse instabilitatem defectum ⁊ inlegalitem mendacium ⁊ omnimodam fornicationem ostendit. Et si quedam stella reperiatur vel similis in hoc loco risum ⁊ leticiam notat. ⁊ interitum concubitui propter quod vilipensionem incurrit. ⁊ si talis figura X reperiatur ibi honores ⁊ dignitates ostendit. ⁊ si talis figura ☍ vel similis reperiatur in hoc loco iuxta Lineam vite infirmitatem magnaz in illo anno demonstrat.

¶ Capitulum Uigesimum secundum Secũde partis. De monte indicis.

s

Spacium illud: quod est inter radices ⁊ dorsuz manus ⁊ linee vite vel inter indicem ⁊ mediam lineam naturalez dicitur mons indicis vel yr manus. Si illud spacium sit lene mundum ⁊ bene coloratum honestatem vite ⁊ conuersationem laudabilem innuit nec non legalitatem ⁊ iusticiam. ⁊ si quedam linee parue protendant se a radice digiti bene colorate ⁊ recte tendentes ad superius: bonum significãt. Et quanto propinquiores sunt digito: tanto plus bona ostendunt. Hi enim augmentabuntur in bonis ⁊ ab excellentibus personis honorabuntur. Et dicunt quidam ꝙ quot sunt linee tales tot prebendas vel dignitates ecclesiasticas ostendunt. Et si tales linee flectantur ad inferius vel intercise sint: aut delete significant oppositum. Et secundum alios vulnera circa cerebri partes. Et si quedam linee eq̃distent venientes a capite medie naturalis tendentes ad radicem indicis verecundum ⁊ promissa tenentem significat. Et si quedam linea recta satis lata bene colorata oriatur ex hac parte: ⁊ firmetur in eiusdem digiti mensuram: excellentem audaciam ⁊ ꝙ talis sit sine timore ostendit. Et si quedam linea naturalis oriatur ex mensali. ⁊ scindat recte digitum indicẽ audaciam rectã significat. Et si talis linea secetur iuxta radicem indicis a quibusdam lineis vel linea: significat plagas vel plagam circa frontem vel caput. et si sint rubee prope iuncturas hec ventura significat.

Si autem delete aut pallide fuerint hec prete-
risisse denotat. Signum mortis ꝑ fluxũ ventris
est quando vna linea grossa oritur inter indicẽ
⁊ mediũ nec contingit mensalẽ ostendit mortẽ
per fluxũ ventris si grossa sit ⁊ rubea. Et si fue
rit mulier ex partu morieť : ⁊ secundum alios
talis hñs ex plaga morieť. Idem significant
predicte linee si veniant ex mõte digiti vt dicũt
signum mortis ꝑ febres acutas est quando p̃-
dicta linea extendiť versus medium ⁊ acuitur
Signum guttarum ante mortem est quãdo ab
ista linea exeunt multe linee versus finem eius
Item si quedam linea parua oriať ex fine mẽ
salis ⁊ vadat ad radicẽ indicis subitaneaz mor
tem ostendit, et specialiter quando quedam li-
nea veniens ex angulo supremo iungitur cum
dicta linea paruula iuxta radicem predicti digi
ti. Et dicunt ꝙ quedam linea veniens a supe-
riori parte montis: ⁊ sit cadens supra mensalẽ
vel iuxta. Si talis linea sit nimis rubea: mortẽ
per fluxum ventris indicat. Et si talis linea ex
tendatur versus mediam naturalem ⁊ acuitur
morietur febre acuta. Et si quedã parue linee
oriãtur ex predicta linea: ex gutta morietur vel
grauabitur in fine. et si quedam quasi centu-
ra sit iuxta supremum angulum ⁊ respiciat ad
predictum indicem furiosos bellicosos mur-
muratores ⁊ naturaliter seruos ostendit. et ta-
les propria lingua ledentur. Et dicunt ꝙ crux
bene disposita ⁊ bene colorata reperta in mon
te indicis. dignitates ⁊ honores ostendit. et di
cunt ꝙ linee non intricate seu scisse in hoc mõ-
te diuitias ostendunt. Idem significat equilate
rus triangulus bene coloratus sic △ ⁊ spe
cialiter in clericis. et si quedam figura talis
✱ exposita a quibusdam conglomeratis li
neis se custodientibus ibi inueniatur vitam mi
seram ⁊ ambulationem ⁊ debile cerebruz ostẽ
dit. Similiter idem signat hec figura ╳ ma
le disposita: vt dicunt.

¶ Capitulum Uigesimum Tertium Secũ-
de partis. Et est Additio eiusdem Coclitis
De monte indicis.

1 NAVIT morbeth si super
lineam Mensalem versus in-
dicem fuerit crux bene formata ⁊ rubea pre
laturam demonstrat. et quanto magis rubea
erit tanto maior erit dignitas. Et si pro-
pe ipsam apparuerit .O. cum baculo. et si
apparuerit medi⁹ circulus sic. C. habebit sine
baculo. et si inferius futura erit talis dignitas.
Si superius iam factum est. et Ait prefactus
morbeth. Si sit aliqua linea a pollice veniens
versus indicem extendatur ⁊ in vltimo sui cru
cem faciat significat dignitatem baculi ⁊ secun
dum minorationem siue maiorationem sic di-
gnitas adiudicabitur. Dicunt quidaz quod si
in monte iouis fuerit triangulus pulcher digni
tatem sacerdotalem indicat. Et scribit hermes
si due linee coniungantur ad inuicem ⁊ faciant
vt crux in monte indicis honorem significat: et
in medio monte nobilitatem generis persone
⁊ quod ad magnum statum vẽturus sit. et ostẽ
dit magnam prelaturam ⁊ honorem. Item
plures linee per hunc montem transeuntes ca
piti asscribuntur. et idem capitur per tribulatio
nem ⁊ commotionem cerebri: et significat ꝙ ta
les maniaci possunt pati quando turbantur.
Unde apparent quasi furiosi. Si linea men-
salis in indicem transeat significat audaciam
⁊ probitatem. et si linea ipsa secat iuxta indicẽ
plagas ab inimicis significat: hec ille. Breui-
ter quando mons iouis est eminens cum ra-
dijs aut cum stellis: et linee longitudinales
aut transuersales: denotat honores diuitias et
prelaturas cum sublimitate Quando in prin-
cipio anguli supremi oritur vna linea ⁊ porre-
xerit se apud indicem vel eius radicem illa li-
nea est Iouialis. et presertim quando non
est impedita. Et iterum quando vna linea
nascitur ad siluestrem partem montis ⁊ trans-
uersaliter se extendat per montem indicis simi
liter iupiter fortunatus est. et ita si due linee
pulchre vel tres oriuntur a radice indicis vsqz
ad medium tuberculi prelaturam innuit aut
fortunam cum prelatis: si prime due linee se
equitant ad inuicem vt crux: ⁊ sit eminens lo-
cus cum vna vel duabus stellis denotat subli
mitatem cum baculo. Errant stollidi quan-
do crux attribuitur in loco Iouis quoniam
sunt intersecationes linearum ⁊ impedimenta
Preter duarum linearum: que Iouis fortu
nam ostendunt. Quando ad inuicem sunt
connexe: Quia crux denotat detrimentum et

angustiā propter qd̄ fuerint instrumentū patibuli sicut sunt hodie furche in qbus suspendūtur hoīes. Et quādo i radice indicis oriṫ vna linea vel plures arguunt p̄laturā: q2 radij appellantur a recentioribus ⁊ sunt obliqui intus ⁊ extra manum.

¶ Capitulum Vigesimum quartum secūde partis. De monte medij.

Si mōs medij digiti sit sine lineis bene coloratus simplicē ⁊ qetā vitā sine colligatiōe ⁊ calūnia demōstrat. Ecōtrario ↄtrariū notat. et si q̄dā linea veniat a mēsali vsq3 ad radicē p̄dicti digiti extēdit se: signū ē laboꝝ multorū cure magne: ⁊ angustiaru3. et si plures linee sic veniant a mēsali ⁊ extendāt se ad radicem digiti: labores angustias ⁊ tēptatiōes ostēdūt. Et talis substinebit multotiens vincula ⁊ captiōes. et si tales linee sint q̄si nigre tormēta notāt et si tales veniāt a cōcauo manus secātes mensalē ⁊ extēdant se ad radicē medij. et finientur vltra iuncturā: si dux vel rex fuerit in vinculis morieṫ. et si tales linee sunt subtiles quasi delete negligentē ⁊ pigrū denotāt. et si q̄dam linee grosse curte ⁊ ꝓfunde reperiant̄ in hoc loco signū ē qeti viri quādoq3. et si q̄dā linea ipsas intersecat labores significat. et si q̄dā linee parue descendant a radice medij per monte3 ipsius plagas ostendunt in ventre ⁊ pectore: et si sint rubee futura. Si pallide aut delete preterita indicāt vulnera. et si q̄dā linea aspera ⁊ tortuosa descendat inter mediū ⁊ medicū ab eaꝝ radicibus stulticiā ⁊ temeritatē ostēdit. ⁊ si q̄dā linee ↄiungant̄ in hoc loco i mōte medij sic × respiciētes p̄dictū mediū futuꝝ bonū demonstrāt Hoc idē significat in mōte indicis, et fecerūt qdā hūc sermonē ↄportabilē ⁊ ꝓbabilē dicentes. Qd̄ si mulieres plures lineas meliores ⁊ maiores hn̄t inter mediū ⁊ medicū q̄3 inter medicū ⁊ auricularē significat aptitudinē generandi ⁊ concipiendi ⁊ gerēdi masculos. et si linee ille que sunt inter medicum ⁊ auricularem sint plures ⁊ maiores ⁊ meliores illis lineis existētibus inter medium ⁊ medicum significat aptitudinem ⁊ potentiam generandi seu gerendi feminas. De significationibus cuiuslibet linee principalis vel accidentalis diligenter tractauimus particulariter in rascopia nostra. In quibus diximus luculenti sermone. De numero parētū seu ↄsanguineoꝝ: filioꝝ: nepotū: amicorū: emuloꝝ. Ac ēt de statu cuiuslibet hoīs: ⁊ diuitijs: ⁊ paupertatibus: fortunis ⁊ infortunijs boni ⁊ mali secundū effectū cuiuslibet planete ⁊ signoꝝ sigillatim ex omnibus lineis tam naturalibus q̄3 accidentalibus. Viginti octo mā̄sionū: ⁊ sexaginta duaꝝ distinctionū distincte ⁊ apte veritatē certissimā narrauimus diligenter De qbus tractatibus verissimas experiētias inuenim⁹. et qua fine seu morte qlibet homo morieṫ inuenies clarissime sine dubio d̄claratu3 Dicit eni3 aristoteles philosophus hec verba in accessu ⁊ recessu circuli obliq: fiūt generationes ⁊ corruptiones in inferioribus. In hora quoq3 ascendentis ⁊ originis acquiruntur bonum vel malum secundum dispositionem celestium erraticarum septem: et quarumlibet fixarum. Et coniunctionem aspectuū exaltationem ⁊ depressionem erreticarum septem predictarum. Si autem fuerit hora illius planete bene disposita: ⁊ fortunata erit foetus ille fortunatus. Et econuerso. Nunc autem propter prolixitatem sermonum dimisimus predicta eo q̄ in nostris libris riscopie plenaria tractauimus distincte ex omnibus casibus: ⁊ accidentibus cuilibet homini secundum naturam ⁊ influentiam: seu effectum omnium stellarum. Nunc autem tractaturi sumus de aliquibus necessarijs ⁊ primo de monte Medici.

¶ Capitulum Vigesimum quintum secunde partis. Et est additio eiusdē Coclitis. De monte medij vel saturni.

Quando vna linea oriṫ a mēsali ⁊ extenditur per montem medij vsq3 ad radicem digiti sine impedimento maximo denotat post periodum Saturni augumentum in rebus de natura Saturni ⁊ precipue in agricultura ⁊ in ornamentis domorū sine dubio. Si alie linee cōglomerantur in ipso monte malum denotat sicut dixi i libro quarto et si sint in radice digiti penitus carceres ostendunt: Intensiue ⁊ remissiue secundum formam Linearum.

Capitulum Vigesimum. Secunde partis De monte medici.

J due linee paruule concurrunt ex linea mensali ad radicem medici subtilitatem ingenij ⁊ inuestigationem diuersaꝝ artium ⁊ eloquentiam ⁊ arrogantiam ⁊ inanem gloriam d̄monstrat. ⁊ secundum alios honores ⁊ dignitates seculares vel ecclesiasticas. Signum multarum artium ⁊ inquirentium subtilia: diligendo loquendo ⁊ tacendo ⁊ secundum quosdaz honoris ⁊ dignitatis est: quando due linee reperiuntur in monte medici equedistantes. Et si quedam linea grossa ⁊ rubea scindat predictas significat impedimentũ. et si tales linee paruule sint valde subtiles aut delete: significat predicta esse debilia aut preterita. et si linee impedientes predictas lineas paruulas veniãt prope ipsas ⁊ non tangãt ipsas paruas lineas predictas signum est ꝙ talibus impedimentis vicinus erit: tamen non impedietur. sz suos pauperabit inimicos. et si predicte linee parue non procedunt equaliter a mensali: neqz appropinquentur equaliter ipsi digito: sed vna magis altera mutationem status ⁊ vite significat. et si sint quedam linee scindentes vnam illarum: ⁊ illa: que scinditur sit melior: mutabit ad peius. Si autem peior scindet erit mutatio ad peius. et si quedã linee parue descẽdunt a radice medici: ⁊ sint pulchre significat sapiẽtem letũ ⁊ libenter mutuantem. Et si tales linee sint grosse ⁊ recte in renibus vulnera demonstrant: vt dicunt. Si sint rubee quasi presentia notat vulnera. Si autem pallide aut delete preterita. Et si quedam linea naturaliter bene disposita ⁊ grossa ⁊ bene colorata iter medicum ⁊ auricularem descendat quasi a radicibus predictorum digitorum: ⁊ tendat versus mensalez excellentẽ statũ ⁊ largitatẽ designat.

Capitulum Vigesimum septimum. secunde partis. De monte auricularis.

J spacium sit purum bene coloratum stabilitatem animi castitatem ⁊ continentiam demonstrat. Et si q̄daz linea notabilis recta subtilis decenter colorata oriatur a mensali et vadat ad radicem auricularis significat auariciam in viris ⁊ sceleris alicuius conscium facit. Si in muliere virginitatem seu castitatem Si obliqua seu grossa fuerit: largitatem famosam: et in muliere corruptionem ⁊ luxuriam. Et si quedam linee reperiantur in hoc loco: q̄rum quedam sit magna: ⁊ quedam parua: quedam vero mediocris: signuz est luxurie ⁊ amoris ⁊ auaricie. et dicitur quod si linee ille sint recte bene colorate erit amor iste a natura circa nobiles ⁊ valentes personas. Et si sint inordinate ⁊ tortuose erit amor circa viles ⁊ malas personas magis inclinatus. et si intra vel infra predictas lineas reperiãtur vna vel due: vel tres vel plures linee notabiliores alijs tot homines vel mulieres naturaliter super alios vel nobiliores alijs dilexit. et secundum qd̄ vna illarum linearuz fuerit maior altera sic dilexit vnum magis q̄z alium vel nobiliorem aut ditiorem alio. et si tales linee sint rubee significat hoc i presenti vel in breui futurum. Si sunt delete hoc erit preteritum. et si sunt intercise interdicitur earum significatio. et hoc notandum est regulariter in omnibus. et si quedaz linee veniant quasi ex dorso manus existentes inter lineam mensalem ⁊ auricularem nuptias denuntiant. Quia secundum earum numerum erit numerus nuptiarum. Dico autem quod tales linee aut sunt recte aut tortuose aut oblique aut flexe super supremam partem decenter. Si sunt recte significant ꝙ talis secundum numerum predictarum linearuz habebit vxores malas. Si fuerint flexe habebit vxores viduas vel non puellas seu virgines. et si quedam illarum linearum sit flexa ibi ⁊ tortuosa: ⁊ quedam recta significant quandam malam: ⁊ quãdam puellam vxorem. et si inter predictas lineas sit quedam linea maior altera significat quod vxor illa figurata per illaz lineaz erit maior alijs diuitijs vel nobilitate. et si tales linee sint delete preteritas nuptias vel vxores d̄mõstrat. et si intercise fuerint impeditas vxores ostendit. et si sint rubee presentes aut proxime futuras indicat. et si quedaz linee grosse ⁊ rubee procedant a radice auricularis: ⁊ extẽdãt se per montem ipsius vel iuxta mendaces: fures inordinatos ⁊ insidiatores ostendunt. et secundum aliquos plagas in genu inferius innuit. et si predicte linee veniant a mensali ⁊

extendantur per montem auricularis: ⁊ non at
tingant ad radicem eiusdem auricularis vulne
ra seu plagas in brachiis ⁊ manibus ostende-
re iudicantur. Et si quedam linea semicircula-
ris veluti hic ◡ procedat a radice predicti
digiti respiciens medicum mutationem status
ad bonum demonstrat. Si autem hec linea res
piciat ad inferius versus dorsum manus deno
tat contrarium hoc est mutationem ad maluz.

¶ Capitulum Vigesimum octavuz secunde
partis. ⁊ De monte manus.

s I mons manus sit lenis purus
⁊ bene coloratus legalem homi-
nem ⁊ pacificuz demonstrat. Et
si quedam linee oriuntur ex par-
te inferiori mõtis versus dorsum manus ⁊ va
dant ad superius: ⁊ earuz caude flectantur ver
sus mensalem significant amicos extraneos. ⁊
si tales linee sint prope rascettaz amicos de na
tione aut de parentela ostendunt. Et si predic
te linee flectantur ad rascettam significant im-
potentes amicos credentes tamen prodesse si
bi ⁊ non possunt. Et quanto maiores ⁊ notabi
liores fuerint dicte linee: tanto maiores ⁊ nota
biliores amicos ostendit. ⁊ si secentur predic-
te linee a quibusdam lineis transversalibus nõ
habebit amicos. ⁊ si habebit non erunt fideles
sed erũt amici fortune. ⁊ si sunt delete erũt pre
teriti. Et si quedam linee veniant a percussio-
ne manus facientes angulum acutum in hoc
monte sub hac figura /\ mortales inimicos
ostendunt: aut ꝙ tales a casu vel precipitio pe-
ribunt. ⁊ si quedam linee facientes predictam
figuram venientes ex parte superiori ita ꝙ co-
nus unius vadat super conum alterius figure
sic ut hic patet X Iste hebetabitur iter ini
micos aut erit eis equalis. ⁊ secundum apꝓ
ximationem huius ad lineam mensalez vel ad
rascettam significant inimicos esse extraneos:
vel privatos. ⁊ si tales figure multiplicentur:
ibi sub hac forma ≈ # M peribit i
aquis Et si quedam linee oriãtur a radice ma
nus ⁊ recte extendantur per montez manus si
fuerint bene colorate: si ad presens malum ha
bet letetur quoniam bonuz habebit. ⁊ si quedã
linee concurrentes ad invicem oblique ⁊ quasi
expugnantes: subito in aliquo concursu morie
tur. Et si quedaz linee rubee notabiles veniãt
ex monte manus: ⁊ vadant ad mensalem ini-
micos ostendunt. Et secundum numerum li-
nearum ⁊ grossiciem erit numerus ⁊ vigor ini
micorum. ⁊ si quedam linee recte due vel tres
bene colorate in hoc loco reperiãtur imperitiã
significant. Et specialiter si quedã parva crux
reperiatur cum eis. ⁊ si quedam linee parve ca
pillares inordinate sint i hoc loco in iuventute
perfectionem nature ⁊ potentiam ostendunt. ⁊
specialiter si sint inordinate multe. ⁊ si tales li-
nee parve sint versus rascettam signum est fri-
gide ⁊ flegmatice nature: ⁊ fluxum ventris indi
cant. ⁊ si tales linee sint rubee alium morbum
indicãt. ⁊ si pars illa sit levis ⁊ mollis erit mor
bus ex flegmate. Si sit aspera ⁊ sicca erit ex me
lancholia vel colera. ⁊ si quedam crepature vel
linee similes crepaturis reperiantur in hoc lo-
co prope mediam naturalem: distinctionem na
ture aut senectutem: aut frigus denotant. ⁊ que
dam linea absoluta ab eis lineis respiciens in
ferius ad brachium significant mutuantem et
debitorem semper. Et si quedam figura talis
A respiciens ad superius inveniatur famo
sum virum ⁊ crescentem ad melius indicat. ⁊
si hec figura C reperiatur in hoc loco patri
cidam vel fratricidam ostendit. ⁊ i muliere for
te idem. Tamen mulier nequissima erit. Et si
quedam stella talis ✳ in hoc loco reperiat
significat incrementum.

¶ Capitulum Vigesimum nonum secunde
partis. De tertia parte manus scilicet digitorũ
Et primo de pollice.

p Ostquaz de duabus primis par
tibus ⁊ de lineis ⁊ figuris existẽ
tibus in istis tractavimus. Nũc
de ea que est digitorum parte vi-
detur cõveniẽs expedire. ⁊ primo de pollice eo
ꝙ tanquam clavis digitorum ⁊ manus esse vi-
detur. Dico ergo quod si quedam linee nota-
biles rubee integre scindant fortiter primam
iuncturam pollicis ⁊ vadant ad ipsum digituz
denotant secundum numerum ⁊ nobilitatem
fratrum aut sororum. ⁊ si sint fracte: aut delete
mortuos fratres indicant. ⁊ quedam linee exi-
stentes infra primam ⁊ ultimam iuncturam hu
ius digiti parentelam magnam ⁊ multam aut

parvam ⁊ paucam secundum multitudinem ⁊
magnitudinem seu paucitatem ⁊ parvitatem li
nearum ostendunt. Et si quedam linea circuit
pollicem iuxta supremam iuncturam eius sus-
pensionem denotat. Et si linea arcualis: que
est in dorso digiti versus iuncturam coniunga-
tur cum quadam alia arcuali existente ex parte
vngule suspensionem denotat: ac hominem do
losum ⁊ nequam ostendit. Et hec linea arcua-
lis sic disposita in eadem iunctura in inferiori
parte digiti indicat submersionem in aqua. ⁊ si
predicte linee non cōiunguntur sed prope sint
erit prope suspensionem vel submersionem. et
si predicta linea arcualis que est in interiori par
te in ipsa vltima iunctura coniungatur cum il-
la linea arcuali: que est su per dorsum digiti in
eadem iunctura significat suspensionem. Et si
talis figura. O aliterr ⊕ eperiatur su-
per dorsum pollicis iuxta supremam iuncturā
submergetur. Et si multum sit prope ⁊ talis
figura vertatur sic ⊖ iuxta vnguem suspen-
detur vel strangulabitur: ⁊ leprosum ⁊ odiosū
furem ⁊ adulterum hominem denotat. Et si in
dorso pollicis iuxta vnguem fuerit talis stella
✳ erit luxuriosus valde. ⁊ si predicta figu-
ra fuerit talis scilicet ✕ matrem aut sororē
corrumpet: vt dicunt.

Capitulum Trigesimum secunde partis.
Et est Additio eiusdem Coclitis. De digito
pollicis.

i Am expertus sum q quando in
pria iunctura pollicis sit linea cō
tinua ⁊ sine intersectione decapi-
tabitur ille vel suspendetur: Et si
militer dico q quando sunt due vel tres linee
semicirculares inter primam ⁊ secundam iunc
turam rubicunde indicant etiam vt dixi ⁊ pre-
cipue carcerem presertim si annexa sunt infor-
tunata non distinguas inter suspensionē ⁊ am
putationem capitis quia apud auctores non
sunt distincte in diversis regionibus diversifi-
catur genus mortis. Sed sufficit nobis lesio
capitis: si sint incisi vel compressi cum funicu-
lis aut manibus vt fuerunt multi sicut hodie
accidit propter impium ecclesiasticum tyran-
num. Et si circumcirca vltimam iuncturam di
giti pollicis sint linee capillares denotant ma-
teriam cattarralem exuberare: aut sinanchiam:
⁊ similia: dummodo medie naturalis observe-
tur proportio. Aliqui dicunt periculum in aqs
Et accipitur pro capite apud chyromanticos:
ab humeris ad summitatem ante ⁊ post.

Capitulum.xxxj.secunde partis de indice.

q Vidam autem hanc scientiam
describentes solū de pollice trac
tauerunt; aliorumq digitorum li
nearum figurarum ⁊ signorū iu
dicia inutilia reputantes neglexerunt: aut forte
ignorantes non scripserunt: ⁊ fuit mirabile de
istis: quoniam viderunt quasdam lineas ⁊ q̄s-
dam figuras in quibusdam digitis aliquorum
⁊ in quibusdam aliquorum non viderūt: ⁊ cer-
tam causam diversitatis non investigaverunt:
vel quare magis in pollice habeant lineas ⁊ si
gna aliquid ostendere quam in alijs digitis cū
vnusquisq digitorum habeat attributionem
sui planete: Et etiam reperiatur in ipsis in ra-
dice ⁊ medio virtus tactus potissime ⁊ ideo sa
pientie tantum ipsis relinquo: ⁊ revertor ad
tractandum de neglectis aut ignoratis ab eis
in quibus pulchra vtiq est consideratio ⁊ pri-
mo incipiam ab indice. Et dico q si quedam
linea notabilis recta bene colorata oriatur ex
radice indicis: ⁊ vadat vsq ad mediam iunctu
ram vel prope significat audaciam ⁊ honores
⁊ si fuerint due linee ⁊ scindant fortiter digitū
vsq ad mediam iuncturam vel iuxta matrem
suam violabit: vt quidam dicunt. Et si quedā
linee parue oriantur ex radice indicis: ⁊ vadāt
transuerse per ipsum digitum quasi ad superius
versus dorsum digiti significat colericū ⁊ suas
conditiones: vt patet hic ⁊ si tales linee
vadant ad inferius arcuales significant melan
colicum ⁊ suas conditiones vt patet hic
⁊ si hee linee oriantur ex latere indicis ⁊ currāt
recte equedistantes ad aliud latus significant
sanguineum ⁊ suas conditiones vt patet hic
Et si quedam illarum linearum vadāt
ad superius: ⁊ quedam ad inferius est signum
flegmatis ⁊ sue cōditionis vt patet hic
⁊ si quedam crux reperiatur in hoc digito sic
significat adulterium. ⁊ si super dorsum
istius digiti repiat figura stelle vt hic ✳ lu
xuriosum demonstrat: ⁊ forte ad aliquod bene

ficium ⁊ honorem pervenientem ex causa mulieris.

Capitulum Trigesimum secundum secunde partis. De Digito medio.

Si in isto digito scilicet medio reperiuntur linee complexionarie sicut superius dixi: ⁊ sint similes illis existentibus in indice complexionem ⁊ condicionem talem confirmant. Et si in isto digito sunt dissimiles alterius condicionis seu complexionis erit complexio ista ⁊ hic sermo intelligatur de medico ⁊ auriculari. Tamen raro reperiuntur Linee contrarie i hoc digito aut in medico. ⁊ si quedam linea sit ad pedem illius digiti iste erit sufficiens ⁊ ad bella promptus ⁊ durus dominus. ⁊ si quedā linea notabilis reperiatur in hoc loco in medio huius digiti nunquam proficit talis. ⁊ si quedam linea obliqua sit: quicquid habuerit ex bonis fortune amittet. ⁊ si fuerit pugnator in pugna succumbet. ⁊ si quidaz triangulus reperiatur in hoc digito sub tali figura infortunium: ⁊ semper deteriorem fore ⁊ peiorem ꝺ monstrat.

Capitulum Trigesimum tertium. Secunde partis iterum De medico.

Si quedam linea recta bene colorata oriatur ex radice medici: ⁊ extendat se per medietatem digiti sapientem ⁊ subtilem hominez demonstrat: ⁊ talis est gratiosus ⁊ magnus in anima. ⁊ si ibi due tales linee fuerint illud fortius denotant. ⁊ si talis linea secetur a quibusdam lineis illud destruunt ⁊ secundum aliquos vulnera in coxa indicant. ⁊ si quedam linea semicircularis grossa reperiatur in hoc loco pessimum debitorem male morigeratum infelicem: ⁊ anime sue malum denunciat. Et si talis linea reperiatur sub radice ipsius digiti i monte eius per industriam suam euitabit lesiones ⁊ damna. ⁊ sermo iste de predictis duabꝰ lineis tenet in omnibus digitis. ⁊ si quedam linee similes crepaturis: aut quedam crepature reperiantur super vltimam iuncturam huius digiti: ⁊ in interiori parte vbi potissime vigeat tactus passionem nature: aut debilitatem: aut destructionem significant ⁊ hoc est generaliter in omnibus digitis: cum ibi locus debeat esse purissimus ⁊ lenis.

Capitulum. xxxiiij. Secunde partis. ⁊ est Additio eiusdez Coclitis De digito medico.

Prefacta linea quam ponit auctor principio capituli est optima ⁊ sublimis linea: ⁊ est sol fortunatus ⁊ precipue quando se extendit ad radicem digiti. ⁊ si sit in diametro medij digiti arguit dignitates seculares. ⁊ si sunt due ⁊ subiectum sit preparatum denotat augumentum regni ⁊ dominium. Aliqui appellant ipsam lineam solarem: ⁊ diuitiarum ⁊ magisterij: ⁊ denotat septem artes liberales: ⁊ precipue philosophiam: ⁊ indagatorez diuersarum artiū ⁊ optimam in ipsis artibus innuit dispositionem. ⁊ si sequitur proportio denotat diuitias apud principes vel reges: si est impedita aut glomerata a pluribus lineis fuge dominium principis: quia finis est detestabilis vt notaui: si impeditur ab vna linea ⁊ impediens sit minus fortis euadet ab infamia aut periculo: ⁊ quot sunt linee tot sunt impedimenta. ⁊ est celeste munus i quibus talis linea est fortunata.

Capitulum. xxxv. Secunde partis de digito auriculari.

In isto digito sunt linee complexionarie similis efficacie illis existentibus lineis in indice: figura vel intellige concordantiam istarum cum illis: ⁊ iudica secundum quod diximus. ⁊ quedam linee cicatricibus similes non aperte sz obscure. Leues ⁊ inordinatos ⁊ fures ⁊ cetera que diximus inter mercurij casus demonstrant. ⁊ si quedam linea sit in hoc digito obscura ⁊ profunda: ⁊ respiciat ad inferiorem partem sui sic furē vinosum alias vitiosum aut ruinosum demonstrat. ⁊ si talis linea respiciat ad superius versus medicum sic si talis non furatur verberabitur ꝑpter suspicionem: sed semper negabit. ⁊ si talis linea sit rotunda sic vtilem furem ⁊ potētem: sed a furto abstinentem ostendit. Et dicunt quod quedam linea valde grossa ita qꝺ nō videat linea sz quedā icisio vel lōga fouea sic furē obliuiosuz ostēdit. ⁊ si alteri ea q̄ furat accomodauerit nō recordabit sed alijs mittet maxime. Et si q̄dā figura talis X inuēta fuerit ibi fatuum ostēdit: aliter furem demonstrat: vt dicunt.

¶ Capitulum.xxxvj.⁊ vltimū secūde ꝑtis. ⁊ ē Additio eiusdē Coclitis ꝺ digito auriculari.

a Liquotiēs i isto tuberculo repe‑rit in radice digiti vna linea pul‑chra extēdēs se vltra ad secūdaȝ iūcturā:⁊ tunc arguit nobilitateȝ ingenij in diuersis facultatibus applicati:pre‑sertim qn̄ tuberculū ē clarum cū lineis nitidis Et qn̄ ego volo ispicere q̄litatē ⁊ q̄ȝtitatē filio‑rum ispicio quot sunt linee inter primā iunctu‑ram ⁊ secūdā ⁊ ex q̄ȝtitate illaꝝ iudico filios ⁊ si sunt obliq̄ filias:si vero ipedite sint nullū filiū vel filiā. Si erunt parue nō victuros iudico:si lōge ꝑmāsuros. Et quot sunt linee inter auri‑culare ⁊ solarē:tot lesiones i manu magna ostē‑dunt.s.qn̄ sunt in fine pulpe scilicet circa prin‑cipium digitoꝝ. Et similr̄ i pede magno quot sunt linee inter medium ⁊ medicum digitum infallibiliter inueni omnia predicta.

¶ Capitulū primum tertie ꝑtis chyromantie Conciliatoris. De quantitate ⁊ q̄litate man⁹.

p Ostquam determinata sunt ea q̄ de lineis ⁊ figuris existētibus in manu dicta sunt. Nunc de qui‑busdam alijs:vtputa de q̄litate ⁊ q̄ȝtitate ⁊ ceteris dicemus. Et primo de q̄ȝtita‑te qꝛ immediatius iheret substātie. Dico ergo qꝺ q̄ȝtitas ꝑfecta ⁊ pulchra manus ꝯsistit i tri‑bus. Primū ē qꝺ in suo genere manus sit sa‑tis magna:⁊ decenter ꝓportionata.secundū ē: qꝺ hec eadē sit respectu corporis cui⁹ ē man⁹. Tertium est:qꝺ vnaqueqȝ pars debite det ꝓ‑portionē alteri. Quicunqȝ ergo hēt tales man⁹ erit bone nature:⁊ ꝯplexionis ⁊ audax ⁊c. Cō‑trario modo ꝯtrarium hēbis. Quicūqȝ hēt ma‑nus maxime nimis breues respectu aliaꝝ par‑tium:⁊ respectu sui corporis cauillatorē ⁊ saga‑cem ⁊ fortē idicāt. Et si manus sint nimis cur‑te respectu aliaꝝ ꝑtiū:sui corporis:⁊ digiti ipa‑rum sint nimis curti respectu manus talium transgressorē furē isidiatorē:⁊ omni negcia ple‑nū indicant. Et manus satis magne respectu corporis cuius sunt manus subtilem calliduȝ subdolū loq̄cē ⁊ subsānatorē demōstrāt. Pa‑tet i varijs. Lōga palma cū grossis ⁊ curtis di‑gitis:pigrū negligētē ⁊ fatuū demōstrāt. Et si digiti hui⁹modi palme breues vel lōgi sint mul‑tū hebetati ⁊ obtusi specialr̄ flegmaticā ꝯplexio‑nē ⁊ suas ꝯditiōes ꝯfirmāt.et mulieres hn̄tes curtā palmā difficultate ꝑtus grauabunt. Et hoc ꝑꝑ curtā lōgitudinē scissure vulue: Que q̄‑dē lōgitudo ē similis lōgitudini q̄ ē i dorso me‑dij digiti iuxta primā iūcturā veniēs ꝑ palmā vsqȝ ad rascettā.⁊ hec duplicata erit mēsura pe‑dis. Qui aūt hēt palmā lōgā ⁊ digitos ꝓpor‑tionabiliter.igeniosus i multis opib⁹ erit ⁊ spe‑cialr̄ i his q̄ fiūt:⁊ bn̄ patet hoc i mulierib⁹ an‑glie. Manus carnee cū bōa soliditate:⁊ bn̄ ꝺ‑articulate lōgā vitā significāt.cōcaue vero ma‑nus tn̄ male ꝺarticulate:breuē vitā notāt. ma‑nus lōge ⁊ graciles tyrānideȝ idicāt. Man⁹ tenues ⁊ curte:loq̄cē ⁊ voratorē demōstrāt. qn̄ manus cū brachijs sunt ita lōge q̄ erecto toto corpore genibus ap ꝓpinquēt fortitudinē ani‑mi ⁊ aptitudinē ostēdūt. Et rasis addens dixit sublimitatē ⁊ arrogātiā ⁊ cupiditatē regēdi. Si aūt ad femora ifra mediā desināt maliuolū dis‑cordē ⁊ ignorātem demōstrat.

¶ Capitulum secundum Tertie ꝑtis. De di‑gitis ⁊ De modo tractandi.

f I aūt digiti sint tēperate magni‑tudinis ⁊ honeste speciei mores optios indicāt. Et qn̄ digiti sunt ꝑui ⁊ tenues stultū inidū audacē ⁊ feꝝ idicāt. Qui nimiū tenues ⁊ nimiuȝ ꝓxi‑mi fuerit stulticiā demōstrāt.⁊ si imoderato spa‑cio a se distēt:loquaces ⁊ leues hinc iudicabis Et qn̄ digiti sunt erecti ⁊ ꝯiuncti ita vt aer nō trāspareat notabiliter iter ipos:signū est curia‑litatis magne. Et qn̄ digiti sunt collecti ita qꝺ nō transpareant:⁊ sint conglobati auaꝝ ⁊ ma‑lignū ostēdūt.⁊ digiti recti si flectantur versus dorsum inidum ⁊ subtilem ⁊ ingeniosum indi‑cāt:maxime si subtiles sunt.⁊ qn̄ flectunt i vlti‑ma iūctura inidū idicāt.⁊ qn̄ digiti sunt dispꝑsi pauptatē ⁊ miseriā ostēdūt:⁊ loq̄ceȝ:patet hoc i mēdicātibus.⁊ qcūqȝ ꝑcutit digitos ac si vel‑let timpanizare:signū ē varie cogitationis aut male. Qui habet ꝯsuetudinē percutiēdi palmā dū loquitur ⁊ possit abstinere: signum est iper‑fectionis ⁊ passionis anime. ⁊ si abstinet deno‑tat oppositum.⁊ qn̄ quis extendit manum ad capiendum aliq̄d ⁊ manus eius moderate tre‑ment signum est velocis reditus ab ira ad in‑tellectum:⁊ q̄ talis sit iuuenis sanus ⁊ satis fortis.⁊ si sit iuuenis ⁊ non sit fortis erit melā

colicus:timidus:tristis ꝛ male cogitationis. ꝛ
si quis dum comedit vadit obuiam cibo:mali
uolus gulosus ꝛ discors homo erit. si quis dũ
ambulat a consuetudine tenuerit manum clau
sam mouẽdo brachiũ ipetuosus ẽ. ꝛ si quis ha
buerit a consuetudine quod teneat pollicem
clausum inter alios digitos auarus est.

¶ Capitulum tertium Tertie partis De vn-guibus.

Ngues lati ꝛ longi decenter te-
v nues albi ꝛ splendidi subruben-
tes signũ est ingenij optimi ꝛ bo
num notat. Oblongi autem ꝛ an
gusti soliditatem aut firmitatem demonstrant:
Inflexi autem ꝛ tardi inpudentem rapacem
qꝫ ostendunt. Et similes sunt ancipitri. Et si i
talibus vnguibus reperiantur digiti valde ma
cri ethicam passionem ꝛ soliditatez demõstrãt.
Et vngues valde breues maliuolum ꝛ discor
dem indicant. ꝛ hoc idem pallidi nigri asperi
quasi rotundi luxuriosum ꝛ promptuꝫ in vene
re vt dicunt quidam. ꝛ si quedam puncta alba
reperiantur in vnguibus amicos ꝛ benedictio
nem indicant. ꝛ quedam puncta nigra inimi-
cos ꝛ persecutiones ꝛ maledictiones ostendũt
aut noua damna.

¶ Capitulum Quartum. Tertie partis. De colore.

Olor albus ꝛ quasi prospicuus
c clarus ꝛ subrubeus equaliter q̃-
litatem communem bonitatem i
genij ꝛ mores optimos ostendit.
Talis enim color debet esse in toto corpore
naturaliter bene disposito. Imaginamur eniꝫ
ꝙ corpus prospicuum album extendatur suꝑ
corpus sanguineum ꝛ ꝙ apparebit color. Di-
ximus nisi propter estatem aut frigus aut labo
rem ꝛ cetera mutatur color iste. Si autem colo
ri:queꝫ diximus superest rubedo ꝛ claritas mi
nor in manu signum est sanguinee complexio-
nis:ꝛ suarum conditionum. ꝛ si talis color sit
flammeus ociosum ostendit ꝛ maxime si ei isit
mobilitas oculorum. Et si talis rubedo sit fus
ca signum est grossi sanguinis ꝛ deceptoris. si
autem talis color rubeus appropinquat viridi
tati vel quasi glaucedini plus quam albedini
nigram coleram ꝛ suas conditiones ostendit.
Si autem proximus fuerit citrinitati colericuꝫ
ostendit. Si autem citrinitati subtili quasi albe
dini qualis solet esse in conualescẽtibus:ꝛ hoc
sine magna materia signum est emissionis sper
matis ꝛ spirituum ꝛ tales detinentur amore he
roum alias equorum:ꝛ specialiter si eius oculi
sint profundi ꝛ mobiles. si autem albedo supe
ret ꝛ rubedo sit in tantum diminuta ꝙ vix ap-
pareat signum est flegmatis ꝛ sue conditionis
Talis eniꝫ color solet appellari gliscus. Et si
huic colori sit admixta viriditas mali ꝛ flegma
tici signum est ꝛ suarum conditionum. Et ille
color dicitur color plumbeus commixtus cum
fusco citrino ꝛ viridi vltimum gradum malicie
complexionis ostendit.

¶ Capitulum Quintum Tertie partis. De tactu.

Actus temperatus ꝛ bonus cõsi
t stit in debita proportione prima-
rum qualitatum qui magis apꝓ
pinquat caliditati ꝛ lenitati quaꝫ
frigiditati aut asperitati:ꝛ magis carnositati q̃ꝫ
macilentie. Talis enim tactus significat boni
tatem complexionis ꝛ optimum ingenium ꝛ i
tellectũ. Tactus enim calidus lenitati admix
tus calidam ꝛ humidam complexionem osten
dit. Si autem asperitati ad misceatur calidaꝫ ꝛ
siccam innuit complexionem. Si autem tactus
sit frigidus lenitati admixtus signum est fleg-
matis. si vero asperitati signuꝫ est melancolie.

¶ Capitulum sextum Tertie partis. De ner-uis iuncturis ꝛ venis.

Erui grossi ꝛ iũcture fortes ho-
n mines indicant. subtiles ꝛ lassi ꝛ
occulti debiles ostendunt homi-
nes. Vene multum late ꝛ appa-
rentes colericum ꝛ suas conditiones ostendũt
subtracte melancolicum. Profunde flegmati
cum. In debita proportione apparentes ꝛ no
tabiles sanguineum indicant.

¶ Capitulum septimum Tertie partis. De pilis.

q Vlicūqȝ pilos decēter in debita
q̄ȝtitate habuerit sup dorsū man⁹
ꝛ specialr̄ circa ptē iferiorē ꝛ cirra
ca pollicē ꝛ sup digitos signū ē bōe ꝯplexiōis
ꝛ nature.nimia pilositas istabilitatē notat. ꝛ si
talis pilositas sit inordinata ꝛ dispsa inordina
tā cōplexionē ꝛ aiaȝ ostendit.ꝛ paucitas piloꝝ
animum femineum ostendit. Et si in manu
non sunt pili signum est maloruȝ morum ꝛ stul
ti prosumptuosi ꝛ effeminati viri ꝛ deterior erit
sicut non habens barbaȝ assimilatur eunucho
Et si sint pili decenter parui in dorso manus
versus percussionem.ꝛ super dorsum quattuor
digitorum super primas duas iuncturas sint
pauci parui pili permixti coloris signuȝ est sub
tilis ingenij ꝛ alti ꝛ penetrabilis intellectus.

¶ Capitulū.viij.tertie ptis d̄ modo iudicādi.

d Iuersitas autem ꝛ modus iudi
candi apud chyromanticos est
magnus.sunt enim quidam qui
volunt non nisi certis temporib⁹
anni: ꝛ certis manibus iudicium cernere. ver-
bi gratia volunt enim ꝙ dextra viri respiciatur
in estate ꝛ vere in die dominico vel iouis. Sini
stra vero mulieris in autumno ꝛ hieme die ve-
neris. Tamen horarum diuersitatem non de-
derunt forte sciunt eam ipsi. Alij autem fuerūt
magis autentici qui dederunt diuersitatem tan
tum in manibus ꝛ etatibus. Voluerunt enim
ꝙ tam in viris quam in mulieribus respicerett
manus dextera scilicet quinqȝ linee in fine mō
tis pollicis ex vna comprehense ꝛ conglome-
rate non reperiantur in manu. Et si reperiun-
tur volunt ꝙ respiciatur manus sinistra. Simi-
liter voluerunt ꝙ manus infantium respiciatt
eo ꝙ in paruis signa appareant manifesta non
deleta a labore vel a frigore vel infirmitatibus
vt in nobis ꝛ forte isti bene.

¶ Capitulum nonum Tertie partis De q̄t-
tuor lineis naturalibus.

l Inee naturales sunt quattuor in
planicie ois ciros a pede supe-
rioris linee. Linea directa versus
eandem triangulum facit. Superior linea triā
guli vita pro quantitate sua metitur. Si obli-
que inde habeat apertum ꝛ finitum est argu-
mentum: Si strictum anguli vacuum fuerit si-
gnum est honeste mortis. Si vero ex transuer-
so ante finem trianguli linea transierit: ꝛ ab il-
la linea vsqȝ ad finē dirigatur armis mori ostē
dit. Si vero superius fuerit longum versus fi-
nem aqua morietur. Si vero fuerit inferius lō
gior in igne morietur. Si in latitudine triangu
li fuerit hec figura Z____N virgo perma
nebit. Si linea eam findendo variauerit.si par
ue animi subtilitatem. Si magne loci mutatio
nem. Si iuxta lineam vite a pede superiori na
turalis alia linea dirrigatur equalis signum est
matrimonij.si ineq̄lis adulterij. si aliqua istaꝝ
lineaꝝ ꝓuenientiū ad mediā naturalē ex me-
dia naturali veniēs dirigat suspēdet. Itē si cir
ca pedē prie naturalis linee fuerit hoc signum
E eps erit. Itē si iuxta ipsam aliam rimulaȝ
extensam in sūmitate sui versus foueā tale ha-
buerit signū 3 erit ēt si fuerit rusticis in di
gnitate supius dicta. Itē si ab ipsa rimula vite
ꝓcedāt rami inferius respiciētes versus lineā
capitis diuitias nūciāt. Itē si iuxta radicē ipi⁹
versus rascettā fuerit hec figura. o o .amis
sionis oculoꝝ signū ē. Itē tres virge ipsi linee
capitis assignant. Et si vna virga p mediū sci
derit leprā denūciat. Si a pede prie naturalis
vel ab alia a pede veniēte rimula ꝓcedēs exi-
uerit peregrinabit. Si pria linea naturalis a sui
medietate versus pedē eius rubuerit: colli do-
lorē manifestat. Si linea vite ab ipsa ꝓcedens
i pricipio similr̄ sui exarcuerit cordis dolorē no
tat.si in fouea cyros q̄si duo. C C ꝯnexa fue
rit hoiem interficiet. Si i mōte pollicis rimula
tēdēs versus pollicē fortiter fiderit cū ꝯsangui
neis suis luxuriā ppetrabit. Et secundū alios
fortis ire signū ē. si mōs pollicis plenus rimu
lis fuerit infirmitatū causas ostēdit. Si paucas
rimulas habuerit ꝯtrariū idicat.si secūdū quos
dā multis.s.rimulis i pecoribus felicitatē. Si
paucis ecōtrario demōstrat.si inter duas iunc-
turas pollicis in latere ex trāsuerso multe ꝛ for
tes rimule trāsierint multā ꝛ magnā parētelaȝ
ostēdit.si pauce fuerint ꝛ parue ostēdūt pauci-
tatem parētū.si vero fuerint inter pollicē ꝛ indi
cē respiciētes finē patrē ꝛ matrē.si ex transuer-
so transierint patrē matri ꝑponit.si lineā polli-
cis parētelam idicātē due linee fortiter sciderit
matris lectū violabit.si he eedem linee iuncte
fuerint sine corruptione totaliter pollicē cinxe-
rint suspendetur. Eadem linea est signum
fidelitatis: si fere cingat digitū infiduȝ ꝛ sine fi
de denunciat. Vnguis pollicis naturaliter

recuruus animosum denotat. Si rubeus fuerit
⁊ planus vel pallidus infortunatū facit. Hec
omnia tam in viris quam in mulieribus sunt
consideranda diuersis tamen manibus tempo
ribus ⁊ diebus. Si in tota percussione manus
ab intus vel econtrario multe linee implicite
exeuntes fuerint honestatem notant. Si vero
pauce ⁊ implicite: parcitatem denunciant. Itē
quot linee mediam naturalem diuiserint siue
inferiorem tangant siue non tot pueros nun-
ciant. Rimule eidem naturali adherentes. siue
superius siue inferius ⁊ linee arcuate ⁊ nimis
apparentes grauem litem: ⁊ ecclesiasticam rem
manifestant. Si in media naturali linea quasi
punctum apparuerit vnum oculum amittet. si
duo duos. Si vero supra in fouea hoc signum
sic G apperuerit ⁊ per ipsam transiens mē
sam cornua posuerit: nota est conuersionis in q̄
cunqꝫ sui parte magis ab vltima distinguit eo
tempore tempus felicitatis ostendit. ⁊ si i supe
riori circa finem seu in ipsa mensa sit hoc si-
gnum sic P vim demonstrat dominandi.
Alibi in mensa confessionem vel luxuriam no
tat. Si vltima linea naturalis gradatim versus
indicem descendat gradatim honores ⁊ felici
tatem accumulat. Si vero subito se precipita-
uerit: subito bona accumulabit. Si vero sub te
tenderit contrarium operatur: nisi alia subtus
prohibeat. Hec eadem sursum tendens labo-
re proprio degere non negat. ⁊ si ipsam versus
descenderit. tale signuꝫ Y mori i itinere ostē
dit. Sed si ipsa in mensa quasi triangulus ad-
iaceat prebendaꝫ indicat. Si a media ad ipsaꝫ
mensalem fortis virga transeat vt hic ┼┼ in
viro tot captiones: ⁊ in muliere tot partus de-
monstrat. ⁊ si in mensa hoc signum sic h
appareat humani sanguinis fenus probat. ⁊ si
fuerit hoc signum sic. G in mensa mulieris
consistens illam meretriceꝫ esse significat. ⁊ se
cundum quosdam si ab vltima linea alique li
nee non directe sed oblique per mensam ad me
diam mense in vltimam lineam naturalem ⁊
quantitatis auricularis rimule parue: sed inde
ex transuerso ex directo plāte vulnera brachio
rum vel manuum denotant. ⁊ affines eorum a
minimo vsqꝫ ad finem tertij si rimule parue ite
rum sursum sint tēdentes vulnera capitis ostē
dunt. Ubi autem illi tres digiti palme iungun
tur: si rimule eorum medietatem diuiserint vul
nera in lateribus indicant. Si linea aliqua ab
vlteriori digito vsqꝫ ad quartum porrectionem
fecerit: magni ingenij signum est. ⁊ sic est finis
Deo laus ⁊ gloria qui trinus ⁊ vnus regnat
Amen.

Capitulum decimum ⁊ vltimum Tertie
partis ⁊ est Additio eiusdem Coclitis. ⁊ est
ostensiuum de modo iudicandi in chyroman-
tia post examinationem vigintitrium volumi-
num librorum.

d
Ixit ptholomeus in verbo duo-
decimo cētiloquij. Amor ⁊ odiū
remouet homines a recte iudicā
do. Idem sentit philosophus re
thoricorum primo dum dicit. Amor ⁊ odium
⁊ proprium commodum: sepe faciunt iudicem
non cognoscere: ⁊ ideo non est iudicandi homi
nibus cognitio quia iudicium passio anime nō
potest recte exercere propter cognitionem ab
illa passione impeditam. Sed vt ad proposi-
tum redeam. Reperio diuersos modos iudi
candi secundum diuersas opiniones: Tamen
hic ostendam rectam semitā qua vsus sum ⁊ ē
mihi experientia clara; doctos viros non exclu
dendo: quos tempore meo noui intelligere
chyromantiam atqꝫ physionomiam: nisi con-
terraneum nostrum dominum Franciscum de
panzarasis hominem doctum ⁊ peritum inter
modernos cognoui chyromantiam ⁊ physio-
nomiam intelligentem: Multi loquaces me-
thodos ⁊ garruli putantes se scire cum nihil
sciant huic se facultati applicuerunt: Ad pro-
positum redeundo: Ut ergo recte iudicemus:
Ista prima esse debent scilicet prius debet
esse facta optima manuū lotio: ⁊ per aliquan-
tulum temporis ille de quo iudicaturi sumus
debet quiescere: Et esse ieiuni stomaci idest
non crapulosus neqꝫ ebriosus. Tempore esti-
uo in loco calori opposito respiciendus erit.
Tempore autem hiemis in loco vbi frigus
non adsit: aer sit radiosus: ac etiam manus
minime sit defaticata nec corpus. Quia cale-
factio extrahit sanguinem a centro ad circum-
ferentiam. Non est inspiciendum in radijs
solaribus quia caliditas naturalis extrahitur a

calidKtate solis ⁊ rubefacit cutem ⁊ spiritus uisiui resoluuntur a radijs solaribus Dicit Aristoteles in secundo de anima excellentia sensibilis corrumpit sensum quoniam natura extrema non patitur ideo Chyromanticbus radios solares intensius non aspiciat. Masculo autem dextram sinistram femine pro principalioribus conspiciendam censeo: si bonus chyromanticus quis esse velit. Et cum hoc q̄litas ⁊ quantitas manus tactus ⁊ forma eius cum suo situ aduertenda sunt. Et cū istis eminentiam tuberculorum ⁊ depressionem rubedinem ⁊ palliditatem antedictarum lineationum mandare obliuioni non decet. Considerare etiam debemus aggregationem ⁊ disgregatōez digitorum transparentium ⁊ figuram ⁊ formā eorundem articulorum. ⁊ claritatem ⁊ fuscedinem vnguium ac eorum formam. coniunctionem aut disgregationem supremi anguli cum suo situ ⁊ figura. Preterea quoqz aduertenda est cordis ⁊ epatis linea ⁊ media naturalis cū mensali Linea: necnon quelibet soror linee cordis illa scilicet montis pollicis ⁊ concaui. Inspice etiam solarem lineam Et mercurij conditionem cum proportione linee medie naturalis. Talis enim proportio ostendit qualitatem ingenij: sicut facit astronomus in natiuitatibus a conditione mercurij. Et multitudinem vniuersaliū Linearum considera: necnon consanguineos inspecta: filios diuitias ⁊ calamitates mortem violentam aut quietaz illius hominis quem iudicas videbis: cum egritudinum qualitate tempora notabis cum annorum reuolutione: ⁊ mensurando cum instrumento aut cum aliqua alia re: aut cum compassu de quinquennio in quinquennium. hoc etiam est de necessitate celorum motus primari. Cogita etiam longitudinem ⁊ bonitatem vite: ⁊ causam prouenientem ⁊ a qua causa antecedente aut primitiua bonam fortunam aut malam in prima secūda ⁊ tertia etate quis suscepturus sit. Aduerte etiam que sit clymatum natura: ⁊ regionem ⁊ parentes si possibile fuerit: si non consideres supradicta a recto tramite deuiabis. precipue quoqz notabis exercitium circa quod versatur homo iudicandus. Diuersimode enim iudicare debes atqz aliter in hyspano: aliter in gallo: aliter in ethiope: aliter in thrace: aliter in lenone: aliter in cynedo: aliter in nobili: aliter in plebeo: aliter rustico ⁊ sic de reliquis: aliter in masculo ⁊ aliter in muliere. Nec respicias hominem extenuatuz quia calor naturalis est exhaustus: nec aliquem ante annorum nutritionem i primo libro physionomie tactum est. Nec crapulosi inspiciendi sunt sicut ante diximus quia fallax erit iudicium. Ego quidem decez milia hominum post prandium: ⁊ ad lumen lucerne inspexi: quorum veridice fortunas predixi. Inquit hermes in sua chyromantia. Signa ipsi⁹ manus sunt eius grossicies tenuitas sudor vel humiditas siccitas: calor: asperitas: Lenitas pilositas scissure ⁊ lineationes. Item autem omnia sunt signa naturalia. Et ideo hec ars se non extendit ad iudicandum de accidentibus anime que non habent signa in manu: quia nō sunt a natura vt ars mecanica aut ars sutoria vel fabrilis ⁊ huiusmodi: ⁊ non negligas considerare ambas manus ad inuicem proportionando: quia natura frustra non lineauit sinistrā Sunt aliqui ignorantes qui vnam manum tantum aspiciunt errantes in iudicando. Caue ne manus callos patiantur quemadmodum sunt manus carpentariorum fabrorum. Et differentiam non facias si vis recte iudicare inter dextram ⁊ sinistram nisi vt dixi. Et sic finis est quinti libri de chyromātia magna: vbi est chyromantia conciliatoris cum additionibus nostris que nullo pacto sunt contemnēde. Lector igitur accurratus omnia perlegat sine liuore ac inuidia, E in iudicandis rebus nostris odium precipue absit: si autem sunt qui velint maledicere lectione operis huius indigni sunt.

¶ Explicit liber Quintus.

¶ Magistri Bartholomei Coclitis bono-
niensis Medicine distillatoris Chyrurgici
Physionomiste Chyromantici Geomātici-
qȝ liber Sextus Anastasis qui dicitur Chyro
mantie parue: qui est ex infinitis auctorib⁹ su
sceptus: multis tamen additis. Ad eundem
Dominū Alexandrū Bentiuolum ꝛc. felici-
ter Incipit et primo ponitur Prologus.

¶ Prologus.

UAM Satis superqȝ supio
ribus libris de Chyromātia
quantum ad Theoricam per
tinet scripserīz: Uarijsqȝ rōni
bus non nullorum opiniones
redarguerim: equum esse du-
xi librum hunc sextum conde
re. Ut ostenderem quantum pratica: et magi-
stra rerum eperientia ualeat. Cui rei eo maxi-
me tempore me tradidi: quo tot pessimi euen-
tus: me multo ante referente: non modo priua
tis hominibus: sed etiam nobilibus. dyna-
stis: principibus regibusqȝ euenerunt. Ut au-
deam dicere me nullo modo in hac arte errare
posse. Preuidi enim: eos: qui dominio expel
lendi essent: Quosue ex infimo gradu ad sum-
mum fortuna traducere deberet. Quot suspen-
dia: quot infirmitates: quanti uarii euentus a
me prenotati fuerint: nullus est qui nesciat: qui
Coclitem nouerit. De itineribus suscipiendis
de mercibus exercendis: de studio litterarū eli
gendo: De meretricibus fugiendis: De ludo
abdicando: ꝛ infinitis aliis rebus quid predi-
xerim infiniti testes: ꝛ hi quidem fide digni su
persunt adhuc: ꝛ multi qui diem clauserunt ex
tremum: superfuere: Quibus summa esset ꝛ est
fides adhibenda. Multos grauiter uulnera
tos hac maxime arte pristine ualitudini restitui
nisa quoqȝ physionomia: iactisqȝ Geomanti-
cis figuris: quibus vehementer et delectatus
sum ꝛ multa variaqȝ predixi. In medium ad
ducem villa marinum Illustrissimi Hanni-
balis fratris tui famulum: ni res hec omnib⁹
curialibus: multisqȝ ex ciuitate nostra notissi-
ma esset: hic accerrime vulneratus erat adeo
ꝙ inter omnes medicos optimosqȝ chyrurgi
cos de eius salute desperabatur: habito de eo
iudicio preter omnium opinionem viginti duo
rum dierum spacio eum: adeo liberaui vt ad-
huc inter mortales vitam viuat satis prosperā.
Preteream alia infinita: cum de laudi-
bus meis alijs locum relinquere sit satius: q̄ȝ
me ipsum laudare. Quantū in hac arte possit i
genium nostrum infiniti vt diximus testes sūt:
et maxime Horatius Bichardus Fanensis
de cuius prudentia doctrina ingenio: ac mo-
deratione: satius est tacere q̄ȝ parum loqui.
Inter alia nature dona quantum fide alijs p̄
stet erga parentem tuum cultus: in fratres tu-
os honor ac beniuolentia indicio sunt. Tanto
enim amore Bentiuolos prosequitur ut nihil
maius excogitari possit. hic non pauca de me
vidit experimenta. Ut in epistola ab ipso eru-
dite condita ostenditur. Adest et Ludouicus
Uitalis bononiensis corpore quidē claudus
sed ingenio ac doctrina adeo erectus vt rectos
omnes superare videatur. multosqȝ animo ac
doctrina claudicare ostendat. Hic mathemati
cas omnes philosophiamqȝ precipue ac astro
logiam optime callet: cuius iudicium adeo ve
rum est: vt quicqd dicat ab oraculo prouenire
videatur. Hic Astrologiam calculatoriam cū
iudicio nostro contulit: adeoqȝ verum iuenit vt
nihil penitus differre visum sit. Sed vt vnde
abij reuertar iclyte pⁱceps: hūc sextuȝ pratice
nostre librum legere non dedignaberis. Cum
in omni genere vite ac cognitionis tibi: reliqs-
qȝ omnibus tua gratia profuturus sit. Nō me
latet multos esse ac fore maliuolos: qui i opus
nostrum non modo caninis linguis sed cinicis
morsibus insurgēt: quos presidio numinis tui
fulctus minime timeo. Iudicabunt etenim recti
censores hos potius odio ac liuore quodam
duci: quam quod sciāt id quod obloquuntur:
Neqȝ de his poenam aut supplicium aliquod
suscipiendū esse existimo: cuȝ ipsi itra se acriter
crucient: dicente poeta. Iustius inidia nihil ē:
que protinus ipsum auctorem cruciat: atqȝ itra
viscera torquet. Preterea qui me tueant ma-
ximi ac hi quidem doctissimi auctores: quibus
multa prestanda est fides adsunt. Nec uident
maliuoli tanta cecitate ducti vt omnia penitus
ignorent: ꝙ dum me carpunt: eos omnes cauil
lantur quos ipse habeo auctores: quiue quotti
die in doctissimorum virorum ore versantur.
Si qui forte in hoc meo libro nominatim po-
nent: nō existiment me hoc fecisse vt aliquem

infamia notare velim sed vt indicij mei testes existant validiores: Et si quoqꝫ generali uocabulo in aliqua operis mei parte religiosi aliqui ponent̃: sciant me solum pro illis verba fecisse q̃ nota digni sunt. in omni eniꝫ meo iudicio bonos semper excipiendos duxi: quos: cum laude digni sint: colo ac veneror. Oro igit̃ ⁊ vt exorem obsecro: ut vna cum ceteris hunc quoqꝫ sextum librum Diue Alexander perlegas: ⁊ Coclitem clientulum tuum diligas: ac a caninis faucibus tuearis ac defendas: Tu meum numen es: tu solum mea gloria: quicqd erit coeles tua erit gratia. Tu quoqꝫ lector candide: si huius sexti libri vtilitatem equa mente diiudicabis diligentiam meam summis extolles laudibus dicesqꝫ: hoc opus vere nomen sibi Anastasis vendicauit.

¶ Magistri Bartholomei Coclitis bononiensis Medicine distillatoris: Chyrurgici Physionomiste Chiromantici Geomãticiqꝫ Liber sextus Anastasis. q̃ dicit̃ chyromantie parue: q̃ est ex infinitis auctoribus susceptus: multis tamen additis. Ad eundem dominuꝫ Alexandrum Bentiuolũ ⁊c. feliciter incipit.

d

Um Mihi in animo erat sextum Anastasis nostre librũ scribere: Liber quidam chiromantie cum multis manibus ⁊ lineis ad manus meas peruenit. Qui qdem ab Andrea quodam coruo compositus fuerat. Quem cuꝫ vere coruum esse dignoscerẽ miratus sum quo pacto hic pauonis pennis susceptis se coruum non esse voluit ostẽdere. Et cum laborum alioruꝫ fur et latro existat merito damnandus est. Dicet quispiam illud Terentianum: nihil dictum quod non dictum sit prius. hoc ego quidẽ concedo ac confiteor: sed eos vituperatione dignos censeo: q̃ aliena pro suis absqꝫ auctoruꝫ nomine audent in medium afferre: ⁊ eo magis reprehendẽdi tales sunt: quo minus sentẽtias ⁊ intentiones auctorũ non modo male intelligunt: sed pessime scribunt. Ego autem i opere meo summa cura euigilaui auctorum nomina nec non eorum auctoritates legentibus ⁊ aperire ⁊ manifestare. hic Andreas (nam verũ fateri licet) satis bonus est praticus longeue etatis auxilio: licet i theorica nihil penitus valeat.

¶ Si aliqbus videbit̃ me aliqua ab eo excerpsisse: sciant me non ab eo sed ab illis quos ipe imitatus est omnia sumpsisse. Qui enim a fonte aquam scaturientẽ suscipiunt melius sitiꝫ extinguunt q̃ꝫ si ad riuulos accedant. Nunc ad capitulum primum veniamus.

¶ Capitulum primum de longitudine vite.

p

Rima radix est ꝙ omnes viuentes ex naturali quadam inclinatione scire desiderant periodum ac diuturnitatem vite sue. Primo igitur tractabimus de longitudine ⁊ breuitate vite.

¶ Illi homines diu victuri sunt: q̃ habent lineam uite satis longam: extẽdentem se ad restrictam vel iuxta: continuam eiusdem latitudinis per totum decenter latam profundam ac bene coloratam.

¶ Cerebri linea vel vt melius dicatur sensibilis vel cephalica quod idem est: Quando ẽ cũ bona latitudine ⁊ profunditate boni coloris ⁊ bene articulata vsqꝫ ad acumen manus ⁊ non vltra longam vitã significat simulqꝫ audaciaꝫ.

¶ Linea capitis si in superiori parte anguluꝫ non acutum sed rectũ cõstituit longã vitã dicũt ostendere. Si vero acutus fuerit diu etiam viuet: ⁊ talis erit nature astute ⁊ vafre.

¶ Quando linea epatis est satis longa scilicet vsqꝫ ad mediam naturalem: profunda ⁊ lata decenter cõtinua ⁊ bene colorata: significat bonitatem epatis atqꝫ degestionis: ⁊ per consequens longitudinem vite. Aliqui dicunt: Si basis trianguli erit bene recta ⁊ longa in medio aliquantuluꝫ diuisa: ⁊ riuulosa ⁊ boni coloris: ostendit bonam dispositionem atqꝫ longitudinem uite attestatur experientia nõ affirmo.

¶ Angulus dexter si fuerit rectus velquasi bene apparens ⁊ bene coloratus significat bonitatem cordis ⁊ sanguinis: ⁊ virtutem fortem ⁊ per consequens vite longitudinem.

¶ Angulus sinister quasi rectus arguit bonaꝫ complexionem ⁊ ob hoc vite longitudinem.

¶ Manus magne ⁊ debite proportionate in quacumqꝫ sui parte in qualitate ⁊ quantitate arguunt bonam complexionem: ⁊ per consequens longitudinem vite.

¶ Manus carnee ⁊ cõcaue cum bona solidi

tate. ⁊ bene articulate longā vitā demōstrāt.

¶ Si i medio spacio iter lineas triāguli sit planities bonam complexionem significat (si bene coloretur) ⁊ ex consequenti longitudinem vite.

Saturnina si cum linea vite coniungatur rectaque sit ⁊ non intersecata ⁊ ad Saturni digitum vel prope deuenerit: Triangulusqꝫ suā seruauerit proportionem diuturnitatem vite dicunt ostendere.

Si mensa manus equali sit constituta spacio bonam in homine complexionem indicat: ⁊ per consequens vite longitudinem.

Linea quedam oriens a rascetta vel a linea cardiaca se extendens per concauum manus ad Turbeculum Mercurij quem aliqui appellant viam lacteam: quando est continua ⁊ cum media naturali connectitur extendens se ad minimum Tuberculum: bonam complexionem ⁊ mentis agilitatem testatur: longitudinemqꝫ vite denotat: vt aliqui referunt.

Quando linea Mensalis fuerit bene continua satis longa profunda lata ⁊ recta significat bone dispositionis naturam: ⁊ membrorū radicalium proportionem ⁊ per consequens vite longitudinem. Terminus istius linee duobus modis perficitur. Aliqui tenent bonam terminationem esse quando terminatur sub diametro digiti saturnini.

Alij dicunt ꝙ vera terminatio est: quando terminatur in principio montis indicis precipue ad radicem ipsius. Ego dico ꝙ vtroque modo vera est terminatio: Prima enim est equalis: secunda est extra equalitatem complexionis.

Si spacium rascette sit purum ⁊ bene coloratum significat bonam complexionem: ⁊ per consequens longam vitam.

Linea Saturnina in concauo manus: seu soror linee vite cum ternaria proportione que initium suum habeat prope rascettam vel circa ⁊ desinat vsqꝫ ad mediam naturalem cum bono colore situ ⁊ positiōe arguit lōgitudinē vite.

Si Tuberculus pollicis sit rotundus decēter ⁊ lenis bene coloratus bonam complexionem ostendit: nec non longitudinē vite.

Omnes manus Tuberculi bene eminētes longitudinem vite declarant precipue si sint bene colorati.

Triangulus bene equilaterus si sit pulchrarum linearum bene coloratarum ⁊ rectarū signum est equalitatis membrorum mineraliū ⁊ lōgitudinis vite.

Soror linee vite in monte pollicis oriens a sumitate anguli summi ⁊ se extendens quasi ad restrictam vel prope longitudinis vite signum est.

Si pauce rimule in mōte pollicis fuerint: paucas infirmitates ostendere dicunt ⁊ ex cōsequenti vite diuturnitatem.

Dicit coruus loquax ac nigerrimus: Quando media naturalis transierit montem manus lōgitudinem vite arguit cum inopia ⁊c. Conceditur de longitudine vite. tamen cum mala complexione: ⁊ denotat naturam superfluam: ⁊ si alie principales linee correspōdent ad diuturnitatem vite. Puto hunc coruum nostrum esse mere vernaculum ⁊ insipientem: quia caret radicibus chyromātie ⁊ physionomie: vt i precedētibus libris nostris patet: Caueas igitur a tali iudicio quoniam falsissimum est.

Quando mensalis duos ramos efficit vnū in medio montis indicis: ⁊ alium ad vitam hominem longeuum arguit.

Dentes magni ⁊ spissi longitudinem vite existimantur arguere si causa primitiua non impediet. Quoniam non est apud physionomos signum tante excellentie quante est istud: per quod simpliciter possit sine alia proportione iudicari: quia ostendit virtutem specificam atqꝫ occultam bene fixam esse. vt puta humidum radicale atqꝫ spermaticam virtutem a principio generationis robustiores representat.

Fatuum est plerumqꝫ tradere iudicium de longitudine vite sine concordantia multorum signorum ad inuicem.

Errant enim ⁊ vehementer qui existimant ac sibi persuadent se posse cognoscere periodū ac terminum vite alicuius: cum aliqua mensuratione. Uerum est ꝙ per mensuras poterimus imaginari etatem communem que vt plurimum peruenit ad annos. 70.

Ego iam mensuraui cum circino: ⁊ secundum mensuram inueni tempus septuagenarium in linea cardiaca ⁊ in alijs principalibus lineis correspondentibus ⁊ tamen hi quos iudicaui peruenerunt ad annos octuaginta vel circa. Uidi etiam pluries aliquos qui secun

dum lineas potuissent peruenire ad annos solares seu chronicos: varijs modis fuisse impeditos: vt puta ab infirmitatibus: aut vulneribus: aut laqueo: vel alia ui: ex quo dies eius abreuiati sunt. Judicet ergo chyromanticus pensiculate ⁊ cum erubescentia: ⁊ non vt quidam: qui honoris proprij curam non habent ⁊ potius iactabundi sunt: ⁊ non iudicant secundum veram scientiam: crede vt plures: scias vt pauciores atqꝫ sapientiores.

¶ Capitulum secundum de breuitate vite.

[C]aracteres picti in monte medij vt ostensum est in suo loco in lib. quinto egritudinum multitudinē significant ⁊ fortasse breuitatem vite.

¶ Linea media naturalis quando non transit diametrum in digito medio significat talē moriturum in etate iuuenili.

Linea media naturalis subtilis pallida debilitatem cerebri ⁊ complexionis ostendit et ex consequenti breuitatis vite est signum.

¶ Crux quedam parua in fine linee medie naturalis ex opposito medij vel auricularis significat mortem infra annum vel cito vt dicūt hoc tamen a me nūquam fuit obseruatum.

¶ Si spherica figura vel. y. sit iuxta lineam vite egritudines multas ostendit. Si quidem i parte superiori preteritas: si in iferiori futuras: ⁊ mortem propinquari demonstratur. Si vero in medio loco significat aliquem de suis infirmari. Et si predicta signa transfixa sint tunc mortem propinquam dicunt ostendere.

¶ Quando linea media transit totam manum dicunt breuitatem vite significare. Uidi vt plurimum tales ex reumate capitis infirmari.

Et dicunt quanto magis tendit uersus inferiorem partem manus tanto velociorem mortem significare.

¶ Si mensalis cum media naturali angulum causant breuitas uite denotatur vt aiunt recentes obseruatores.

¶ Si linea uite fuerit breuis breuitatem vite arguit nisi iuuetur ab aliqua alia linea.

¶ Jlle coruus valde niger posuit in sua picta chyromantia lineam uite fractam in medio positionis sue ⁊ refert talem fractionem terminari ad annos .25. Ergo secundum ipsum periodus indiuiduorum terminatur in anno. 50. quod est falsissimum vnde Lucerna sua est male lucens.

¶ Si Triangulus in manu non videtur in aliqua sui parte esse nec aliquam sui affert demōstrationem videtur breuitatis vite esse signum Et hoc precipue corroboratur si linee sunt exigue aut fracte siue capillares.

¶ Si mensa manus inequali spatio a media naturali distare videatur malam hominis complexionem ostendit ⁊ per consequens breuitatis vite est indicium.

¶ Si in medio spacio inter lineas trianguli non sit planicies: ⁊ male locus ille coloretur defectum arguit caloris: ⁊ ex consequenti breuitatem vite ostendit.

¶ Si spacium rascette male coloratum fuerit dicunt breuitatem vite arguere.

¶ Si linea mensalis non seruauerit trinam proportionem et vlterius sit male colorata aut fracta seu capillaris breuitatis vite est signum.

¶ Jecoralis linea si nō seruauerit trinam proportionem: ⁊ si fuerit intersecta a multis lineis vite breuitatem denūciat.

¶ Dentes rari ⁊ minuti penitus vite breuitatem demonstrare videntur.

¶ Quando spacium quod est ab vmbilico deorsum est maior q̄ꝫ ab vmbilico ad pomū granatum: qui huiusmodi habent dispositionem: breuis sunt vite.

¶ Caue ⁊ precaue iudicare aliquid de breuitate vite nisi linee sint penitus delete: nam est opus dicere periodum determinatam secundū terminationem linearum in tempore egritudinum que maxime representantur in cardiaca linea. Quoniaꝫ natura specifica facit aliquotiens actiones que impossibiles apparent medico ⁊ physionomo circa negocia egritudinum quia duplex est complexio una insequens materiam: alia insequens formam: quemadmodum scribit veridicus commētator in sexto sui colligeth. capitulo primo Loquēdo de fine artis Medicine Dicit enim. Ars aliquando deficit in indiuiduis propter materiales preparationes que sunt in ipsis: quod est: quia non est impossibile vt sint duo homines vnius ⁊ eiusdem temperate complexionis equaliter: ⁊ vtentur vno regimine: ⁊ vnus istorum deueniet ad meliorem finem: quem consequi poterit

per ipsius naturam In alio vero in eodem regimine existēte mali generabunt humores qui mortem inducēt. Et causa huius est quia in eius complexione est mala preparatio fixa: que est causa vt in ipso hec malicia generetur: quāuis hanc preparationem ignoremus. Et causa huius ignorantie est: quia in naturis tot sunt preparationes fixe: vt eas per signa cognoscere nequeamus: ꝛ hoc accidit propter preparationum infinitatem: sicut in naturali philosophia est declaratū: quia ibi dicitur ꝙ quelibet materia habet accidentia propria ꝛ fixa in ipsa sine accidentibus: que manant a forma. ꝛ hec accidentia que sunt in materia sunt cause multitudinis uarietatum: que in naturis indiuiduorum inueniuntur quēadmodum accidentia ꝓpria forme sunt cause multitudinis varietatum que in moralitatibus indiuiduorum hominum cognoscuntur. Et totum hoc est: quia in homine multe species indiuiduorū vel compositionum inueniuntur: quia est ultimum compositū ꝛ ob hoc prouenit occultatio varietatis ꝓprietatū que in naturis ꝛ moralitatibus indiuiduorum inueniuntur: quamuis in sensibilibus particularibus indiuiduorum manifestis quo ad nos communicent. Ecce aliquantulum egressi sumus ordinem libri nostri: non tamen propter hoc minus sequetur iuuamentū: Quia hic remouimus unum dubium quod multi sapientes scire affectant. Ideo chyromanticus non debet desperare de aliquo indiuiduo vtrū moriatur vel ne. Sed debet dicere tali tempore anno ꝛ etate es proclinis ad aliquas egritudines cū grauamine: ꝛ eris in periculo mortis: ꝛ nō dicere de morte absolute: quia aliquando iudicantes decipiuntur propter occultas proprietates indiuiduorum a celo causatas. Ideo frater tuus Hermes O Alexander mi vnice patrone: annis elapsis credebatur a me ꝛ a multis: ꝙ non deberet euadere ab illa infirmitate que ipsū acriter cruciabat: ꝛ tamē rationibus supra notatis euasit. Astronomi dicunt ꝙ aspectus Iouis fuit causa sue salutis. Ego autē hoc maxime signo de eo dubitabam: quia omnes linee in sua manu apparebant exigue: cū tenuitate: ꝛ cum summa multitudine numerali: Si quis igitur voluerit terminare tempora accipiat circinum ferreum vel argenteum: ꝛ incipiat mensurare in principio linee vite ab angulo summo de quinquennio in quinquenniū Et talis mensura sit tanta quanta est linea hic sic ducta ——— mensurando lineam cardiacā seu cordis ꝛ in quacūq; linea computabuntur quinq; anni. Et sic mēsurabis vsq; ad fractionem que cardiacam intersecabit ꝛ si erunt due linee erunt decem anni ꝛ si tres quīdecim ꝛ sic multiplicādo pones numerum annorum infirmitatis que per intersecationem vel sepationē facile poterit iudicari. Uerbi gratia linea cordis est continua: lata profunda: ꝛ colorata vsq; ad sui medium: tunc mensura modo supradicto ꝛ habebis āños egritudinis: ꝛ si forte talis carentia cardiace capiet sex de illis paruis lineis erunt anni. 30. ꝛ sic bn̄ mensuras indica tempus. Et si sit magna fractio tunc magnum erit vite periculum. Sed si ibi inueniatur triangulus equilaterus erit minor infirmitas. Si in directo fractionis fuerit vna ex duabus sororibus valde etiam maliciam minuet fractionis. Et precipue illa que est ī concauo manus. Si uero ambas inueneris intensius est iudicium euasionis. Et non obliuiscaris linee mensalis continuationem: punctuationem vel fractionē quia hec est radix ꝛ indicatrix egritudinum. Hāc igitur mensalem in tres etates diuides: vt fit in aggregatione digitorum. Etiam considera alias partes sicut est bona manus consolidatio: pulchra digitorum proportio ac articulorum: Unguium colores: Considera etiam qualitates egritudinum: an sint ex colera an ex sanguine ꝛc. an a dolore seu vulneribus causentur: vt patet in varijs locis nostri operis: proportionādo singula singulis. ꝛ sic recte considerando rectius etiam iudicabis.

¶ Capitulum tertium de egritudinibus in generali.

Ittera. A. In mōte manus varias ac diuersas egritudines dicūt chyromantici demonstrare.

¶ Signa seu caracteres in monte medij aut saturni vt in quinto Anastasis nostre pictum est capitulo de saturno aliquā do multitudinem egritudinum denūciat.

¶ Linea oriens in concauo manus iuxta lineam vite ꝛ habens ramum tendentem ad brachium similem radio significat egritudinem ī fra sex āños. si eiusdē linee ptes sīt grossiores q̄ sūt circa brachiū ifra duos ānos significat.

¶ Linee parue iuxta radicem mensalis egritudines in prima etate demõstrãt: Iuxta medium in media: iuxta finẽ in vltima etate.
¶ Linea rubea ⁊ notabilis secãs bases trianguli ⁊ trãsiens per concauum manus egritudinem ostendit.
¶ Talis figura ∼∼ prope angulum supremum ⁊ precipue si rubea extiterit: egritudinẽ infra annum dicunt significare.
¶ Angulus sinister deficiens in manu debilitatez stomachi: ⁊ epatis arguit: ⁊ ꝑ ꝯsequens multas egritudines. Stomachus enim est veluti lebes corporis in coquendo cibum: et est instrumẽtum prime digestionis. Epar vero est minera sanguinis: ⁊ ibi decoquitur cibus: ⁊ alteratur secunda vice: qui primo a stomacho alteratus ⁊ digestus est.
Si ergo ista membra sunt debilia debilitatem corporis significabunt: ⁊ ad multas egritudines corpus preparatum ostendet.
Hec figura ∽ in monte pollicis iuxta lineam vite egritudinem magnam illo eodem anno futuram ostendit.
Si superius iuxta concauum manus apud cardiacam talis figura apparuerit. ᘁ tunc infirmitatem minorem vel maiorem secundum presentiam signi demonstrat illo anno.
Quando media naturalis diuiditur a quibusdam obliquis lineis: quot quot erũt diuisiones tot corporis passiones ostendunt. Et si tales linee scindentes lineã capitis fuerint capillares ex reumate infirmitas erit. Si vero fuerint mutilate erunt animi passiones. Et si tales linee scindentes sint tortuose tantũ infirmitatem ostendunt.
Si soror linee vite in concauo manus hoc ẽ linea saturnina sit tortuosa: vel vt aliqui dicunt lata ⁊ tortuosa grauabitur ab infirmitatibus in copia.
Soror cardiace in cõcauo manus discõtinua aut capillaris exuberantiã egritudinũ minat̃.
Soror in concauo manus cum orbiculo aut orbiculis egritudines declarat ⁊ quot erunt orbiculi tot egritudinũ inducunt pronitatem.
Si mons pollicis plenus rimulis fuerit ifirmitatum multitudinem ostendit.
Scala vel gradus in idicis tuberculo si sint eius cacumina annexa ⁊ scissa supra modum a transuersalibus lineis egritudines corporis denunciat. Ut habeo ego ⁊ magis habui annis preteritis in manu mea. Et ideo non ago gratias celestibus influxibus.
Si i medio spacio inter lineas trianguli non sit planicies ⁊ male colorẽ defectum caloris representat: ⁊ per cõsequens copiam egritudinũ.
Si autem linea epatis a pluribus lineis pallidis intercepta fuerit: malam digestionem significat ⁊ dolores varios ex ipsa procedentes propter malam digestionem.
Si locus trianguli sit cum liuore signum est ꝓximi doloris.
Quando una linea per restrictam transierit tendens tortuose in vite lineam: proximam significat egritudinem. si pallida fuerit eam preterijsse denotabit. Precipue autem si in fundo nigrior fuerit: ⁊ si fuerit pallida egritudinẽ significabit futuram: ⁊ hoc intelligendum est si prope restrictam fuerit.
C. figura in monte Lune corporis multas indicat infirmitates.
Si in prima iunctura quattuor digitorum sit vna tantum linea ⁊ sit intersecata a pluribus lineis longam ostendit infirmitatem: ⁊ cum difficultate. salutem.
Quando media naturalis ab vna vel duabus lineis intersecatur methaphorizando vt crux in directo digiti medij aut auricularis ⁊ sit rubea aut rubee infra annĩ spaciũ talis morietur: aut mortiferam egritudinem subiturum dicunt denunciare.

¶ Capitulum quartum De his qui erunt beniuoli atq; iocundi ⁊ perfecti in multis operationibus: ⁊ subtiles cum ingenij acumine: Et qui cito irascuntur: ⁊ cito a quacunq; re tedio grauantur.

Liqua signa picta in loco solis vt in proprio loco manifestatur in quinto libro huius operis arguunt omne illd quod in rubrica supradicta scriptum est.

¶ Capitulum quintum De egritudinibus capitis a causa antecedente aut ex discrasia membrorum cum materia aut sine.

Linea media naturalis subtilis ⁊ pallida debilitatem cerebri ⁊ cõplexionis ostendit. Et si fricata modicũ rubescit velociter ðbilitatẽ capitis ⁊ dolorẽ oñdit ⁊ maxĩe ex reumate.

B.littera in radice annularis egritudinem ca
pitis ostendere dicitur.
Si linea media naturalis est magis colorata
ex vna parte q̃z ex alia dolorē capitis oñdit.
Si linea cerebri sit quasi dispersa ita ꝙ quasi
non uideatur linea in inferiore parte sui vltimũ
defectuz rerũ: ⁊ sanitatis extremã spẽ attestat̃.
Quando media naturalis sit male colorata ⁊
male fixa ⁊ diuersificata diuersis lineis multas
egritudines declarat: ⁊ obuiationes significat:
⁊ cito percipere temporis mutationes vt puta
frigidum ⁊ calidum ⁊ applicationem sereni ne
bulosi aut pluuiosi.
Quando linea epatis est magis rubea versus
lineam uite alias mediam naturalem q̃z alibi
dolorem capitis propter vitium epatis seu sto
maci attestatur.
Cum linea cardiaca rubet ĩ medio ⁊ tendit ad
brachium dolorem capitis dicũt significare.
Si linea vite sit rubicundior a parte superiori
q̃z a parte inferiori infirmitatē capitis minat̃:
Dicunt aliqui recentiores ꝙ quando linea me
dia naturalis est grossa ⁊ nimis pallore suffusa
⁊ discõtinua atq̃z rugata debilitatem corporis
⁊ capitis egritudinem vel dolorem circa tem-
pora ex reumate promittit.

¶ Capitulũ sextũ de infirmitatibus oculoꝝ.

Ittera. C. in mõte pollicis vul
nera in oculis ex ferro vel igne se
cunduz omnes ostendere videt̃.
¶ O. littera vel punctus iuxta
cardiacam ⁊ restrictam quot signa erunt tot
erunt lesiones in oculis.
Adhuc. C. littera in radice medici destructio-
nem ⁊ infirmitatem oculorum ostendut.
Item. o. littera vel fouea seu punctus in radi-
ce medici existentes infirmitatem oculorum
denotant. Et si littera. o. perfectum orbem nõ
clauserit strabones aut alia in oculis acciden-
tia denotat secundum quosdam.
D. figura in loco lune oculorum infirmitates
valde intensas demonstrabit.
Linea media naturalis habens quosdam pũc
tos inordinatos dolorem oculorum minatur
plerũq̃z ab antecedēte causa.
Vidi punctum ĩ media naturali in Alexãdro
scadinari amico meo in medio loco mouentē
se a proprio situ versus initium cardiace: ⁊ hic
erat in manu sinistra ĩ dextra vero non anno il
lo euenit sibi egritudo magna in oculo dextro
⁊ euasit incolumis quia talis orbiculus nõ fu-
it in sinistra. Et fuit causa antecedens.
¶ Quando angulus supremus nõ coniungit̃
Et quedam linea semicircularis scindat locũ
vbi coniunguntur predicte due linee facientes
angulũ. Et vnũ caput p̃dicte linee respiciat v̄-
sus partes brachij significat ꝙ ille excecabit̃.
¶ Dicunt recentiores. Si in medio linee so
laris aut in medio tuberculi orbiculus fuerit
oculi cecitatem ostendit. Talem situationem
habet excelsus theologus ac legista: nec non
predicator eximius frater bartholomeus Mil
uius ordinis minorum obseruantinorum ami
cus ac maior meus honorandus. Et alium or
biculum habet stellatum in manu dextra: ⁊ li-
nea media naturalis circuit totam manum: vn
de timeo: quod deus tamen auertat: ne talis
optimus religiosus vnum oculum amittat: vel
intensissima opprimatur egritudine. scio ꝙ ali
qui lectores admirabuntur: Quod hunc laudē
tantopere ⁊ diligam non solum sed colam: Cũ
generaliter ex naturali mea iclinatione omnes
cucullatos summo prosequar odio. Dico verũ
esse ꝙ ex meo influxu omnes religiosos odio:
sed doctos atq̃z probos obseruo ac ueneror:
ignorantes autem ac improbos tanquam frau
datores ⁊ hyppocritas tristes persequor. Et
precipue diligo sapientes qui physicalem nor
mam seruant: Quiue sub vestimentis ouiũ non
sunt lupi rapaces: nec impossibilib⁹ se astrigũt
¶ Dicũt moderni obseruatores. si ĩ media iũc
tura cuiuslibz digiti tãtũ fuerit vna linea hoc ē
ĩ idice medio: fido: ⁊ auriculari: ⁊ ĩ duab⁹ alijs
iũcturis fuerit due: talis perdet vnũ oculum.
Aliq dicunt ꝙ ĩ quocũq̃z loco linee vite repe-
riat̃ vnus punctus seu paruus circulus vel or
biculus amissio oculoꝝ significat̃: ego per ex-
perientiam hoc testor.
Alij asserũt ꝙ si ĩ pcussiōe man⁹ repiat̃ vnus
orbiculus aut plures lesionē oculoꝝ iudicari: ⁊
dicũt ꝙ istud p̃cedit a cã prunitiua cuius rei ta
men expientiã ignoro. C. littera ĩ loco lune ĩ
oculis malum aliquod portendere dicitur.

¶ Capitulum septimum De dolore colli.

I media naturalis a sui medie-
ſ tate versus pedem eius rubea fu
erit vt chyromantici obseruaue-
runt colli dolorem arguimus.

¶ Capitulum octauum de pthisi seu ethica passione.

Nquit Mesue q pthisis est detrimentum desiccationis ⁊ consumptionis cadēs in corpus calore febrium habitudinalium miminutaruz ⁊ exuberatione pulmonis. Et vlceratio quidem huiusmodi causam habet ex precedenti catarro acuto vlceratiuo instillante ⁊ iprimente in pulmonem hora post horam sicut accidit ex frequenti distillatione super petram.

Raro autem contingit hec passio pueris ⁊ senibus: Et si interdum talis infirmitas accidat senibus occultari potest in eis: ⁊ diu viuere possunt cum illa. Expositi autem qui cadant in pthisim sunt habentes cerebrum debile: ⁊ habentes pectus strictum i creatione sua: ⁊ habētes humeros alatos sicut sunt curuature alarum auium: ⁊ collum subtile ⁊ longum: ⁊ sit depressus inter alas ⁊ humeros: ⁊ sibi sit eminētia epiglotis: ⁊ nasus sit colericus: ⁊ cito ad irā commoueatur:

¶ Si basis trianguli fuerit magis rubea vbi debet tangere lineam mediam naturalem signum est fetidi pectoris oris ⁊ vniuersalis caloris: seu dispositionis ethice passionis. Specialiter si manus sit calida macilenta ⁊ sicca: ⁊ cutis eiusdem sit subtilis: siccitatem ⁊ propinquam significat febrem.

¶ Vngues curui cum digitis macilētis denotāt ethicam passionem. Dixit auctor incognitus. Quando linea stomaci seu epatis aut pulmonis quod idem est finitur in primam iuncturam medij significat epatis discrasiam: ⁊ talis efficietur pthisicus.

¶ Capitulum nonum de passiōe cordis.

Cribit Cōciliator seu Petrus apponi aut de ebano super Mesue vbi loquitur de cardiaca passione. Omnium accidētium aduenietium corpori humano causa itrinseca vel extrinseca: primus cōcursus est ad basim: i qua naturalis vigor spirituum ⁊ virtutum omnium sigillatim creatur. Spiritus sapientie sedes animarum ac uite: naturale principium motus ⁊ quietis: Quo deficiente nulla amplius corpori dari possunt suffragia. Quo mortuo cōtinuo moriūtur omnia membra. Cor. n. est terminus omnium operationum anime ratiōalis. In cerebro quoqꝫ omnes he ⁊ ille incipiūt operatiōes ⁊ in corde suscipiūt complemētum. Sua virtus est tāquam forma oium membrorum irradians ⁊ viuificās virtutes organicas: in perfectione. In materia vero ē nō itelligibilis forme: Quia deus gloriosus sicut diuini decoris ratio postulauit: membrum curis sollicitū rectificare curauit. Corde igitur alterato alterantur cetera membra ⁊ virtutes corporales: eo quoqꝫ cōfortato cūcta cōfortātur.

¶ Si igitur a principio linee cordis procedat linea vt arcus: cordis dolorem minatur vt aiūt illustres patres chyromātici ⁊ caldei.

¶ Capitulum decimum de egritudinibus stomachi.

Tomachus seu venter ē organū digestionis primi chili generatiuus: Unde sicut mesarayce sunt preparatorie digestionis epatis ita os stomaci. vnde Auicenna nutriens i masticatione aliquam habet digestionem cui deseruit meri seu ysophacus a parte superiori adducendum cibaria eidem. Et intestina cum mesaraycis ad expellendum nociua: ⁊ distribuendū vtilia digesta ⁊ chilosata in eo. Ideo vocat lebes corporis: cum eni stomachus lapsus est totum corpus labitur.

S. littera in radice annularis procliuum hominem facit ad egritudines stomachi.

D. figura in minutulo tuberculo male colorata dolorem stomachi arguit vel circa.

Iteruz. D. littera i loco lune stomachi quoqꝫ infirmitatem portendit.

Linea epatis discontinua pallida ⁊ male colorata significat infirmitatem ⁊ passionem stomachi atqꝫ iecoris ⁊ per consequens malaz digestionem.

Manus debilis ⁊ mollis carens linea epatis defectum virtutis digestiue ostendit atqꝫ lapsum stomachū pronūciat.

Si in loco sinistro anguli nō fuerit angulus vel aliquid simile debilitatem stomachi arguit.

Si autem figura vt. C. fuerit i tuberculo solis destructionem ⁊ stomachi ifirmitatē arguit.

¶ Capitulum decimum primum De his q cum Religiosis sunt coniuncti: ⁊ faciunt opera mulierum. Et edificia pecuniam ac varias picturas diligunt ⁊ mulierum ornamenta.

f Unt illi qui habent caracteres vt hic .e. bene dispositos in minutulo. Scias tamen ꝙ nunquã vsqꝫ ad hunc diem cognoui neqꝫ expertus sum aliquid de caracteribus seu diuinis litteris in manibus: licet varij varia de his scribant.

¶ Capitulum decimum secundum. De his qui sunt grauis loquele ⁊ suspicione pleni: ⁊ qui cum sapiẽtibus ⁊ religiosis cõmiscentur.

f Unt illi qui habent aliquos caracteres pictos in minimo monte: vt pictum est in .5. Anastasis. Aliqui dicunt ꝙ sunt naturaliter eleganter elegantes: hoc tamen nunquam expertus sum.

¶ Capitulum decimum tertium. De signis male digestionis.

c Utis tenuis ⁊ debilis flegmaticam naturam videtur ostendere: malamqꝫ similiter digestionem declarat.

¶ Lineam mẽsalem fractam ⁊ capillarem digestionem malaꝫ dicũt chiromãtici ostẽdere.

¶ Triangulus qui in aliqua sui parte deficiat: aut ꝙ linee eiusdem sint tenues seu capillares malam digestionem idicare dignoscit.

¶ Linea cardiaca capillaris atqꝫ discontinua ⁊ male colorata digestionem perfectam perficere non sinit stomacum.

¶ Linea cerebri male colorata ⁊ capillaris digestionem bonã videtur denegare.

¶ Angulus summus valde separatus cum incontinuis atqꝫ capillaribus lineis digestionem malam minatur

¶ Linea epatis in tempore iuuentutis in manu carens ⁊ locus suus pallidus atqꝫ depressus digestionem minime laudabilẽ affirmat.

¶ Color candidus albus ⁊ purus sine perspicuitate digestionem malam denotat.

¶ Si basis Trianguli sit intercepta a lineis pallidis dolores varios ostendit propter malam digestionem.

¶ Capitulum decimum quartum. De signis bone digestionis.

m Anus autem solida simul cum palma que sit boni tactus sanguinem denunciat ⁊ pariter bonam indicat digestionem.

Linea mensalis cũ trina sui ⁊ laudabili ꝓportione ⁊ bene colorata bonã arguit digestionẽ.

Linea cordis cum trina sui proportione ⁊ bene colorata bonam representat digestionem.

Linea media naturalis cum trina sui dimẽsiõe ⁊ bene colorata digestionẽ laudabilẽ d̃notat.

Triangulus equilaterus summã atqꝫ laudabilem optimamqꝫ arguit digestionem.

Angulus supremus eminens atqꝫ acutus digestionem quoqꝫ bonam denotare videtur.

Angulus summus valde separatus digestiuaꝫ bonam affirmat. Et hoc intelligitur quando ipse linee sunt crasse ⁊ rubee.

Linea epatis cum trina sui proportione cum media naturali connexa ⁊ bene colorata digestionem quoqꝫ bonam promittit.

Linea Saturnina in concauo manus cum bona ⁊ trina sui proportione ⁊ bene colorata digestionem bonam declarat.

Soror linee vite in monte pollicis cum dimensione trina ⁊ bene colorata digestionem bonam arguit.

Manus bene tuberculata cum Tuberculorum eminẽtia ⁊ i medio concauo foueata cuꝫ bona soliditate digestionem bonã ostẽdit.

Color manus ex albo ⁊ rubeo mixtus ⁊ color sit perspicuus digestionem bonam idicat.

Color brunꝰ clarus atqꝫ castaneis similis bonam digestionem dicitur idicare.

Soror linee mẽsalis quãdo reperitur in manu potẽtiã inati caloris arguit: ⁊ ex cõsequẽti bonã digestionem vt pluries notaui.

¶ Capitulum decimum quitum. De egritudinibus renum.

f Cala vel craticula seu craticulus in Tuberculo Saturni dolorem renum denotat.

¶ Signa seu caracteres i monte lune: vt i quito Anastasis nostre pictum reperire potes dolores renũ vidẽtur indicare.

¶ Sine dubio linea mẽsalis cum semicirculis vel semicirculo i diametro digiti medij aut inter medium ⁊ medicum i diametro renalem morbum indicat vt sepe notaui.

¶ Quando sub auriculari vel sub medico fossule siue grane rubee fuerint siue puncti vel gradus: dolorem in renibus preparat vt aliquibus placuit ⁊ presertim Ugoni: hoc tamen ego non vidi.

¶ Capitulum vigesimum sextum. De signis
yliace passionis ꝛ de colico doloꝛe.

b

Yppocondria sunt a latere sub
costis ylia vero super anchas.
Yliaca autem passio est in intesti
nis gracilibus. Colicus doloꝛ
seu colica passio est in intestinis grandioꝛibus
ꝛ pꝛecipue in illo intestino qui dicitur colon.
In hoc autem loco large sumitur pꝛo vtraque
passione.

Scala vel craticulus seu craticula in tuber-
culo saturni yliacos dolores vt dicunt multi
ostendit.

¶ Capitulum decimum septimū de his qui
de natura sui sunt ingrati ꝛ asinini.

i

Ingrati iter omnes homines ma
xime euitandi sunt cum ingratitu
do omnia destruat bona: Quos
vt cognoscamus nihil debemus
pꝛetermitterre. Igitur qui habēt
figuram. C. in loco solis ingratam atq; asininā
naturam pꝛe se ferunt.

¶ Capitulum decimum octauum de doloꝛe
ventris.

r

Si linea mensalis sit magis ru-
bea q̃z alie linee pꝛincipales: vel
alie pꝛincipales sint pallidioꝛes
ipsa doloꝛem intestinoꝛum ꝛ alia
rum partium inferioꝛum signifi-
cabit.

¶ Est sententia Hermetis ꝛ omnium calde
orum qui multum in hac arte valuerunt: ꝙ li-
nea mensalis testimonium affert super renes:
vesicam matricem ventrem splenem anum vir
gam testiculos femoꝛa seu inguina. Ideo dis-
iunctiua sententia datur. Linea ergo mensa-
lis malam dispositionem ventris certificat si fu
erit fracta aut intersecta seu pallida.

Quando linea epatis habuerit puncturas
paruas vel iuxta eam fuerint duriciem ventris
ꝛ costarum doloꝛem atq; maliciā significabit.

Linea mensalis non pꝛofunda stricta palli-
da discontinua secta per alias inequales dolo-
rem ventris ꝛ eius fluxum: vt Vgoni placet: si
gnificat: Ita ego Cocles habeo excepta palli
ditate in ambabus meis manibus celesti gra-
tia: Et pꝛopterea multas habui egritudines
nec minus in futurum habebo.

Linea vite si sit rubicundioꝛ in parte inferio-
ri infirmitatem ventris vel partium inferioꝛu3
vt dicunt significat.

¶ Capitulum decimumnonum. De egritudi
nibus epatis.

m

Multum delectatus sum egritudi
nes quantum mihi possibile est
omnibus denunciare: vt hi qui ta
lia habituri sunt medicos consu
lant: ac sanitatem conseruent.
Figura igitur talis. D. in loco Martis dolo-
rem epatis minatur.

¶ Capitulum vigesimum de egritudinibus
virge ꝛ testiculoꝝ.

l

Linea mēsalis si sit obsessa ꝛ ꝯtigua
ex duobus semicirculis aut vno tā-
tum in dorso linee ꝛ sit connexa sub
auriculari tuberculo vel circa infoꝛ
tunia ī testiculis atq; priapo minatur: vt ifini-
tis vicibꝰ ipē notaui.

¶ Figura. C. seu foꝛma sphérica iuxta mediā
naturalem dolorem genitalium indicat.

¶ Linea mēsalis si sit magis rubea q̃z alie pꝛi
cipales doloꝛē seu egritudinem in genitalibus
significat.

¶ Linea mensalis pallida debilitatem argu-
it genitalium atq; testiculoꝛum: Et etiam ano
minatur.

Quando mensalis fuerit in sui pꝛincipio ra
mosa atq; obtusa: Et maxime si foꝛma spheri-
ca aut semicirculus cum eadem reperiatur:
Egritudinem in testiculis ꝛ in genitali mem-
bꝛo: pꝛout dicunt chyromantici: significabit.

Quando mensalis linea exiguam fossicu-
lam in diametro digiti minimi habuerit vel cir
ca eam fuerit egritudinem in genitalibus seu i
partibus inferioꝛibus dicunt significare.

¶ Capitulum vigesimumprimum de hernio-
sis.

r

Roma: Venetie: Mediolanum
Florentia: Bononia a celesti in
fluxu recipiunt passionem quan
dam que vulgariter dicitur chil-
la vel ramix seu hernia. Dicunt
ergo quidam ꝙ si iuxta lineam capitis reperia
tur talis figura. C. vel similis crepatum seu
herniosum significat.

Linee aut ea omnia signa que posita sunt in capitulo de egritudinibus virge huic capitulo applicari possunt disiunctiue tantum.

Capitulum vigesimumsecundum de passione matricis ⁊ vesice.

l Jnea Mensalis quando habet grana pallida ⁊ ex ipsis exeant virgule pallide aut rubee significat ꝙ talis habens hoc patitur i vesica.et si sint mulieres patiuntur in matrice. Et si non patiuntur sunt tamen dispositi ad huiusmodi passionem seu morbum.

Capitulum vigesimumtertiū de signis partus cum facilitate.

b Abentes robustiores lineas: ⁊ que seruauerunt trinam proportionem atqꝫ proprios terminos dico de mulieribus:cum facilitate ⁊ cum modico dolore parient.

Longa atqꝫ lata palma facilitatem partus demonstrat.

Triangulus in manu mulierum facilitatez in parturiendo indicat.

Capitulum vigesimumquartū de his que parient cum difficultate.

l Jnea Mensalis intrans inter indicem ⁊ medium in manu mulieris mortem in partu significat aut grauiter infirmari. Si exiguitate aliarum linearum tenet proportio.

Jn Tuberculo inter minimuz ⁊ medicuz linea crassa ⁊ ad modū longa in femina adulterium portendit ⁊ dolores:quibus ei rumpentur naturalia ⁊ morietur in partu vt dicunt aliqui. Ego tamen hoc per experientiam nunquam vidi.

Linea grossa ⁊ rubea inter indicum ⁊ medium: vt dicunt: ostendit ꝙ mulier morietur in partu.

Palma breuis atqꝫ angusta periculū mortis in partu portendere videtur.

Linea Mensalis exigua ⁊ capillaris atqꝫ intersecta periculum i partu minatur.

Triangulus defectus in manu mulierum cum lineis intersectis periculum partus pronunciat.

Capitulum vigesimum quintum. De signis fluxus.

m Ulte ac varie sunt fluxus species que incomprehensibiles sunt apud chyromanticum: sicut Lynteria que fit propter catarrum deriuantem a cerebro ad stomacuz ad intestina. Aut disinteria idest dissipatio intestinorum per materiam mordicatiuam que vlcerat intestina. Aut vt dicitur melius Linteria est fluxus ventris cum leuitate stomaci ⁊ intestinorum in qua cibus ⁊ potus indigestus quasi in eadem qualitate qua sumitur per secessum emittitur. Aut Diaria que est sola humoris amissio: aut fluxus sanguinis narium aut propter vulnera: Aut fluxus spermaticus:qui fit duobus modis. Uno modo dicitur Homorea. Alio modo noctis pollutio. Homorea secundum Galenum nomen est grecum compositum ex gomo grece latine germen seu semen ⁊ rea grece latine fluxus. Unde Homorea grece latine inuoluntarius seminis fluxus.⁊ est absqꝫ veretri erectione. Pollutio ē expulsio proprie spermatis in somno tempore noctis: ⁊ in hoc maxime peccat adolescentia: ⁊ est valde nocens quia in hoc actu fit magna spermatizatio. Species ergo flluxus:vt dixi multe sunt ⁊ incon iderabiles. Chyromantici vt plurimum intelligunt de disinteria. Aliquotiens de Diaria vt inferius enucleabo.

Linea grossa ⁊ rubea inter indicem ⁊ medium mortem per fluxum dicunt ostendere:dū modo non contingat Mensalem.

Aiunt nonnulli ꝙ linea oriens a tuberculo medio ⁊ ingrediens intra medium ⁊ indicem: si fuerit pallore suffusa fluxuz vētris significat.

Dicit Ugo ꝙ quando linea cerebri cum Mensali iunguntur simul: inter medium significat mortem ⁊ magnam fluxus infirmitatem.

Dicunt aliqui si linea Mensalis fuerit inter medium ⁊ indicem significat mortem ex fluxu ventris.

Linee parue ⁊ inordinate in mōte manus fluxus ventris denotare dicuntur.

Multe linee aut vnica tantum in fine Mensalis si respiciat quadrangulum fluxum colericum denotat ⁊ quot sunt Linee:tot sunt fluxus.

¶ Capitulum.xxvi. De signis distinguentibus in qua etate debent exuberare egritudines.

ſ Cias hoc pro certo. Si quedam linee parue sint iuxta radicē mensalis iste infirmitates ī prima etate ostendūt. Et si tales linee sint iuxta medium mensalis easdem significat ī vltima etate. Cum diuidat̃ oīs īdiuidui vita in duabus etatibus. Mensura ergo tota uite eiꝰ ⁊ tempora sunt vt dictum est in capitulo secundo de breuitate vite proportionando annos ⁊ etates: ⁊ sic habetur vera verificatio.

¶ Capitulum.xxvij. de signis mortis naturalis: ⁊ de qua materia debet homo mori: scilicet an sit sanguis: aut flegma: aut colera aut melācolia.

ſ I quedam parue linee secant lineam mensalem aut abundant ⁊ procedant a parte superiori erit infirmitas ex colera. Si autem ab inferiori parte erit ex flegmate. si autem ex parte media: aut maxime tendit ad superiorem partē tunc erit ex sanguine. Et si magis versus inferiorem erit: tunc ex melancolia.

De causa autem naturali mortis sic iudicare poterimus: ⁊ specialiter ī digitis que cōplexio nature iuncta cōcordabit̃: vt ī q̄nto Anastasis actum est.

Et ob hoc si quedā linee parue oriant̃ ex radice īdicis ⁊ vadant trāsuerse p ipsum digitū q̄si ad superius versus dorsum digiti significat colericum ⁊ suas condictiones.

Et si tales linee vadant ad īferius arcuales significāt melācholiā ⁊ suas condictiones.

¶ Et si he linee oriāt̃ ex latere īdicis ⁊ currāt recte eq̄distātes ad aliud latus significant sanguineum ⁊ suas condictiones.

¶ Et si quedam illarum linearum vadant ad inferius: ⁊ quedam ad superius est signū flegmatis cū suis cōditiōibus vt pictū ē ī p̄habitis

¶ Unde si tales linee: vt dictum ē: in mensali linea plures reperiant̃ a parte sup̄iori q̄ꝫ a parte īferiori si sint ī fine mensalis erit mors colerica. Et presertim si linea mensalis tendat ad partem superiorem scilicet ad radicem indicis vt ī capitulo de febre acuta pronunciabitur.

¶ Si autem plures linee fuerit ī linea mensali: considerandum est: an plures sint ī parte inferiori q̄ꝫ in superiori: ⁊ cui parti magis adhereant: Quia si plures erunt a parte superiori q̄ꝫ inferiori. erit mors causa sanguinis. Si autem econuerso erit ex melancolia. Et etiam considera alias lineas: que ostendunt infirmitates: vt sunt verbi gratia craticule que ī medio digito reperiunt̃: que q̄dem minantur materiam melancolicam vt ī suo loco tangit̃ bene considerantibus: ⁊ nota ꝙ hec ars ⁊ regule de ea: obliuiosis parum prosunt.

¶ Capitulum.xxviii. De signis febris acute.

I Nquit Galenus. secūdo affórismorum acute egritudines magne sunt: ⁊ velocem habent motum: ⁊ necesse est etiam vt velociter veniant ad statum: ⁊ maximo moueantur motu: Qui quidem motus crisis uocatur.

¶ Igit̃ si q̄dā linea repperit̃ inter medium ⁊ indicem: ⁊ sit grossa ⁊ rubea ī medio et acuatur in fine ex febre acuta morietur.

¶ Si linea mensalis sit acuta ⁊ procedat iter duos digitos versus primam iuncturam indicis mortem per febrem continuam arguit. Quanto subtilior ⁊ magis acuta erit: tanto illa febris erit acutior. Notaui quendam q habebat tale signum: ⁊ precipue ī eius manu linea mensalis erat subtilissima ⁊ tangebat primam iuncturam indicis ī interiori parte: cum maxima rubedie. Mors sua fuit febris acutissima.

¶ Alium notaui habere talem lineam cū maxima exuberantia linearum seu ramusculorum ī fine linee mensalis ⁊ talis ex fluxu qui disinteria nuncupatur mortuus est: Et istud valde ītensiue accidit quando corpus habitudine est colericum: ⁊ quando alias lineas in manu sua repperies que colere erunt īdicatrices.

¶ Capitulum.xxix. de frenesia.

Linea quedam a digito minimo obscura profunda ⁊ inspiciens inferiorem partem sui hominem furē ⁊ vitiosum ostendit. Si talis linea respicit supra versus medium fur erit iste: si nō furabitur saltem tormenta patietur propter suspicionem ⁊ semper negabit. Et si talis figura sit rotunda vtilem furem ⁊ potentem: sed furto abstinentem ostendit. Fuit meis temporibus quidam fur ⁊ monetarius externus: qui venit bononiam ⁊ iuit ad mercatorem ad emendum pannuȝ pro clamide: ⁊ ad alium vt emeret fustagnum pro diploide: ⁊ cum ipsis magnā contraxit amiciciam: infra paucos dies ductus est ad pretorem habita questione confessus est: se cū dictis mercatoribus adulterinos nummos cōflauisse: Mercatores statim capti sunt: ⁊ ad torturam positi: ⁊ innocentes inuenti. Tandē monetarius multa passus: confessus ē se solum huiusmodi rei conscium: ⁊ ꝙ illi erant sine culpa: ⁊ nunq̄ȝ eos cognouerat: ⁊ ꝙ illud fecerat vt causa ipsorum ipse euaderet. Et sic miser ille suspensus est. Et illi euaserunt: Unus autem fuit Baptista ghisellus Alter Franciscus louattus. Sic igitur fatum in indiuiduis infortunium influit.

Linea media tortuosa ⁊ discontinua profunda granosa diuerso colore tincta in medio mirabilem animum latrociniū ⁊ falsitatem indicat.

Si in vltima iunctura pollicis linea exterioȝ
⁊ interioȝ cōiungat᷑ aut sint plures linee in cō/
iunctiōe suspēsionē idicāt. Si media naturalis
aut locus mercurij sit male cōditionatus signi
ficat suspensiōeȝ pp furtū aut delictū cōmissuȝ.

Si sup dorsuȝ pollicis prope vnguē reperiat᷑
forma circularis realr̄ i medio itersecat᷑ a qua/
dam linea p latitudinaleȝ posituraȝ arguit in/
geniosum ⁊ odiosum furem ⁊ adulterum.

Alij dicunt qn̄ in dorso pollicis apparēt due
grosse linee venientes vna a parte interiori alia
ab exteriori nec se tangentes:⁊ medium dorsi
pollicis trāseūtes magnam infidelitatem ⁊ la/
trociniuȝ significāt:nec in his cōfidendū ē.

Manus nimis curte respectu aliarū partiuȝ
sui corporis:⁊ digiti ipsaruȝ nimis curti respec
tu manus talium transgressorem furem insidia
torem ⁊ omni neqtia plenum indicat.

Dicit Vgo:si in medio linee medie natura/
lis sit vna fossa significat latroneȝ ⁊ debet ha/
bere oculos profundos.

Dicūt aliq quorum nomina ignoro qn̄ linea
epatis est furcata versus restrictā significat ma
le mori propter furtum.

Fuit captus ⁊ suspensus qdā Valerius ma
ximus fur:q sic erat figurat⁹ ⁊ habebat acumē
ingenij i furādo. Fuit mediocris stature ossee:
⁊ gracilis ⁊ ꝓportionatis mēbris. Capilli ni/
gri crispi atqȝ rari:⁊ prolixi.

Frōs quadrata ⁊ i medio plana:cilia arcuata
⁊ spissa:⁊ in cono nasi coniuncta. Oculos ha/
bebat mediocres profundos cum maculis flā
meis ⁊ radiosis. Bene parumper eleuate ossis
causa:facies longa nasus mediocris quasi ad
os protensus:⁊ colericus subnasum foueatuȝ:
os paruum labia subtilia ⁊ inferius quasi euer
sa:ad mentuȝ tendens in acutum ⁊ aliqualiter
in summitate foueatum ⁊ rotundum:Color fa
ciei albus quodam pallore suffusus: ingressus
pauoninus ⁊ lentus. Statura erat ex natura sui
potius erecta q̄ȝ curua:tamē curue ambulabat
vt faciunt cogitabundi. Crura habebat fusul/
lata:pedes paruos ⁊ dlectabiles:calcanea par
ua abrasa:nitide ac pulchre iduebat: Spatule
erant grosse aliquantulum:⁊ modicum curue.
Manus pulchre cum digitis longis atqȝ pal
ma longa. Erat paucorum verboꝝ tn̄ cum ce/
leritate prolations ⁊ actiones sue erant cū sum
ma celeritate maxio igenio ⁊ aiositate magna.

Quātum ad physionomiam planetarum dico
ꝙ nigredo capilloruȝ ⁊ eorum subtilitas ⁊ cri/
spitudo ⁊ celeritas motus verboꝝ ⁊ corporis
⁊ nasus protensus colericus indicabāt naturaȝ
martis dominari:q₂ etiaȝ respectu sui corporis
habebat pectus latum ⁊ spatulas:quod est si/
gnum caliditatis. Raritas capillorum signifi/
cabat siccitatem. Incessus cogitabundus cō/
tractis cilijs cum cōiunctiōe:⁊ spissitudo eoꝝ:
atqȝ oculi profundi ⁊ pauonini passus:⁊ oculi
submissi dispositionem saturninam denotant:⁊
precipue raritas verboꝝ ⁊ duricies in prolatio
ne. Longitudo faciei cū genis sic figurata: ⁊ la
bia subtilia ⁊ color faciei indicabant mercu/
rialem dispositioneȝ precipue frons quadrata.
cilia arcuata:labia parua acuitas menti ⁊ eorū
fossicule ornatus capillorum ⁊ residui corporis
⁊ pedes delectabiles cum paruis calcaneis ve
neream dispositionem indicabāt. Oculi radio/
si atqȝ maculosi erant ratione siccitatis spirituū
aialium in cerebro existentium:q₂ illa igneitas
atqȝ adustio iducit hoies ad furta atqȝ rapinas:
Saturnus etiam siccitatem auget:de sole luna
⁊ Ioue non scribo quia non memini.

Sufficit nobis ꝙ saturnus ⁊ mars domina/
batur:⁊ inducebat ad furta:Venus ad luduȝ.
Mercurius erat i loco i sua genitura ꝙ efficie
bat ipsum ingeniosuȝ.

Hinc erat ꝙ habebat barbam minutaȝ ⁊ ra
ram. Scias qđ ego in hoc meo opere de phy/
sionomia planetarū non scribo gradatiȝ in par
ticulari:⁊ ꝙ membra que tenent materiam hu
midam ⁊ frigidam lune dedico:que tenent sic
cam ⁊ calidam naturam marti applico:que te/
nent frigidam ⁊ siccam saturno refero. Calidā
⁊ humidam ioui calidā ⁊ siccam magis tēpera
tā soli. Mēbra calida ⁊ humida incōpacta ac
nō multū solida ⁊ rotunda:nec valde lassa nec
valde erecta ac lucida veneri cōcedo. Mem/
bra lōga nō ꝓtensa ⁊ gracilia sūt mercurij. De
gracilitate saturnina ⁊ martiali nō scribo:tu cō
sidera lineas saturninas. Et quicqd scripsim⁹
in suis capitulis in.ȝ.anastasis gradatim vide
bis:nec nō colores figuras mūdicias ⁊ imūdi
cias:⁊ oia applica cū sagacitate igenij hn̄tes.n.
icomixtiōe sui infortune dominatrices tales vt
plurimū i facie maculant᷑:⁊ liuidi sunt:quoruȝ
alter a marte:alter a saturno ꝓducit᷑.

Talis physionomia est valde difficilis: hāc

nō declaro duabus de causis. Una ē qꝛ qn̄ in
cepi oēs me deridebāt: nūc aūt oēs volunt esse
physionomi: ⁊ ad inicē ꝯcurrūt p̄cipue indocti
atqꝫ rudes: cynedi rustici: legiste: mechāici: bu
maniste grāmatici femine: ⁊ multi alij. Tamē
mea benignitate rogatus a doctissimis scolari-
bus ⁊ a qbusdā doctorib⁹ artis priuate physio
nomiaꝫ docebo: atqꝫ chyromātiaꝫ ⁊ alia vati-
cinia: nā sic merēt: cū sint igeniosi atqꝫ sciētes.
Illi q ignorāt anothomiā: philosophiam: atqꝫ
medicinā agitāt aquā in mortario plūbeo ⁊ re
ferendi sunt ad sophisticalem alchimiaꝫ. Aliā
viam habemus ad inuestigandum naturā pla
netarum. Quoniam omnes minime: ac sum-
me actiones que fiunt in mūdo depēdēt a vir-
tute celi tā in induiduis q̄ꝫ in aialibus atqꝫ ab
alteratiōe elemētoꝝ: ⁊ in cunctis humanis iac
turis: fortuna: ⁊ infortunio ⁊ hoc intellectus se
clusa operatione. Exemplnm tibi ostēdo. Nā
dux Ualentinus dictus Cesar borgie filius
Alexandri pontificis maximi qn̄ dominabat̄:
erat hōicida: fraudator: fractōe fidei: rapax alie
narum mulierum mendax maximus. Habe-
bat hic radiosos oculos: quod significabat su-
perdominium martis. Noctis tempore luxu-
rie operaꝫ dabat: crapule: ac vigilis. Hoc age
bat in negocijs peragēdis. E populo suo i suis
rebus neminem audiebat. Erat solitarius co-
gitabūdus: prodigus aliquotiēs extirpator hu
mane religionis: auarus: timidus: audax i ver-
bis: ⁊ summa preditus eloquentia. Alienis re
bus publicis: seu dominijs minabat̄: Et hoc
ꝓpter saturni: ac martis dispositioneꝫ: vt dictū
est. Erat ingeniosus nephandissimus: ⁊ circa
negocia detestabilia que procedunt a saturno:
⁊ marte. Item in eo erat color inopos: ⁊ nasus
erat aquilinus: qui testatur super naturaꝫ mar
tis. Uerum conuentu trium superioruꝫ in can
cro Alexāder sextus maximus pōtificū obijt:
qui maxime ecclesiasticis aduersabat̄: vt ex ore
magistri dominici marie tēpestate nostra astro-
nomorum principis apertissime manifestuꝫ est
istorum trium conuentus coniunctio maxima
merito nūcupat̄. In cancro: que vocat̄ magna
ꝯiūctio: ⁊ qꝫ Alexā. vj. obijt: Ille amisit domi-
niuꝫ suū: ⁊ infestatus fuit acerba egritudine.

Et ita vltra radicem suaꝫ eleuatus infortuna
tus fuit ⁊ in carcerē cōiectus. Uilissimus erat
in factis: audax in verbis: qꝛ saturnina disposi
tio in eo dominiuꝫ obtinebat: Et ita fuit sophi
sticus: nam quando fuit ad vltimum cimentuꝫ
euanuit vt fumus seu vapor: qꝛ mercurius al-
chimestarum fuit male fixus cōgelatusqꝫ. Sed
sal armoniacum sal alkli ex succis herbarum
innaniti existunt.

Illi qui nimiam pompam atqꝫ ornamenta
habent dicuntur habere veneris naturam ⁊ q
ferunt res odoriferas.

Capitulū. ccli. De his qui sunt officiales ⁊
grati apud Reges atqꝫ principes cum hono-
re ⁊ diuitijs.

Figura talis. B. in monte indicis in-
f ducit maximam fortunā apud reges.

Littera. G. in radice annullaris facit
hominem letum manentem cum principibus
ac maioribus terre.

. f . Littera in monte indicis arguit gratiam
cum regibus ⁊ diuitias.

Forma spherica vel triangulus bene cōditio
nat⁹ i mōte iouis arguit dilectionē apd̄ reges.

Linee recte pulchre longe in digito annulari:
aut idicis diuitias honores ⁊ dignitates a pri-
cipibus denotāt: p̄cipue qn̄ cū sua essentia trās
ferunt̄ ab vno articulo ad aliud.

Quando vna linea oritur a cardiaca per me-
dium fouee manus ⁊ sit equalis latitudinis: ⁊
ad radicem solis admodum sulculi deuenerit
cum bono colore quam lineam aliqui vocāt sa
turninam honores exaltationes famaꝫ atqꝫ do
minium prestat.

Qui habuerit. B. litteram i triangulo erit di-
ues ⁊ familiaris principibus.

Si quis habet in palma manus foueam aut
puncta quasi nigra tria tantuꝫ habebit diuitias
honores ⁊ statum apud principes.

Linee pulchre in principio cardiace extenden
tes se ꝑ tuberculū facit diuitē cū honorib⁹ exu
berātibus apud reges vt dicunt qdam.

Rami i cardiaca respiciētes extrema digitoꝝ
diuitias ⁊ honores apud reges significāt.

Si i prio articulo pollicis fuerit linee vt crux
diuitias ⁊ honores apd̄ reges: maxie si sūt gra
ciles ⁊ subtiles innuunt vt aiūt aliq: ego tamen
nūq̄ꝫ notaui.

Si q̄dā linea recta ⁊ bn̄ colorata oriat̄ a radi
ce indicis ⁊ extēdat̄ vsqꝫ ad mediā iūcturā vel
prope honores ⁊ diuitias apd̄ pricipes arguit.

Si linea solis oriat̄ a mēsali ⁊ ꝑ modū sulcu

li diametraliter veniat cū trinaria ꝓportiōe ad radicem ānularis diuitias honores dignitates officia apud principes idicare videtur.

¶ Necesse ē quoqꝫ īspicere ꝯditionē tuberculoꝝ ⁊ aliaꝝ ꝓportionū circa diuitias etates ⁊ infortunia vt puta si ego reperio montem mercurij ad vltimā pfectionē cū lineamētis i residuo digiti: angulum sup̄mū eminētē aut triāgulum idicabis hominē rōne lrāꝝ aut igenio suo eē gratū ⁊ fortunatū apud principes.

Si mōs iouis sit excelsus fortunatus ē apud principes religiosos vt sunt Cardinales Pape ⁊ ceteri gaudētes de bonis ecclesie. Et forte ēt cā pricipum seculariū: qꝛ hꝫ locū solis pro essentia ⁊ linee sunt fortunate: aut locus veneris cum sūmis signis fortune: fortasse istud accidit pp feminas vt sunt matrone qn̄ illis sunt i gratia rōne aliquaꝝ virtutū aut propter coitū.

Aut qꝛ sunt Cynedi qꝛ tales aliquādo grati sunt apud pricipes: aut qꝛ sunt musici ⁊ sic gradatim opꝫ īspicere ⁊ cogitare semitā rectā i iudicādo atqꝫ pronosticādo. Uidi quēdā cōciuē nostrū habentē locū iouis fortunatissimū: ⁊ etiā ceteras lineas fortunatas ⁊ predixi eū pueturꝝ ad dignitates ecclesiasticas si ipse p̄sbyteratū acciperet. Si non acciperet pueniret ad dignitatem laycalē. si ioualē dignitatē haberet semp esset in negocijs pp Iouiales pricipes: ⁊ etiā i negocijs ob solares pricipes. Et ecōuerso si laycus erat in negocijs p̄sbyteralibus ⁊ solaribus. Et ita factus ē p̄sbyter: ⁊ hꝫ officia ⁊ honores cā iouis. Tn̄ hꝫ ⁊ habuit semp negocia i p̄līs pp ecclesiasticos ⁊ ēt solares. Et fuit ꝑ vtrisqꝫ mandatarius ⁊ nūcius: ⁊ semp sic est ⁊ augebit᷑ ad summū rōne āboꝝ istoꝝ negocioꝝ:

¶ Caplm. ccxlij. De crudelitate.

l Ittera. A. vl' figura similis ei i triāgulo notat hoīem lapidei cordis sine misericordia plenum ira ⁊ iniqtate.

Linea cordis magna ⁊ rubra tā v̄sus rascettā q̄ꝫ v̄sus naturalē mediā crudelitatē ostēdit.

Quādo media ⁊ cardiaca nō bene ꝯiungunt᷑ sꝫ distāt ab inuicē notabiliter puꝝ spaciū dimitētes significatur maxima crudelitas: si martialem colorem obseruauerunt.

Linea mēsalis vltra medietatē idicis signū ē crudelitatis ⁊ magne ire p̄cipue si fuerit liuida aut flammea.

Manꝰ diuersoꝝ coloꝝ dicunt crudelitatem significare.

Martiales linee in manu reperte crudelitatem denotant.

¶ Capitulū. ccxliij. De iauditis ac malignis egritudinibus.

a Pparuit i pontificatu Alexādri sexti magni r̄ceptaculi vitioꝝ: q̄dā egritudo q̄ vulgo dicit᷑ morbꝰ gallicus: ⁊ vt aliq capitulant᷑ saphati aut goroni q̄ egritudo erat ⁊ ad p̄sens ē cū pustulis siccis vel humidis ⁊ origo eaꝝ vt plurimū erat vlceratio virge: q̄ pustule erāt male ⁊ timēde nā i eis peccat materia salsa vl' melācolica adusta. adeo ꝙ iudicat᷑ ꝙ sit materia leprosa: nā accidit deturpatio faciei: ⁊ q currit cursus specialis i leprosis. Cuius erat ⁊ nūc ē d̄p̄nsus totus orbis i omni etate ⁊ sexu ⁊ i oī ꝯplexiōe: maxie i adustis ⁊ melācolicis. Adeo ꝙ medietas gētiū erat sic ifecta: vt plurimū in ꝓcessu tp̄is tales moriunt᷑. Aut pp fluxū discitericū: aut pp vlcera corrosiua aut pueniūt ad ptisiꝫ. Uidi ⁊ curaui quosdā quoꝝ virga corrodebat᷑ cū sūma celeritate: nec potuerūt eis succurrere aliqui medici cū cauterio auctuali aut potētiali nec cū aliqbꝰ medicinis. ⁊ cā fuit mala discrasia epatis q̄ euaporabat ad caput ita ꝙ ipsuꝫ discrasiatū r̄uerberādo trāsmittebat flegmaticā materiā ad iūcturas cāndo dolorē i tēsiuū iūcturaꝝ: ⁊ p̄sertiꝫ noctis tp̄e: ita ꝙ patiēs ꝯtinue lāguebat: ⁊ morbꝰ hic ē q̄si incurabilis saltē i recidiuādo cū iteꝝ cruciet᷑. Licꝫ aliq medici vngāt ifirmos cū diuersis vnguētis: ego aliquos curaui cū tali descriptiōe post cronicā euacuatiōeꝫ atqꝫ materiā digestā. Recipe assūgie porcine mūde librā vnā. argēti viui vncias tres salis ꝯmunis lytargyrij añ. vnciā vnā: aque rosate vnciā vnā ⁊ semis. Et extigue argētū viuū cū p̄dicta assungia i mortario ⁊ fiat vnguētū: ⁊ vnge iūcturas: ⁊ sta i lecto bn̄ coptꝰ ⁊ fiat tribꝰ vicibꝰ i tribꝰ diebꝰ. hͦ ꝓuocat sudorē: ⁊ māꝫ euaporat ad palatū: ⁊ ipꝫ cū gēgiuis vlcerant᷑. ⁊ hoc curaui sepe abluēdo cū aqua alluminosa. De vlceribꝰ corrosiuis nō loquor qꝛ nō ē itētio mea: Nūq̄ꝫ tn̄ tales st᷑ robusti aut sani vt prius maxie illi q fuerūt itēsi i egritudīe. Dicūt astrologi ꝙ cā huiꝰ morbi fuit ꝯiūctio iouis ⁊ saturni die. 9. nouembris. 1484. ⁊ hoc b̄m fidelissimā obſuationē magistri dn̄ici Marie ferrariēsis natiōe: antiqtate vero bononiēsis ciuis efficit᷑ suoꝝ merito atqꝫ ope exaratiōeꝫ hꝫ vero cōmuniū fuit die. 26. nouēbris ⁊ in applicatione

ꝯiunctionis versus finẽ ipsis testimoniũ paritatis ꝓbuit sol. Et qꝛ hec sub signo scorpiõis fuit facta impssio: ex mẽbris hominis virgã ⁊ testiculos q sũt sub eo signo coegit ĩfirmari ĩfirmitate q̃ ex ꝯtrarijs valde humoribus cõponit̃: ⁊ sic pricipiũ circa illas ptes habuit p celestẽ cãz.

Post ꝯfirmata fuit dicte ꝯiunctiõis malicia de ãno. 1492. cũ fuit ꝯuentus quadrature martis cũ saturno: quoꝝ alter e diametro: alter vo p quartaz circuli cõiunctiõis facte graduz pulsabãt. Demũ de ãno. 1495. iterũ sub triplicitate aquea p centenã ⁊ vigenã zodiaci partẽ vniti: ⁊ cũ magne cõiunctiõis dominio morbũ gallicũ duxerint. Morbꝰ gallicus dr̃ qꝛ galli primi habuerũt talẽ egritudinẽ i ꝑlio pthenopeo.

Insperi in eoꝝ manibꝰ: ⁊ inueni oẽs hr̃e lineã epaticã male cõplexionatã aut locũ talis linee male cõditionatũ: cũ ꝓportione linee capitis cũ signis q̃ dicta sũt i cap. de podagrica dispositiõe. Et vt plurimũ hñt epar magnũ aptuz natũ labi: ⁊ caput humidũ ⁊ colorẽ faciei iopũ ⁊ facies eoꝝ erãt vlcerate ⁊ ꝑcipue nasus. Huius egritudinis capitulũ nõ reperit̃ apud medicos qꝛ ẽ egritudo mixta ex varijs humoribꝰ. Talis maligna cõstellatio ĩduxit etiã fraudes rapinas mẽdacia: ⁊ pessimos mores i iduiduis: ita ꝙ nati sub tali cõstellatione sũt pessimi. Et habuit etiã vigorez i multiplicãdis cucullatis: ⁊ fecit caternã nouarũ sectarum ⁊ hyppocritarũ: ⁊ eoꝝ q sine labore aliena viuũt quadra.

Oportet igitur sicut sepius dixi inspicere generales cõstellationes ⁊ maxime magnarũ cõiunctionũ: Ut fuit ista magna coniunctio saturni martis ⁊ iouis in signo cancri q̃ idicat p. 30. annos in toto orbe precipue in septimo climate indigentiam: pestez: ferruz: ⁊ ignez: ⁊ maximas strages: ⁊ expulsiones regũ: mẽdacia rapinas: fraudes: ⁊ declinationẽ mahumethane fidei: ⁊ rectificationem christiane religiõis ⁊ magnaz cateruaz cucullatorũ pessimoꝝ: ⁊ eoꝝ depressionẽ qꝛ climata ⁊ ciuitates mores mutãt ⁊ hoc debebãt cognoscere physionomi precipue illius temporis: aliter inanita est ista preclarissima scientia.

Capitulũ. ccxliiij. De his q percutiunt cõsanguineos seu genitores vel genitrices: aut irã ab ipsis patiuntur.

f — Signa picta in loco martis vt pz in. v. anastasis inclinãt homines ad percussionem consanguineorum.

.C. figura in monte medici genitoris interfectorem notat.

Linea media naturalis grossa profunda nimis: ⁊ quedam parue fouee ibi appareant cuz colore intenso cum matre malum ⁊ inde sanguinis effusionem pronunciat.

Quando in media naturali fuerint fouee ⁊ bine linee parue curte alias curue secent in duobus locis iuxta pedez linee vite quasi ex opposito spacij quod est inter indicem ⁊ medium matrem iratam sepius ostendit: que etiam primo morietur.

Capitulũ. ccxlv. De his qui lasciue agũt: quia sequuntur societates hominum lasciuorũ ⁊ male nature.

f — Figura. G. in triangulo significat perseuerare cum malis uiris latronibus ⁊ occulte machinantes denotat.

Angulus supremus disiũctus si illud spaciũ sit molle valde significat hominem dimittentẽ bonam conuersationem: ⁊ imitari mala.

Quando media naturalis ⁊ cardiaca cõiunguntur per quasdã constantes ad modũ rethis significat vitiosam vitã ad felicem tñ finẽ ⁊ ad exitum bonũ declinantez. Obseruaui pluribus annis tales exercere actiões suas detestabiles ⁊ presertiz cũ socijs in omni genere luxurie cũ ingenti pompa: cuius i principio magisteria circa ludos ⁊ pellices: ganeas: lupanaria erant ⁊ que currunt cursu eoꝝ differenter tñ ẽm diuersas ꝓportiões ex mixtiõibꝰ cũ diuersis signis atq planetis regionibus radicibus ⁊ patrijs.

Capitulũ. ccxlvj. De his q vadũt ad bellũ ⁊ aut sũt vulnerati aut patiũt̃ iacturas pp socios.

a — Angulus supremus non cõiunctus: ⁊ ꝑdicte linee non distent notabilr̃ ⁊ sint valde propinq̃ significãt migrationez in belluz propter socios ⁊ sunt aut cũ eis vulnerati aut propter eos patiunt̃ iacturas.

Capitulũ. ccxlvij. De his q perueniũt ad diuitias ex alienis bonis.

l — Littera. D. i radice solis bene disposita diuitias alienas seu Inopinatas ascendere prenotat.

Linee vt stelle in quadrãgulo arguũt dispersionez substãtie in aliquo tp̃e: ⁊ si ad paupertatez ꝯuenerit ⁊ paup fuerit ditabit̃ ⁊ nihil ei deerit naz alienas diuitias amplectetur.

¶ Capl'z.ccxlviij. De his q iterficiũt vxores.
Igura. E. in triangulo arguit virũ cõ
f tentiosuz habenté copulã cũ uilibus fe
minis τ raro habebit dſpõsationẽ opta
tã τ aliqñ vxoris proprie erit interfector.

Caracther vel aliquod signuz veneris vt in suo loco pictũ est in.v.anastasis interfectorem mulierũ aut proprie vxoris aliquãdo innuit.

¶ Capitulũz.ccxlix. De his q sunt ifortunati causa mulierum.

Cutam: triãgulus: aut spherica forma
f i mõte solis facit diligi a mulierib⁹: sed
propter eas damnum patiet'.

Si i fine linee cardiace i monte pollicis repe rit' forma vt stella ifortuniũ pp mulieres notat: τ quot sũt stelle tot sũt ifortunia.

Linea q̃ dr̃ via lactea si repert' cũ sectiõe li nearũ τ i residuo manus sit ifortunata iacturas τ ifortuniũ pp feminas denotat.

Cingulus veneris si ẽ ꝓtensus cũ trina por tione ifortunium pp feminas testatur precipue ratione luxurie.

Angulus supremus lenis τ valde separatus τ manus sit feminea lineata τ positionata ifor tunium minat' pp feminas.

Mõs veneris valde eminẽs lenis τ ex mul tis lineis obsessus i modum ludi scacchoꝝ in fortuniũ pp feminas arguit.

¶ Capitulum. ccl. De his q acqrunt filios nothos seu spurios.

Inea triplicata a radice pollicis oriẽs
l que porrexerit se ad montẽ iouis facit
ꝙ habentes gaudent coitu τ acqrẽt fi
lios spurios ex adulterio.

Mons Jouis bene conditionatus aliqñ τ quasi semper filios spurios significat.

Dicit chyromãticus i sua exhausta chyromã tia qñ iueneris apud radicem i monte minimi aliquas lineas tot filios nothos significãt quo modo ipe fuerit τ si tortuose fuerit mortuos aut ignotos arguunt.

Si reperit' paruus punctus i radice idicis bñ coloratus versus dorsum i siluestra parte vnuz filiũ nothũ arguit. Si tendit ad domesticã par tez versus intra filias feminas nothas arguit. Et quot pũcti erũt tot filios vel filias denotãt.

¶ Capitulũ.cclj. De his q habent signum
ꝙ sunt spurij:
d Icunt aliq si linea vite sit a parte supe riori magis lata quasi si linee ꝯditiones trãscẽ dat significat aliquẽ esse spuriũ: qđ nũqꝫ vidi.

Si minimus digitus cum sua summitate non attigat vsqꝫ ad vltimam iuncturam medici spu rium esse penitus idicat: vt habeo i manu mea ad amusim: tamen nõ mihi displicet: Cũ mul totiens legerim reges imperatores dominos ac Dynastas fuisse spurios. Et multi etiã spu rij in lr̃is excellentissimi fuerũt. Hoc scire pos sũt q antiquas τ nr̃as legũt historias: Habeo dijs gratias ꝙ non me iumentuz formicaz seu muscam esse voluerunt.

¶ Capl'z.cclij. De iterpretatorib⁹ somnioꝝ.

Uemadmodum diximus in introduc
q torio nostro breui tempore Christo iu
uante conabor edere librum de iterpre tatione somniorum τ ostendere hanc esse scien tiam cum firmis radicibus secũdũ caldeos e gyptios indos atqꝫ grecos. Et que vera sunt ostendam: Que repellenda erunt repellã: Ex tinguendo erroneas oppiniones quorumdam ingeniorum bouinorum subsanantium: qui ne gãt artem somniorum τ sunt asini ad lyram.

. D. figura i loco veneris iterpretatorem som niorum faciunt τ demonstratorem reruz occul tarum. Illa signa que diximus in capitulo de philosophis τ auguribus τc. huc per viam di siunctiuam deducenda sunt.

¶ Capl'm.ccliij. De his q sũt occulti animi.

Inee pulchre τ clare i digito minimo
l aut i mõte latentem aiuz arguũt adeo
ꝙ nullus cognoscit itrinsecuz suum.

Si media naturalis simul cũ linea cordis su perius angulum strictuz efficiat celatum aium significat τ hominem boni consilij secundũ leo phritum τ ita ego testor.

Ait mercuri⁹ si linea mẽsalis i directo idicis aut medij bifurcata fuerit celati ai τ occulte ꝯsciẽ tie viꝝ idicat. alij dicũt qñ ẽ bifurcata absolute i quocũqꝫ situ aiuz occultũ declarat.

Dicũt recẽtiores si a linea mẽsali emergit vna linea subtilis τ limpida se extendens per mon tem minimi cõsilium bonum τ aium occultum testat': τ ita etiam Ugo cõfessus est,

Nõ ẽ ꝯfidendũ de his q habẽt aiuz occultũ qꝛ habẽt vulpinos mores τ tales vt plurimuz sũt saturnini. Ideo linea saturnia a rascetta ad radicẽ medij ꝓtensa cũ equali ꝓportiõe aium vulpinum occultũ atqꝫ maleficiũ denotat.

¶ Capitulum ducētesimumquinquagesimuz quartū. De isania atqz stulticia.

n On est dubiū ꝙ omnes homines aliquādo stulti vocari possunt: Et si fiat cōparatio nullus est adeo sapiens nec tante vir excellētie q quandoqz nō sit stultus i aliquo casu. Uulgus indoctum eos peritos eē putat ac sapientes q bonam habent exteriorez fortunam. Aliqui sunt iracundi ⁊ qui a passionibus vincuntur nec ire frenum imponunt: Nos vulgus fatuos appellat: sunt hi tamen post discessum ire rectissimi discursus ⁊ boni consilij.

Nō est meuz hoc in loco distinguere species stultorum cuz infinite sint. Fatuos appello illos: qui quādo quieti sunt: carēt recto discursu ac ratiocinatione. Aliqui apellant fatuos illos qui sunt nimie instabilitatis.

Linee igitur obscure in digito minimo indicant intellectum maluz ⁊ sine stabilitate nec habent in suis rebus fundamentuz ⁊ sunt audaces ⁊ stulti.

Si ex tribus lineis triāgulus in nulla sui parte cōiungat̃ sculticiam ostendit.

Si media ⁊ cardiaca linea non coniungantur simul: sed distant ab inuicem predicte due linee notabilter purum spacium dimittentes tunc significant vanos ⁊ inutiles proferentes sermones.

Si quedam linea aspera ⁊ tortuosa descēdat inter medium ⁊ medicum ab earuz radicibus stulticiam ⁊ temeritatem ostendit vt antiqui ⁊ nostri tenent.

Si mensa manus constituit̃ ab inequali spacio complexionem malam ostendit: ⁊ negocia agentem cuz fatuitatibus.

Digiti grossi ⁊ breues audaciam aiūt quidā significare cum temeritate.

Una linea cum diuiserit infamem insaniam dicunt notare.

Digiti grossi ⁊ breues quādo palma manus est curta stulticiam denotant.

Digiti subtiles plusq̄z decet stultitiam penitus significant.

.G. Figura in Triangulo dementiam ostendit.

Si linea media naturalis infine sui multū ad digitos inclinet maximam stulticiam arguit.

Si quedam crux reperiat̃ in digito auriculari fatuitatem dicunt denotare.

Si in triangulo tale signum. E. apparuerit in uiris dementiam significat.

Si due linee ꝓcedāt a restricta in fouea manꝰ vsus mōtē: ⁊ in medio sūt mutilate seu disiūcte ⁊ postea reuniantur: Ignarum ⁊ obtusum arguunt ingenium: mortem instar fatui in patria obiturū: tamen caret sensu vt dicunt multi precipue coruus in suis picturis.

Inquit Ugo ꝙ vngues oblōgi ⁊ angusti stoliditatez atqz ferocitatem denotant.

Notaui quendam qui ratione nimie caliditatis erat fatuus atqz verbosus furiosus iracundus atqz maledicus ⁊ impatiens. Cuius statura erat talis. Statura parua musculosa sanguinea tendens ad coleram: caput pineatum: vox alta ⁊ sonora preceps in verbis. Auriculas habebat magnas: frontem promptuariam hoc est rotundam: supercilia coniuncta ⁊ valde pilosa: oculos paruos: cōcauos: flammeos: nasum simum in medio concauum. Genas ossosas ⁊ compressas aliqualiter: os magnum: labia grossa euersa. Dentes magnos: mentum acutum: ⁊ longum. Faciem longam: collū grossum ⁊ breue: Parua erat distantia inter cor: ⁊ cerebrum. Spatule magne ⁊ eleuate cum latitudine pectoris: methaphrenon eminens ⁊ carnosuz hyppocōdria magna: Crura breuia musculosa brachia lōga ⁊ grossa: pedes magni articulati. Calcaneum magnum. Planta pedis concaua. In passibus celeritas cum breuitate. Ferebat caput more ceruino: toto corpore pilosissimus: cum colore rubeo in facie: qui tamen erat flammeus obscurus. In manibus habebat lineam cardiacam ⁊ mediaz valde separatam ⁊ erant rubicundissime: cum sola linea mensali. In eius vola erant tres linee tantum: cum residuo tuberculorum atque linearum infortunia: vt beluissimam naturam indicaret.

¶ Notaui alium purum Saturninum melancolicum fatuum solitarium dure loquele: paruiloquum pauidum suspiciosum credulum. Cuius statura satis magna erat sed gracilis. Capilli nigri crassiunculi plani: facies aliqualiter longa. Color liuidus. Ambulatio Terrea solitaria ⁊ suauia: Frons parua: cilia ⁊ barba cum paucis pilis: Oculi parui: atque profundi: Nasus medio

cris magnitudinis cum extremitate rotun-
da: Os paruum: Labia spissa ⁊ inferius ca
duca atque euersa: vt in asinis patet: Bene
compresse mentum paruum aliqualiter rotun-
dum ⁊ foueatum. Spatule anguste atqꝫ abrase
hoc est summe plane: collum subtile: auricule
parue: pectus angustum: humeri valde curui: ⁊
totum corpus gracile. Ipse se associauit cũ so-
cio solitario melancolico virtuoso tamen: ita ꝙ
sepe multuꝫ itineris simul peragebant sine col
loquio aliquo inter se. Tandẽ ille qui erat ma
gis melancolicus suscepit species pauidas in
sua virtute fantastica: ⁊ continue dicebat ꝙ dic
tus socius suus volebat ipsum interficere. Et
ob hoc facti sunt inimici.
¶ Alter tamen socius quẽ ante dixi nõ hꝫ vir
tutẽ fantasticã fractã q: hꝫ ingeniũ ⁊ litteras.
Alter vero q: ẽ valde melancolicus hꝫ melan
coliam puram dominantem in ipso: Alter me
lancoliam fixaꝫ in materia atqꝫ habitudine ali
quantulum sanguinea cum meliori organo pre
cipue spiritus animalis. ¶ Dubitant aliqui su
per problema Aristotelis dicentis: Cur inge-
niosi melancolici sint. Qua in re platonicum il
lud: quod in libro de sciẽtia scribitur confirma-
uit: Ingeniosos videlicet plurimum concita-
tos furiososqꝫ esse solere. Quod idem Plato
in phedro probare videtur: dicens. Poeticas
fore frustra absqꝫ furore pulsari. Sed hunc for
te diuinum furorem vult intelligi. Tamen ne-
que furore eiusmodi apud philosophos nulli
preter q̃ꝫ melancolici concitantur vt multi illu-
stres declarant: precipue Marsilius ficinus i
libro de vita sana: siue de cura valitudinis eoꝝ
qui litteris incumbunt. capitulo quinto. addu-
cendo multas celeberrimas rationes vt doctis
simus dicens. Melancolia: idest atra bilis: est
duplex. Altera quideꝫ naturalis a medicis ap
pellatur. altera vero adustione contingit. Na-
turalis illa nihil aliud q̃ꝫ densior quedã sicciorqꝫ
pars sanguinis. Adusta vͦo in species quattu-
or distribuit. aut enim naturalis melãcolie: aut
sanguinis purioris: aut bilis: aut salse pituite.
combustione concipitur. Quecũqꝫ adustione
nascitur: iudicio ⁊ sapientie nocet. Nempe
dum humor ille accenditur: atqꝫ ardet: conci-
tatos furentesqꝫ facere solet: Quam greci ma-
niam nuncupant: nos vero furorem. At quan
do iam extinguitur: subtilioribus clarioribusqꝫ

partibus resolutis: solaque restante fuligine te-
tra stolidos reddit ⁊ stupidos. Quem habitũ
melancoliam proprie ⁊ amentiã vecordiãque
appellãt. Sola igitur atra bilis illa quam dixi
mus naturalem ad iudicium nobis sapiẽtiãqꝫ
conducit. Neque tamen semper. Sane si sola
sit atra nimium densaque mole: obfuscat spiri-
tus: terret animum obtundit ingenium. Si ve
ro pituite simplici misceatur: cum frigidus ob-
stiterit circum precordia sanguis crassa quadã
frigiditate signiciem adducit atque torporem.
Atque vt densissime cuiusque materie natura
ẽ: quando eiusmodi melãcolia frigescit ad sum
mum frigiditatis intenditur. Quo in statu ni-
hil speratur: timentur omnia: tedet celi conue-
xa tueri. Si bilis atra vel simplex vel mixta pu
trescit: quartanam gignit febrem: lienis tumo
res: ⁊ multa generis eiusdeꝫ. Ubi minus exu
berat siue sola sit siue cõiũcta sit: pituite spiritus
crassiores facit: atqꝫ frigidiores. Cõtinuo ani-
mum afficit tedio: Mentis aciem hebetat: nec
salit cardiaco circum precordia sanguis. Opor
tet autem atram bilem neqꝫ tam paucam eẽ: vt
sanguis: bilis spiritus quasi freno careãt. Unũ
instabile ingenium labilemqꝫ memoriam esse
contingat. Neqꝫ tam multam: vt nimio põderẽ
pregrauati dormitare atqꝫ egere calcaribus vi-
deamur. Proinde necessarium est omnino eã
esse: quoad eius natura patitur subtilissima. Si
enim tenuata pro natura sua maxime fuerit. po
terit forsitan absque noxa: etiã esse multa atqꝫ
etiam tanta: vt equare bilem saltem pondere vi
deatur: Habundet igitur atra bilis: sed tenuis-
sima: Non careat humore subtilioris pituite
circumfuso: nec arescat prorsus durissimaque
euadat. Non tamen misceatur omnino pitui-
te: presertim vel frigidiori vel multe: ne friges-
cat. Sed bili sanguiniqꝫ adeo misceatur vt cor
pus vnum conficiatur ex tribus dupla sangui
nis ad reliqua duo proportione compositum.
Ubi octo sanguinis partes: due bilis: due ite
rum atre bilis portiones existant. Accenda-
tur aliquantulum a duobus illis atra bilis:
accensaque fulgeat non vrat: Ne quemad-
modum solet materia durior: Dum feruet
nimium vehementius vrat: et concitet.
Dum vero refrigescit: Similiter frigescat
ad summum.
Bilis enim atra ferri istar: quãdo multũ ad fri-

gus intenditur:friget ad summuȝ:quando con
tra ad caliduȝ valde declinat calet ad summū.
Neqȝ mirum videri debet atram bilem accen
di posse facile: atqȝ accensam vehementius
vrere. Siquidem uidemus calcem illi simi-
lem aqua perfusam feruere statim atqȝ exure-
re. Tantam ad vtrumqȝ extremum melanco
lia vim habet vnitate quadam stabilis fixeqȝ
nature. Que quidem extremitas ceteris hu
moribus non contingit. Summe quidē calēs
summaȝ prestat audaciam:immo ferocitatem.
extrema vero frigens timoreȝ ignauiāqȝ extmā
Medijs vō inter frigus ⁊ caloreȝ gradibꝰ af-
fecta varie:affectꝰ ꝓducit varios nō aliter q̃ȝ me
rū p̄cipue potens:bibentibꝰ ad ebrietatē vel ēt
paulo liberiꝰ affectibꝰ inferr̄ varios soleat:igit̄
oportune tpata sit atra bilis oȝ.que cū ita mod
rata est(vt diximꝰ) ⁊ bili sanguiniqȝ ꝑmixta:
qꝛ ⁊ natura sicca est ⁊ ꝯditiōe q̃ȝtū ipsius natu
ra patit̄:tenuissima facile ab illis accendit̄. qa
solida est atqȝ tenacissima:accensa semel diutis
sime flagrat. Qꝛ tenacissime siccitatis vnitate
potentissima est vehementius incalescit.quem
admodū lignū paleis si vtraqȝ accendāt̄: ma-
gis diutiusqȝ calet ⁊ lucet. Atqȝ a diuturno ve
hementiqȝ calore fulgor ingens motusqȝ vehe
mens ⁊ diuturnꝰ ꝓficiscunt̄.huc tendit illd̄ he
racliti: Lux sic aīa sapientissima. Cōcludamus
igit̄ hȝ illustres qd̄ Aristoteles intelligit d̄ me
lācolia sanguinea:q̄ pascit̄ in materia humida
Vn̄ Galenus in libello d̄ incātatiōe adiuratio
ne ⁊ colli suspensiōe. Si qs inqt dixerit humo
res corporis mutatos imutar̄ actiōeȝ anime vt
anime actio mutata eosdeȝ nō mentit̄: qd̄ certi
ficat̄:qꝛ cū cōplexio colerica dn̄at̄:fit ide iracū
dus:⁊ ecōtra in sepe irascentibus colera rubea
augumentat̄:necesse est cōplexionē aīe corpo-
ris cōplexionē imitari ⁊ corpus aīam. Iterum
Galenus itellectus ⁊ scientia in aīa ex ꝯplexio
ne augumentat̄ colerica:ꝯtinētia ⁊ studiositas
ex melācolia:deambulatio v̄o ⁊ d̄lectatio ex cō
plexione sanguinea. Flegma nihil adiuuat vir
tuteȝ aīe nisi ex prima gustatoꝝ. Intelligas er
go v̄ba: Galeni quā rē ego ꝑꝑ ꝓlixitateȝ relin-
quo:nec explanare curo:qꝛ nō cōtradicūt v̄bis
Marsilij imo ea corroborāt. De ꝯditiōe plane
taꝝ effluentiū ingeniū lucidissimū:dixit p̄fatus
Marsilius in capᵒ sexto adde q̄ quēadmodū
in supioribꝰ significauimus animus instrumēto
siue incitamento eiusmodi qd̄ cētro mūdi quē-
admodū ꝯgruit:atqȝ(vt ita dixerim)in suū cētꝝ
animū colligit:semꝑ rerū omniū ⁊ centra petit:
⁊ penetralia penetrat. Congruit insuꝑ cū mer-
curio atqȝ saturno: quoꝝ alter altissimus omni
um planetarū inuestigātē euehit ad altissima.
Hinc philosophi singulares euadunt:p̄sertim
cū animus sic ab externis motibus atqȝ corpo
re ꝓprio seuocatus:⁊ quā ꝓximus diuis:⁊ di
uinoꝝ instrumentū efficiat̄. vnde diuinis influ
xibus oraculisqȝ ex alto repletus:noua q̄dā in
usitataqȝ semꝑ excogitat: ⁊ futura p̄dicit.qd̄ nō
solū Democritus atqȝ Plato affirmāt:sȝ etiā
Aristoteles in ꝓblematū libro:⁊ Auicēna in li
bro diuinoꝝ:⁊ in libro d̄ aīa ꝯfitent̄ hec ille. qn̄
igit̄ vides effigiē habentē saturnū cū cōmixtiōe
Mercurij: Hi tales sunt inuestigatores atqȝ
scrutatores naturalis cursus:⁊ futuroꝝ p̄sagia
amplectunt̄. Scias qd̄ istud qd̄ dictū est supiꝰ
est ꝑ accidens: Qm̄ veri philosophi atqȝ inge-
niosi naturales habent cōplexionē eq̄leȝ:quos
philosophus in physionomia appellat bene na
tos:⁊ nō facit mentionem de melācolicis inge
niosis:⁊ ita scripsit Rasis in secūdo ad alman
sorem ⁊ Conciliator in sua physionomia vt i
primo anastasis patet. Tamen quando isti be-
ne nati sunt a natura proni ad philosophicam
acuitatem propter studium ⁊ continuam yma-
ginationem sanguis atqȝ humores aliquantu-
lum ingrossantur precipue in organo intellectꝰ
quos nos appellamus spiritus animales:⁊ sic
habes veram solutionem:⁊ respectiue appellā
tur melancholici precipue comparando ad fleg
maticam complexionem. Omnino philosophi
habent animam non immersam materie ⁊ a ce
lesti numine eleuantur ad vltimam cognitionē
atqȝ ingenij acumen. Notanduȝ est q̄ sunt alij
fatui propter organa male disposita ⁊ materiaȝ
non bene fixam atqȝ preparatam: vt: exempli
gratia. Capilli plani ⁊ suaues in tactu: caput
magnum informe:frons valde magna:auricu-
le ample atqȝ non recte:oculi magni:⁊ valde i
exterius eminentes cum coperturis magnis:
collum subtile atqȝ longum: Facies rotunda:
Gene valde eleuate:os paruum: labia grossa
⁊ inferius euersa atqȝ caduca:mentum magnū
⁊ rotundum:pectus carneū amplum cum spa-
tulis similis proportiōis:hyppocōdria carnea
⁊ magna. Venter mollis:nates magne: coxe

⁊ crura rotūda magna ⁊ equalia: pedes carnei; Genua laxa ⁊ carnea. Totuz corpus molle ⁊ subterfugiēs: Cuius color p̄cipue in facie alb9 glaucedine cōsparsus. Loq̄la vero mollis: passusq̧ valde lenti. brachia curta atq̧ grossa: man9 carnose ⁊ breues. Cui9 linee sīt feminee: isti nō sunt a furore cōpulsi: sed ad ignauiā atq̧ hebetudinem: ac ad nimiā credulitatem. Nō discernētes cōgruū ab icōgruo atq̧ sine prudētia penitus imersi. Et ita cōsiderare oz ꝺ fatuitate: q2 fatui sunt illi q egrediūtur a recto iudicio atq̧ a furore cōpulsi vt adusti atq̧ a nimia caliditate igniti. Fatui nūcupādi sunt etiā melācolici intēsi: ⁊ ex nimia frigiditate ⁊ siccitate obtusi. ¶ Flegmatici a materia frigida ⁊ hūida fluidi adeo vt species nō possint ifigi: ⁊ i eis organica dispositio actu nō reperit̄ vbi calor naturalis suffocatus existit. Cōplexio vero equalis principatū obtinet vbi semidei iprimunt̄. ⁊ postea colerica: ⁊ post melancolica. Flegmatica minime iuuat. Aut sanguinea tendēs ad colerā aut colericū sanguineū melācolicū: aut sanguinē tendentē ad colerā ꝑ accidēs vt bona dearticulatio capitis cū habitudine sanguinea tēdens ad flegma ⁊ coleram: propter caliditatez cordis atq̧ paruā distātiā ad cerebrū cū ꝓportionato collo: vt multotiēs notaui: q2 spirit9 aiales aliqualiter vrunt̄: ⁊ efficiūtur melācolici remissiue tñ q2 cito irascunt̄: ⁊ mobiles sunt atq̧ passibiles pp paruā distātiā. Scio qꝺ aliq garrulātes dicerent: qꝺ ego sum egressus a ꝓposito ⁊ valde fui ꝓlixus. Illi q nō habēt radices carent fructu: Qui nō vult hoc itelligere se ipm̄ cōfundit. Legāt isti: quos ꝓlixitas offendit: afforisticā breuitatē: q̄ ꝯtinet̄ in isto libro sexto Attamē ego existimo tales esse sicut cucurbite magne q̄ interius inanite sunt. q2 esse pōt complexio apparens ⁊ ꝯpositionalis vt caput sphericū ⁊ oīno aīa in illo organo nō pōt agere debitas oꝑatiōes: quo ad intellectū ⁊ ꝯgruitatē.

¶ Capitulum. cclv. De ꝺpredatorib9 viaꝝ.

l Inee obscure in mōte aut radice aut i digito minimo ⁊ circūcirca obscure arguūt mendaciū: ⁊ tales sunt expoliatores ⁊ insidiatores ⁊ ad omnia maleficia parati Ego puto qꝺ ipsi habeāt cōuenientiā cū duabus infortunijs. s. marte ⁊ saturno. Plures notaui angulum sup̄muz valde infimum habere cum tuberculis infortunatis.

Aliquando tres lineas principales tantum: Angulum etiā supremum valde separatuz cū lineis crassis nō circūscriptis idest sine equali colore. Si cardiaca ⁊ media fuerint coniuncte dicte linee sunt ita ꝯditiōate: aut valde rubee

Cardiaca ⁊ media nō cōiuncta adeo qꝺ spaciū sit callosum: aut durū vel siccū obsessores ⁊ insidiatores viaꝝ arguit.

Crasse quidez manus digitos si breues habuerint vltra mensuram tergiuersatorem ⁊ furem insidiosum denotat.

Uniuersaliter isti tales sunt adusti melācolici. Adustio enim iudicio ⁊ prudentie nocet. Ideo tali malefica ⁊ nefaria actiōe vtunt̄.

¶ Capl̄m. cclvj. De his qui exercent opera demoniorum.

s I inueneris in mōte auriculari. D. figuram turpem ⁊ male coloratam seu non circumscriptam indicat quandoq̧ opera demoniorum.

Quādo linea epatis ⁊ saturnina cū media nāli i fine causat triāgulū significat dispositionē ad oꝑa demonioꝝ ⁊ nigromanticam facultatem.

¶ Cap. cclvij. De his qui diligunt paruā puellam stricte vulue.

s I. D. littera pulcherrima atq̧ bene ꝯditionata fuerit in minimo tuberculo significat inclinationē ad paruas puellas similes pigmeis ⁊ etiā ad mulierculas paruas mamillas habentes ⁊ strictā vuluam.

¶ Capl̄m. cclviij. De his q destruunt maternam substantiam.

l Ittera. A. in loco lune ꝺnotat eos vel eas q maternā substātiā ꝯsument.

¶ Cap. cclix. ꝺ his q vexant̄ ab ifirmitate lōga.

l Ittera. C. in locū lune declarat hominem ab infirmitate lōga vexari.

¶ Cap. 260. ꝺ his q patiunt̄ infamiā aut certamen pp feminas ⁊ q̄nq̧ ex tali cā perueniunt ad inopiam.

s I in radice brachij ꝓpe mōtē pollicis iuxta lineā vite repiant̄ tres vel plures stelle accusatiōes ⁊ diffamatiōes ꝓpter mulieres ostendūt. Multū eū conabuntur mulieres aggrauare finalr̄ euadet vt expt9 suz. Stella in mōte pollicis risuz ⁊ leticiā cū mulierib9 significat interdū ꝯcubit9 pp qꝺ i certamē in vilipēsionē ⁊ ludibriū hn̄s incurrit vt ego sepe expertus suz.

¶ Turbeculus pollicis si sit craticulatus paupertatem ⁊ inopiam mulierum causa indicat vt prisci atq; moderni autumant.

Tuberculus minimi craticulatus paupertatem inopiam ⁊ iacturas mulierũ causa indicat

Linea quedã inijcians a rascetta vel a linea cardiaca extendens se per caueam vsq; ad tuberculũ Mercurij: si a pluribus lineis intersecabitur vel vnica tantũ vt crux: mulieruz causa maximũ dãnum iacturas incõmoda ⁊ infamiã ostendit: ⁊ forte habens incarcerabit᷑ vt milies notaui. Antiqui vero precipue Arabes ⁊ Alpharabius talem lineam vocant viã lacteam.

Quando inuenies mensalem: que in fine aut prope ipsam diuidat᷑ duosq; efficiat ramos vnũ ad idicẽ alterũ ad mediũ deuenientẽ arguit ifortuniũ pp feminas: verũ est nisi frangeretur sed si recte iret ad medium periculum in vita significat.

Qui habuerit lineas subtiles in radice solis plusq̃ alibi a muliere vel per mulierez lesionem patietur.

Due linee equedistantes bene apparentes ⁊ boni coloris a mensali tendentes vsq; ad radicem medici vel prope significant eũ q hz curaz magnã de mulieribus ⁊ dãna occasione earuz habebit vt tradũt aliqui.

Figura spherica aut scutũ i monte annularis significat aliquem esse dilectũ a mulieribus ⁊ tamen ab eis damna patietur.

¶ Capitulum. cclxi. De his q perueniũt ad seruitutem ⁊ captiuitatem.

s

I quedã linea oriat᷑ a radice brachij ⁊ vadat p rascettaz manus ⁊ sit tortuosa ⁊ male disposita talis libertate priuabit᷑ ⁊ ad seruitutẽ rediget᷑ ⁊ fortasse ꝯdẽnabit᷑.

Quãdo linea media ⁊ cardiaca nõ bene coniungunt᷑ simul: sed distant ab inuicem predicte due linee notabiliter purũ spaciũ dimittentes significãt pronitatem ad captiuitatez. Et si captus fuerit nũq; liberabit᷑ ex quacũq; radice fuerit. Si tuberculi fuerint ifortunati ⁊ alia eis connexa.

Mensa manus inordinate stricta ⁊ inequalis ad seruitutem ⁊ captiuitatem inducit.

Dicũt quidam quorũ nomina ignoro linea in rascetta obliqua ⁊ incontinua secãs triãgulũ miserum seruũ vel captiuũ inducit cum obtusitate ingenij.

Tales figure. ⊔ ♁ in loco saturni captiuitatem ⁊ seruitutem dicit anthiochus denotar᷑

Scala vel craticula in loco saturni seruitutez ⁊ captiuitatez minari putant aliqui.

Si bine linee a rascetta oriũt᷑ ⁊ ad radicez minutuli peruenerint seruũ pegre proficiscentẽ: sz valde seruituti atq; captiuitati subiectũ eẽ existimant aliqui.

Quãdo vna linea procedat a rascetta in cõcauo man⁹ ⁊ se extenderit. ⁊ curuet᷑ secando lineam vite per montem pollicis significat seruũ propria vita chariorem aliquem amisurum vt scribunt aliqui.

Scias ꝙ vsq; ad hũc diez de seruitute ⁊ captiuitate nũquam pronosticaui excepto. Quãdo angulus supremus est in concauo ⁊ residui tuberculi sunt ifortunati: atq; articuli crassi ad seruitutem ⁊ captiuitatem multos peruenire notaui. Et multos a captiuitate liberos factos qui tale signum habuerũt: propter tuberculos fortunatos: ⁊ residuam correspõdentiã annexam: ex quo liberati fuerũt: ⁊ talez positurã notaui i Thoma fratre meo ꝙ quattuor vicibus venalem capturam habuit. sed semper locum saturni isti tales habent infortunatũ.

¶ Caplm. cclxij. De illis qui in propria patria sunt morituri.

n

On reperio apud antiquos nec apud modernos magnã obseruationẽ de illis qui in propria patria moriunt᷑: sed ego qñ vellẽ hoc pronosticari cogitarem vtrum sint signa significantia exiliũ aut mortẽ extra patriam. si nõ inuenirẽ talia signa in propria domo ⁊ patria esse morituros pronosticarer. Notaui plures habentes signa significantia itinera ⁊ in illo ãno ⁊ etate habere signa magna egritudinis: presertiz linea cardiaca valde fracta. Et itinera fieri i illo tempore ⁊ extra patriã aliquẽ infirmari: ⁊ de tali infirmitate mori vt fuit ille delicatus adolescẽs Troilus Felesinus qui i ciuitate parme obijt: Tamẽ dicũt aliq. quãdo linea vite ꝯtinua sine intersectione fuerit: arguit in propria patria mori.

¶ Caplm. cclxiij. De auaricia.

a

Uaricia est radix ⁊ mater omniuz malorum: Diues auarus semper miserrimus existit quia nõ vtitur diuitijs pro se: sed posteris seruat: ⁊ sibi indigentiã retinet. Dicit eni Ysidorus in decimo ethimologiaꝝ

Auidus dicitur ab auendo: auere enim ē cupe
re hinc ⁊ auarus. Nam ꝙ est auarum est pro
gredi vltra ꝗ̃ sufficit. Auarus ex eo dictus est
ꝙ sit auidus auri: ⁊ nunꝗ̃ opibus expleatur:
⁊ ꝙ quantum plus habuerit tantum plus cu-
piat. Flacci super hoc concordante sententia
qui ait. Semper auarus eget. ⁊ Salustius ꝙ
neq̄ auaricia copia neq̄ inopia minuat̄.

Si pollex versus alios digitos ⁊ alij versus
pollicē inclinant̄ auariciā cū versucia arguit.

Digiti collecti adeo vt per eos cōiūctos aer
nō trāspareat ⁊ sint conglobati auariciam cum
malignitate declarāt.

Si linea vite in superiori parte icessum habz
tortuosum cum rubore auarum ostendit illum
⁊ vitiosum.

Si linea media naturalis sit valde curta ita
ꝙ non exeat mediuz concauum manus homi
nem pauidum ⁊ auarum ⁊ modice rationis
ostendit.

Si spaciū triāguli fuerit paruum ⁊ speciali-
ter si non sit coloratum auariciā auguit ⁊ male
nature ⁊ infames cū rigiditate sue nature.

Quando angulus supremus situatur i conca
uo manus qualiter opposito illius spacij quod
est inter indicem ⁊ medium significat miseriaz
⁊ auariciam circa cumulationem pecunie cum
maxima sollicitudine.

Quando angulus dexter fuerit acutus signifi
cat auarum. Et quanto acutior est tanto magis
auarum significat

Si prope mensalem ⁊ auricularē sit aliqua li
nea a mensali porrecta tendens v̂sus digitum
auricularem recta ⁊ subtilis in viris auariciam
⁊ scelus vel sceleris alieni conscium significat
⁊ secūdū Ugonem hominem scientez dare cō
silium indicat.

Si quadrāgulus sit arctus ⁊ strictus vel in-
equalis significat auariciam ⁊ deceptionez om
nino vt ꝑ cronicā obseruationē visuz est.

Si qs ab assidua consuetudine habuerit qđ
teneat pollicem clausum inter alios digitos a-
uarus est: ⁊ hoc ego milies notaui.

Si linea mensalis cum media naturali clau
ditur adeo ꝙ angulum causet auariciaz maxi
mā denūciat vt dicūt qdaz.

Digiti parui auariciam denotant.

Digiti grossi ⁊ parui ⁊ curua palma ⁊ curta .s.
ipsius palme hominē auaꝝ declarant.

Si digiti in extremitate flectūtur versus dor-
sum manus auariciam designāt.

Dicūt quidā quorū nomina ignoro. Quādo
inuenitur in mēsali aut prope ipsam ꝙ diuida-
tur duosq̄ efficiat ramos vnum ad indicem al
terum ad medium tendētes auariciā deceptio-
nem ⁊ perfidiā significari.

Quādo linea saturnina oritur a rascetta et ex
tenditur per palmā vsq̄ ad radicē medij auari
ciā designat presertim si mons medij abundat
multis lineis: vt quasi semper notaui ⁊ preci-
pue in quodam magno principe.

Scias ꝙ auaricia procedit a perfecto discur
su ⁊ a cōplexione frigida: aut a cōplexione val
de calida in orgāo imperfecto vt puta cum ca-
put est sphericum aut pineatum. sunt aliqui: ꝗ
propter discursuz bonū non abijciunt diuitias:
discurrendo ⁊ suspicādo de decrepitate aut de
filijs: ne in futurum careāt bonis aut indigeāt:
et isti mensurātur in suis negocijs et istos ego
tenaces appello vt multos notaui. vniuersali-
ter vero ad auariciā sunt iclinate mulieres: imo
in specie sua sunt auarissime. Sūt etiā vt pluri-
mū auari principes hodierni: ⁊ etiā cucullati: ꝗ
inter auaros vt plurimū portāt vexillū ⁊ obti-
nent principatū. Auari sunt melācolici adusti
⁊ etiā naturaliter melancolici: ⁊ effeminati viri.
Si alique femine sunt splendide que tamē ra-
re sunt: nō s̄t ꝓprie femie sed viragines ⁊ mul
te ex his sunt prodige propter intensum appe
titū luxurie.

¶ Capitulum. cclxiiij. De illis ꝗ sunt poten-
tes in coitu.

M Edia naturalis recta ⁊ bene colorata
⁊ si cū palma extendit̄ apparent punc
ture eiusdem latitudinis: virtutis gigni
tiue homines potentes eē significat.

Linea splenetica seu vesicalis aut mensalis
aut generatiua si fuerit bene continua satis lon
ga profunda lata ⁊ recta significat bonā cōple
xionē: ⁊ virtutez i membris generatiuis: ⁊ potē
tiā coitus denotat: quia virtus generatiua ibi đ
claratur.

Triāgulus eqlater⁹ cū bōa dimēsiōe lineaꝝ ⁊
cū colorib⁹ ipsaꝝ virtutē generatiuam prepara
tam esse significat.

Notate qđ ea oia q̄ ꝯp̄hēdunt̄ sub documēto
caliditatis ⁊ humiditatis i habitudinib⁹ ⁊ linea
mētis hic possūt accōmodari: vt i primis radib⁹

dictū fuit. Tamen hic accidit magna distinc-
tio q2 proprie coitus in actu est qualificatus ex
calido ⁊ humido vt parū ante dictum est: alia
distinctio est quo ad appetitum: ⁊ nō in re: ꝓut
sunt melācolici propter materiā vētosaz euapo
ratiuam icitātem coitum. Errāt illi qui legumi
nibus cepis aleis ⁊ multis alijs cibarijs vescū
tur: dicētes ꝙ faciūt abstinentiam vt prohibeāt
coituz: qm̄ carnes oua ⁊ cibaria multi nutrimē
ti sunt causa multi sanguinis: ⁊ per cōsequens
multi coitus: Iterum dico ꝙ isti vehemēter er
rāt ⁊ loquūtur tāq̄3 isensati. Tamē verum ē ꝙ
cibaria que multum nutriūt causant materiam
coibilez. Attamē legumina cepe: ⁊ alia similia
parum nutriūt: sed ad vētosam materiam habi
litantur: ⁊ multuz molestāt ⁊ icitāt virtutez fan
tasticam ad appetēdum coitum: ⁊ supra modū
faciūt arrigere. Uidemus rusticos ⁊ generali-
ter pauperes oēs: qui oleribus leguminib9 ce-
pis ⁊ similibus vtūtur: habere plures filios q̄3
diuites. Quia post exercitium ⁊ labores nō ha
bēt aliquod remouibile sed tantūmodo libēter
coeūt: q2 i coitu solum ponūt vnicum gaudium
⁊ voluptatem: nec aliqd amplius curāt. et hoc
eis euenit vt supra diximus q2 cibarijs vētosis
vtūtur: que vētositatem cōmouētia coituz icitāt:
Ideo laudādus est ille qui optimis vescit̄ ci-
bis. Uñ Plutarchus i problematib9 proble-
mate. 93. ait cur moris est vt q castimoniaz co-
lūt leguminibus abstineāt: An quemadmodū
pythagorici fabas ob eas que vulgo dicuntur
causas abhominabant̄ quasi lethes ⁊ herebi
cognomines: An ꝙ ad cōcenatiōes: ⁊ manes
prouocādos leguminibus maxime vtūtur. an
illō magis ꝙ ad sanctitatē ac castimoniā pura
ac tenuia corpora habere oz: sunt autem legu-
mina maxime ventosa: ⁊ ea gignūt: que cū sup
flua sunt multe purgatiōis idigēt. An ꝙ cū vē
tosissima sint legumina ad res venereas maxi
me incitent.

Capitulum. cclxv. De his q sunt vulnera
ti aut grauiter lesi: sine chyromantici cognitiōe
in quo loco ⁊ membro eis accidat lesio illa.

q Uando quedā linea diuidit lineaz ca
pitis ⁊ hēat duo capita vulnera ⁊ pas-
siones dicunt aliq ostendere:

Si iuxta lineā capitis i fine ipsius sint due
parue linee cōiuncte vulnera ex ferro indicant.

Qñ angulus supremus non cōiungit̄ ⁊ distat
nō notabiliter: ita qō dicte linee sint valde ꝓpi
que significat migrationē in bello cum aliquo.

Itē notaui talem effectum esse ex improui
so propter societatem ⁊ socios esse vulneratos
aut propter eos pati aliquod aliud detrimētū.

Quando linea mensalis fit nuda sine ramis
veniens ad radicem indicis duriter alias gra-
uiter vulneratum esse demonstrat. Notaui plu
ries vulneratos esse quātitate aut qualitate cuz
magna iactura. Curaui ego in quodaz rustico
tredecim vulnera cum truncatione etiam ma-
nus ⁊c. ⁊ euasit. Uidi alium i quo curaui vni-
cum solūmodo uulnus cū magna solutione cō
tinui. Multos alios etiā curaui habentes tres
aut quattuor uulnera tātum. Ex his aliqui eua
serunt aliqui uero mortui sunt: ⁊ hoc fuit inten-
siue ⁊ remissiue secūdū bonitatem mōticuloruz
⁊ aliarum linearum que arguūt penitus cūcta
infortunia in suis negocijs. Unde ego libēter
vellem ꝙ inimici mei talem posituram habe-
rent: q2 nūq̄3 bonū ꝑmansurū ipsis aduenirer.

Si q̄dam linea venerit ad lineam vite interse
cans mensalem significat hominē misera mor-
te finiēdū ⁊ forte propter nimiam culpā vt ali-
qui tradiderūt.

Si linea subtilis venit ad vltimā partem ra
dicis pollicis ⁊ descendat ꝑ montem ad lineā
vite ⁊ mediam naturalem plagas ⁊ lesiones
ostendit: vt aliqui cōsitent̄.

Si linea mensalis ad radicem idicis perue
nit ⁊ scindit̄ ab alijs lineis vulneratū ab inimi
cis denotat vel ꝙ i futuꝝ ab eis uulnera suscep
turus ē vt aliq testant̄.

Si aūt talis figura. C. fuerit in loco solis per
cussionem ex ferro minat̄.

Si vna linea oriat̄ a vitali ⁊ extēdat se vsq̄3
ad digitū auricularem vel prope ⁊ sit quasi fle-
xa vulnerabit̄ vel periclitabit̄ veluti multi au-
ctores affirmāt: ⁊ precipue Albertus summ9
theutonicus ⁊ Conciliator: ⁊ alij: qui nūcupāt
talem lineam viam lacteam. Et talia vulnera
vt plurimum accidunt in brachijs vel manibus
vt sepissime notaui.

Si quedam linea emergit a linea vite ⁊ iun
gatur cum media naturali vel vulnerabitur aut
periclitabitur vulneratus vt aiunt aliqui: sed
ego hoc per experientiam nūq̄3 cognoui.

Capl'm. cclxvj. De his q sunt iterfecti sine co-
gnitiōe membri ꝓ quo debet mori.

q Ubi autem carebit linea media naturali subito percussus morieṫ.

Qñ i triãgulo oritur vna linea ⁊ vadit ad quadrangulũ ⁊ in capite sui sit vnica linea intersecans vt crux violentẽ mortẽ denũciat: vt nõnulli aiũt: ⁊ ego etiam mulies notaui.

Si quedã linea obliqua reperiaṫ in digito medio in pugna habens illam succumbet aut erit interfectus: vt dicunt: quod ego ignoro.

Si ex transuerso ante finẽ trianguli linea trãsierit: ⁊ ab illa linea vsq₃ ad finem dirrigaṫ armis mori denotat: vt dicunt aliq chyromãtici. Ego tamen hanc lineã ignoro.

Linea exiens a mẽsali i fine sursũ ascendẽs inter indicum ⁊ medium hominem vulneribus fortasse moriturum ostendit.

Linea mensalis i quacũq₃ positiõe fuerit si sine ramis reperiṫ: ⁊ cum ifortunio inueniaṫ talis interficieṫ ex aliquo accidẽte.

Si reperiunṫ principales linee tantum in aliqua manu ⁊ residuum fuerit infortunatũ mors violenta habenti accidet.

Si iecoralis linea in fine bifurcata fuerit dicũt moderni malã mortẽ denũciare.

¶ Caplm. cclxvij. De his q claudicãt.

m Iror ꝙ apud physionomos de claudicantibus magnã nõ repperio obseruationem: qꝛ claudicãtiũ magna repeiṫ copia. Tamen dicũt multi. Quando linea media naturalis habet duo capita in inferiori parte talis erit claudus ante mortem aut a primitiua aut antecedenti causa contingat: ⁊ nõ explicetur a qua causa vel in quo membro accidat: Ideo ignoro.

¶ Capitulũ. cclxviij. De hyppocrisia.

b Rimi in ordine deceptionum sũt hyppocrite qꝛ sub specie bonitatis ⁊ deuotionis homines latenter decipiunt: Signa ergo sunt ponenda.

Si linea media est bifurcata in fine habens illam duas vitas deducet vnam secularem alteram vero religiosam. Talem posituram i multis noctiuagis notaui: hoc est in illis q nocturno tpe vadunt in synagogis vbi se percutiũt cũ vulpinis caudis: i die vero oia mala ꝑpetrãt. s. blasphemias vsuras ⁊ quoscũq₃ malos cõtractus: ⁊ ita feminas nota que bigocce aut bighine appellanṫ: Quarum multe in iuuentute fuerũt meretrices i senectute vero mediatrices ad omnem luxuriam.

Digitus mediꝰ ĩtus craticulatus igeniũ melãcholicũ denotat ꝑserriã i actionibꝰ factiuis: ⁊ aliquãdo hyppocrisiã denunciat.

Si saturnina linea i cauea manꝰ fuerit valde extẽsibilis seu ꝓtensa hyppocrisiã denotat.

Dicit auctor icognitꝰ. Si linea media nãlis cũ linea cordis superius angulũ strictũ efficiat: aium celatum atq₃ hyppocrisiã denotat.

Si linea mensalis fuerit bifurcata i directũ indicis aut ex parte digiti medij denotat latentẽ hyppocritã specialr̃ aduersus parẽtes ⁊ amicos qꝛ nõ diligit ipsos.

Habemus Bononie quosdã hyppocritas cucullatos: q sunt summe ignorãtes quoꝝ noia silentio pretereo: q sũt vere patres deceptionũ: sub aliquali specie sanctitatis: Hij quottidie decipiunt nostros ciues ⁊ precipue vanas mulierculas: ⁊ maxie viduas ⁊ insanas vetulas: ⁊ quosdam homunculos.

Uix me contineo qn noiem vnũ ex his. Qui meo tpe est pessimꝰ homo: ⁊ fuit cã homicidij.

Et adeo sua vafricia effecit: ꝙ pater qdã ipius reliqt filios atq₃ nepotes: Dãdo diuitias suas ipsi ad bonificãdũ ecclesiã: q nõ vtiṫ diuitijs nec varijs cibis nec pecũijs. Immo iste puersus cucullatus vna cũ suis hyppocritis ꝯtubernalibꝰ triũphat ⁊ gaudet de bonis puẽturis ad ꝓprios heredes: nisi iste pessimus religiosus eis fuisset ipedimẽto. Statura huius ẽ paruicula. Color i facie liuidus: Barba spissa cum aliqua canicie icessus curuus cũ maxima obliquitate colli caput sphericũ brachia breuissima: ⁊ ex arte recuruata. Oculi submissi: ⁊ ꝯcaui parui pleni maculis. Et quãdo logṫ subridet. Nõ est homo in hoc seculo magis importunus ⁊ fastidiosus q̃₃ iste maledictus homo. Si bene considerabis signa prenotata cũ eorũ amplis effectibus: Tamen vulgus ignorans plurimum illi tribuit.

¶ Cap. cclxix. De timidis ⁊ melãcholicis.

s I media naturalis vltra manus fossatum paulatim ꝓfundauerit timidi cordis signa ostẽdit: ⁊ melãcholicũ denũciat: atq₃ hominẽ ꝓfundaꝝ cogitationũ.

Triangulus paruus in pede medie naturalis denotat metũ vbi non oportet.

Qñ media naturalis habet duo capita in inferiori parte defectũ mẽtis innuit atq₃ timiditatẽ.

Quãdo qs extendit manum ad capiendũ ali
qd ꝛ manus eius moderate tremũt.si sit iuue'
nis ꝛ nõ sit fortis erit melancholicus timidus
tristis:ꝛ praue cogitationis.
Digitus medius itus iter iuncturaſ craticula
tus arguit naturã melãcholicã:ꝛ multotiẽs hu
iusmodi hoies sũt solitarij vt belue. si alia an'
nexa melãcholiã significãtia habuerint ad ma
ximaz fatuitatez deueniũt cum itellectus caren
tia vt pluries notaui.
Si prope lineam cardiacã fuerit grana rubra
ꝛ ꝑtendant extra versus montez pollicis me'
lancholiaz significãt ꝛ hoiem profundarum co
gitationum vt aliq scribũt.
Si linea media cum linea cordis superi⁹ an
gulũ strictũ efficiat pusillanimẽ dicũt arguere.
¶ Capitulum. cclxx. De verecũdia.

i Illi q verecũdant sunt bone comple'
xionis atqȝ discursus:ꝛ illi q ↄtrarium
faciũt sũt fatui:aut pp nimiã ꝛ furiosã
caliditatẽ:aut pp nimiaz frigiditatẽ ꝛ sũt sil'es
asinis ꝛ mali moris ꝛ p̃cipue sũt effeminati.
Si in fine linee capitis sit paruus triangulus
bñ disposit⁹ v̑ecũdie hõestatis ꝛ studij signũ ẽ:
Hoc ẽ studet i decorãdo ꝛ ornãdo se morib⁹.
Si i quadrangulo reperiat signum cuiusdaz
stelle bene coloratũ verecũdiã ꝛ bonã demon'
strat naturã cum morigeratione.
Si a linea cerebri exeat alia linea versus au'
ricularem verecũdum significat hoiem vt aliq
dicunt:quod ego ignoro.
Angulus supremus acutus ꝛ bene positiona
tus verecũdiã ꝛ bonã naturã demonstrat.
Triangulus equilaterus nõ cũ crassis lineis
verecũdiã ꝛ bonã naturã ostendit.
Linea mẽsalis bene colorata cũ trina ꝑpor'
tione cuius finis erit quasi i pricipio tuberculi
Iouis:signũ est verecũdie ꝛ bone nature.
Quadrãgulus bene colorat⁹:ꝛ qd nõ sit stric
tus nec valde latus cum equali positura vere'
cũdiam ꝛ honestatem significat.
Linea cerebri bene colorata cum trinaria di'
mensione:ꝛ ꝙ nõ exeat cõcauũ manus verecũ
diam ꝛ honestatem significat.
Linea cordis bene colorata cũ trinaria ꝑpor
tione cuius inicium sit inter idicem ꝛ pollicem
versus dorsum manus ꝛ finiat prope rascettã
honestatem ꝛ verecũdiam declarat.
Manus concaua cum bona dearticulatiõe ꝛ
ꝑportionata ex ꝑte palme atqȝ digitorũ:ꝛ qd
articuli sint boni cũ vnguibus latis ꝛ lõgis cũ
rubedie clara v̑ecũdiã ꝛ honestatẽ vite d̃notat.
¶ Caplm.cclxxj.De his q sunt impotentes
i coitu precipue i virtute gignitiua.

m Un⁹ debilis ꝛ mollis carẽs linea epa
tis arguit defectũ virtutiſ generatiue ꝛ
digestiue.
Linea mẽsalis ẽ radix significans virtutẽ gi'
gnitiuam. Ideo sapientes vocant ipsaz lineaz
generatiõis.si ergo fuerit fracta discontinua aut
pallida aut a varijs pũctis seu fossiculis aut se
micirculis obsessa:debilitatez coitus denotat ꝛ
fortasse gignitiuam ipotentiam declarat.
Si i medio spacio iter lineas trianguli nõ est
planicies ꝛ male coloret defectũ caloris dicũt
arguere ꝛ per consequens impotentiaz coitus:
Nota ꝙ multotiẽs impotentia coitus ẽ quali'
tatiue aliqñ quãtitatiue. Igit considera anne'
xiones signoꝝ atqȝ ↄcordantiam:aut cõtraope
rantiam aliter indicium tuum est inanitum.
Vidi iuuenem habentem lineaz mẽsalẽ frac
tam ꝛ capillarez ꝛ quasi omni die coibat:tñ qñ
erat cum re delectabili non poterat coire nisi se
mel ꝛ in nocte ad plus bis coibat. Et admira
tus fui ꝛ conatus sum videre conditionẽ sui se
minis. Et feci ipsum coire pluribus vicibus ꝛ
vidi sperma suum esse albissimum lene equale
tenax ꝛ viscosuz. Et ispexi suas man⁹. Habe
bat triangulũ eqlaterũ precipue i manu dextra
cũ linea saturnina i concauo manus vsqȝ ad li
neaz mensalem cum decenti palma ꝛ digitis:ꝛ
cum vnguibus longis ꝛ latis lucidis ꝛ subru'
bentibus cum bonis articulis:ꝛ tactus mollis
cum bonitate canee manus:ꝛ erat habitudine
sanguinea tendente aliqual'r ad flegma cũ car'
nea habitudine:collum grossum ꝛ breue caput
formosum palliolatum:caprinis oculis cũ bo'
na positura: Paruaqȝ distantia iter cor ꝛ cere
brum.spatule grosse cum latitudine pectoris:ꝛ
erat bene ventrosus. Accepit iste talis vxorem
ꝛ habuit filios. Oportet multa considerare i ꝑ
nosticando rectius.
¶ Capitulu ȝ.cclxxij.De cognitione diuersa'
rũ cõplexionum seu humoꝝ.

c Color albus ꝛ quasi perspicuus clarus
ꝛ subrubeus equal'r qualitatem com'
munez ostendit. Talis eniz color de'
bet esse quasi i vniuersuȝ corpus naturaliter bñ

dispositum. Tria sunt loca in quibus ostendit̃ potentia colorum primo in facie. secundo ĩ manibus: tertio vero in pectore. si talis color sit flammeus ociosũ dicunt ostendere: ⁊ maxime si ei insit mobilitas oculorum vt dicunt.

Si talis rubedo sit fusca signum est grossi sanguinis ⁊ denotat deceptorem. Talis color dicitur inopos ab Alberto ⁊ est color rubeus flãmeus obscurus: sed meliꝰ posset dici color diabolicus vt ĩ Alexãdro pontifice sexto patebit.

Si autẽ talis color rubeus appropinquat viriditati vel quasi glaucedini plusq̃ albedini nigrã coleram ⁊ suas ꝯditiões ostendit.

Si autẽ citrinitati subtili quasi albedini qualis solet esse in cõualescentibus: ⁊ hoc sine magna materia signum est emissionis spermatis ⁊ spirituum ⁊ specialiter si eius oculi sint profundi ⁊ mobiles: tales detinent̃ amore heroes siue ilisci idest passio amoris. Alij dicunt amore equorum: idest vt equi habent furiam ĩfrenatã ⁊ irrationabilẽ in furia amoris: ⁊ ita isti: sed talis expositio non mihi placet: q2 passio amoris nõ ẽ ĩ potestate nr̃a: nã ea ĩ veritate ẽ egritudo.

Mihi multum gratulor ⁊ in hoc glorior qd̃ nunq̃ talem infirmitatem habui: sed appetitũ intensum tamen lubricũ. Attamen amor causatur a tertio celo: hũc a me deus auertat. Nã delet virtutes ⁊ intellectũ obscurat: ĩuerecũdia abũdat: timidos audaces facit: ĩsania exuberat.

Si autem albedo superet ⁊ rubedo sit ĩ tantũ diminuta ꝙ vix appareat signum est flegmatis ⁊ sue ꝯditionis. Talis eñi color solet a priscis nuncupari gliscus. Et si huic colori sit admixta viriditas mali ⁊ flegmatici signum ⁊ suarũ conditionum. Et ille color dicit̃ color plumbeus commixtus cũ fusco ⁊ viridi vltimus gradus malicie complexionis hoc est mortificationem naturalem calor ostendit.

Tactus temperatus ⁊ bonus consistit ĩ debita proportione primarum qualitatum ⁊ magis appropinquat caliditati ⁊ lenitati q̃ frigiditati aut asperitati: ⁊ magis carnositati q̃ macilẽtie. Talis enim tactus bonitatem complexionis idest equalem complexionẽ cum bonitate ĩgenij ⁊ intellectus arguit.

Vene multum late ⁊ apparentes colericũ ⁊ suas conditiones ostẽdũt.

Subtracte idest quasi compresse ⁊ aliquotiẽs ĩ colore plumbee melancholiã denotãt.

Profunde vene ĩ corpore flegmaticam naturam ostendere vident̃.

Vene ĩ debita proportione apparentes ⁊ notabiles sanguineam naturam denotant.

Linea epatis alba ĩ colore ⁊ grossa ĩ substãtia multũ pôt sup̱ proprietate flegmatis.

Et si fuerit subtilis ⁊ mali coloris. s. plumbei ⁊ citrini vel rubei attestat̃ sup̱ colerã.

Quãuis basis trianguli ĩ pluribus manibus non ĩueniat̃ nisi ĩ senectute p̱p̱ exercicia operũ: q2 si ĩ iuuentute cessante labore: ⁊ causa legittima: non apparuerit: calorẽ designat ⁊ cutis subtilitatem ⁊ cum hoc coleram ⁊ eius proprietates vt sunt agilitas corporis ⁊c. Nam velox ẽ cito loquit̃: amat vina fortia: ⁊ cibos calidos:

Si vero manus debilis ⁊ mollis fuerit carẽs hac linea frigiditatem: ⁊ flegmaticam complexionem significat: ⁊ eius proprietates. s. pigrũ tardum ĩ loquendo ⁊ impeditum: libenter dormientem ⁊ somniantem.

Si locus triãguli sit rugosus ⁊ mollis flegmaticam complexionem ostendit.

Angulus dexter obtusus siue grossus inertiã arguit ⁊ somnolentiam ratione solum flegmatis dominantis.

Si quedam linee parue capillares inordinate fuerint in monte manus in iuuentute perfectionem nature ostendit: hoc est bone ⁊ temperate complexionis: ⁊ potentiam ostendunt: hoc est sunt apti nati perficere operationes laudabiles: vt insurgit ex temperata qualitate ⁊ specialiter si sint inordinate multe: Et hoc intelligendum est: si sint conditionaliter colorate. Et si tales linee parue sint versus rascettam signũ est frigide ⁊ flegmatice nature: ⁊ hoc intelligit̃ quando nõ sunt rubee. Et si tales linee sint rubre alium morbum indicant: idest morbum ex commixtione humorum cum multitudine. si pars illa sit lenis ⁊ mollis erit morbus ex flegmate. Si sit aspera ⁊ sicca morbus erit ex melancholia vel colera.

Si quedam crepature idest linee similes crepaturis reperiãtur in monte manus prope mediam naturalem distinctionem nature ostendit hoc est diuturnitatem vite in diuersis etatibus vsq̃ ad senectutem perficit̃ tempus tamen frigidam complexionem denotat.

Si quedam linee parue oriañt ex radice indicis ⁊ vadant trãsuerse per ipsum digitum quasi

ad superius tendentes versus dorsum digiti significant colericum ⁊ suas conditiones. Et si tales linee vadant ad inferius arcuales significant melancholicum ⁊ suas conditiones: Et si hee linee oriantur ex latere indicis ⁊ currant recte equedistantes ad aliud latus significant sanguineum ⁊ suas conditiones. Et si quedaꝫ illarum linearum vadant ad superius: ⁊ quedam ad inferius est signum flegmatis ⁊ suarū conditionum. Omnes picte sunt in qnto anastasis. Ista diuersitas linearum sic positarum idem importat in medio digito annulari ⁊ auriculari ⁊ similiter iudicandum est. Penitus nō obliuiscaris hec documenta que supra notata sunt: qꝛ sunt ex radicibus huius sciētie.

Capl'm. cclxxiij. De diuitijs ⁊ opulentijs i diuersis etatibus.

s I in principio linee capitis oriatᷣ quedam linea recta bene colorata ⁊ extendatur vsqꝫ ad indicem ⁊ finiatᷣ ibi habens habebit multa bona fortuna sibi denegāte: ⁊ hoc erit in prima etate.

Si autem talis linea vadat ad digitum medium habebit bonum i media etate.

Si vero ad medicum vel auricularem vadat habebit i vltima etate.

Si prope lineam vite iuxta receptam manus sint linee vt crux vel stella diuitias significant in senectute.

Linee quattuor equedistantes in latere montis pollicis versus brachium vel in restricta venientes versus partes eminentiores montis ipsius signum est diuitiarum ⁊ bonorum in prima etate. si prope iuncturam pollicis i secunda etate. si vero iuxta vnguem i senectute.

Si i rascetta varie linee se itersecauerit i debita distantia ad modum ludi scacchorum diuitias i senectute arguunt.

Stella vel triāgulus bene dispositus in rascetta diuitias i senectute denotat.

Dicunt moderni ⁊ etiam coruus. Quando i manu in rascetta fuerint quattuor linee quaruꝫ due superiores fuerint late. Tenues vero inferiores ad mediam vsqꝫ etatem vite fortitudinē ⁊ diuitiarum copiam significabunt. Ultra vero ipsam etatem mediam ⁊ diuitiarum diminutionem ⁊ vite indicabunt debilitatem. Hoc ego tamen ignoro ⁊ nunqꝫ vidi.

Dicunt etiam si quattuor linee in restricta supernotare fuerint ⁊ due inferiores sint late ⁊ superiores exigue aut tenues octoginta annoruꝫ etatem significant: Et in prima ⁊ secunda etate paupertatem significabunt. sed vltra mediaꝫ etatem ⁊ rerum ⁊ fortitudinis augumentum significabunt. Uerum si prima crassa ⁊ secunda subtilis tertia crassa quarta subtilis inuente fuerint. Prima etate fortitudinem ⁊ diuitias significant. In secunda vtriusqꝫ rei diminutioneꝫ ⁊ hoc modo si linee crassiores latiores fuerint: bonum indicabunt: tenues vero malum. Unaqueqꝫ tamen linea viginti etatis annos pollicentur.

Quando i restricta prima linea de illis quattuor supranotatis discontinua ⁊ tortuosa fuerit inuenta relique vero insequentes continue in angulo recto ⁊ acuto super lineas exiguas antedictas vite non rerum debilitateꝫ in etate prima significabit. Postea ceterarum linearum inferiorum etiam in vita multo magis prosperabitur. Uerum si angulus inuenietur: ⁊ vite ⁊ rerum debilitatem significabit: Homo erit laboriosus absqꝫ honore: Modico ingenio ⁊ vitijs plenus: hec ille.

Scutum vel paruus triangulus aut spherica forma in monte indicis bene conditionata ab infantia vsqꝫ ad vltimam iuuentutem secundum qualitatem sui faciunt egenum postea vero diuitem.

Stella subrubra in quadrangulo existens in prima etate inopiam attestatur vltra vero diuitias pronunciat.

Hec figura supra notata in quadrangulo bene disposita inopiam in prima etate minatur: i vltima vero diuitias vltra modum.

Figura. A. vel. B. vl'. C. vel. D. i mōte auricularis si fuerit male colorata pauperem vsqꝫ ad mediū vite denūciat: vltra vero diuitias ondit.

Quando principio linea mensalis fuerit ramosa ⁊ vadat ad superius pauperem rerum affluentiam attestatur. Et quo magis extenduntur rami: eo magis in senectute abundabit. sed si non extendatur cessabit: Quando in fine mēsalis fuerint: tenue rerum dominiuꝫ significat: Et quando bona radice bonoqꝫ colore fuerit: rerum in secunda etate restaurationem indicat. vt legittimi speculatores autumant.

Dixit fur picte chyromantie quando mensalis biffurcata in superiori parte fuerit hominez

anxium significat: ꝛ laboriosum vsqꝫ ad annos viginti postea res sue augumentabuntur ꝛ eius cessabunt molestie hoc inueni in pluribus libris auctorum licet nomina ignorem. Ugo tamen etiam hoc recitat.

Si a rascetta oriaṫ linea saturnina recta ꝛ cõtinua bene colorata ꝛ extendatur vsqꝫ ad mediam naturalem in principio competentem vitam significat in fine vero meliorem: Contrariam habeo ego in manibus meis quia ipsa se extendit vsqꝫ ad mensalem: ꝛ ita semper retrogradatus fui a fortuna: i hora nõ bona.

Dicunt quidam quod quãdo basis trianguli flexuosa fuerit angulusqꝫ vite altior, pauperem rebus ꝛ animo debilem ostendere videtur. Et quãdo senectuti appropiquabit ab alijs ab iopia ꝛ rerum penuria adiuuabiṫ.

Dixit coruus: quãdo duo rami inueniantur a linea vite nascentes: ꝛ per triangulum transeuntes. Etiam si lineam mediam secauerint post res aduersas: prospera ventura esse significant. Notandum vero est ꝙ huiusmodi rami sunt partes linee prosperitatis quãdocũqꝫ linee vite vniũtur: ꝛ i ramorũ specie egrediũṫ.

Cruces seu stelle in monte manus significãt quod habentes aquirent diuitias cum magno labore: i senectute vero cum honore.

Capitulum. cclxxiiij. De cauillatoribus ꝛ solertibus mechanicis.

Anus fouea craticulata cauillatorem hominem dicunt ostendere. sed in his que manu fiunt solertem ꝛ ingeniosuz extimant.

Oseruatum est apud me quod angulus summus acutus: aut valde separatus cum lineis Martialibus solertem ꝛ ingeniosum mechanicum ostendit ꝛ indicat.

Dicunt quidaz recentiores: quod si quis habuerit manus non nimis magnas aut manus paruas. Ueruz proportionatas corpori suo talis est magis conueniens ꝛ aptus in omnibus accidentibus suis: hoc est magisterijs que acquiruntur accidentaliter ꝛ non mere naturaliter.

Digiti longi ꝛ subtiles ꝛ ad inuicem bene ꝓportionati bonum ingenium ostendunt: ꝛ maxime in rebus mechanicis.

Capitulum. cclxxv. De his qui non contẽtantur in animo suo.

Anus grossa ꝛ callosa videtur denotare illum hominem qui non contentatur in animo suo sicut placuit ptholomeo.

Capitulum. cclxxvj. De his qui sunt curiosi in rebus agendis varijsqꝫ negocijs pertractandis ꝛ quicquid agant faciũt pro alijs ꝛ nihil ad eos pertinet.

I linea saturnina trianguluz transeat ꝛ vltra: ꝛ alia linea a cardiaca ad mensalem lineam proueniat equalis ꝛ cõtinua vsqꝫ ad digitum medium deueniens talis habens curiosus est in negocijs peragendis: ꝛ in varijs rebus se itromittet. si vero sit iequalis ꝛ discontinua: erit in negocijs pro alijs que minime ad se pertinebũt: ꝛ significat ꝙ res agentur secundum maiorem ꝛ minorem eius diligentiam: vt scribunt quidam: sed ego non itelligo quid velint dicere puto ꝙ textus est corruptus ꝛ credo ꝙ intelligant de linea saturnina simpliciter vt ego quoqꝫ multotiẽs notaui.

Linea recta ꝛ profunda veniens a mensali ꝛ tendens ad digitum medium siue prope in negocijs curam magnam ꝛ laborem denunciat: vt egomet habeo in manu mea dextra. Si due fuerint vel plures: tanto fortior ꝛ valentior est dicta significatio si vero linee huiusmodi multum graciles appareant: seu subtiles hominez de negocijs parum curare denunciant. Et si super ab aliqua linea ex transuerso secẽṫ talis i suo labore impedimẽtum patieṫ.

Si linea que est inter brachium ꝛ manum in restricta fuerit recta ꝛ continua hominẽ in suis negocijs magis q̃ꝫ in alienis sollicitum esse ostendit: si fuerit tortuosa vel discontinua in alienis negocijs erit magis sollicitus q̃ꝫ i suis.

Capitulum. cclxxvij. De his qui habent vitam quietam.

Alle linee in tuberculo medij vitam quietam denotant: Et hoc intelligitur quando tuberculus est tumidus ꝛ bene coloratus.

Quãdo mẽsa manus est valde bene conditionata ꝛ quasi sine rugis vitam quietaz denotat.

Quando angulus summus coniungitur recte ex opposito medietatis indicis significat rationabilem felicitatem ꝛ inculpabilem vitam.

Capitulũ. cclxxviij. De mulieribus que sunt iclinate ad faciẽdum filios abortiuos.

Icunt aliqui quod si mulier habꝫ manus viriles cito poterit concipere: sed

partum nullum tamen producet.

Si linea menſalis fuerit debilis fracta ſeu capillaris aut cum ſemicirculis difficultatem arguit in retinendo fetu.

Linea menſalis punctuata ꝛ debilis difficultatem retinendi fetũ denotat.

Linee valde parue aut interſecte inter primã ꝛ ſecũdam iuncturam digiti minimi quot ſunt linee tot filios abortiuos arguũt.

¶ Capitulum ducenteſimum ſeptuageſimum nonum. De his qui ſunt potentes in coitu ꝛ apti ad generationem.

Anus viriles ꝛ muſculoſe potentiã co
m eundi ꝛ generandi teſtant.

Triangulus equilaterus cum lineis que habeant trinariam proportionem facit aptos ad generandum.

Linea menſalis cum trinaria proportiõe ꝛ ſi ſit boni coloris virtutem prolificãdi denotat.

Linea media naturalis cum bona fixione ꝛ latitudine cum bono colore ꝛ quando palma eſt aperta quaſi parua puncta poſita ſunt in eiꝰ latitudine ſignum eſt ꝙ habebit bonam virtutem gignendi atqꝫ filiandi. Omnia quoqꝫ ſigna que concurrunt ad dominium caliditatis ꝛ humiditatis his conueniunt: Et huic loco poſſunt applicari.

¶ Capitulum Ducenteſimuꝫ octuageſimuꝫ. De inuidia.

Uando linea capitis ꝛ cardiaca non
q bene coniunguntur ſimul ſed diſtãt ab
inuicem predicte due linee notabiliter purum ſpacium dimittentes maximam inuidiam atteſtari videntur.

Linea menſalis veniens vltra medietatem idicis ſignum eſt iuidie ꝛ detractiõis maxime ſi i fine eius ſit pallida vel liuida.

Si angulus ſummus nõ cõiungitur: ꝛ illud ſpacium ſit male rugoſum inuiduꝫ ꝛ deceptorẽ teſtari dicitur.

Quando digiti ſunt parui ꝛ tenues ſtulticiaꝫ ꝛ inuidiam demonſtrant.

Quando etiam digiti flectũtur i vltima iunctura iuidiam quoqꝫ demonſtrãt.

¶ Capitulum ducenteſimum octuageſimuꝫ primum. De his qui habent vitam ſine cognitione ꝛ alij lucrabuntur ꝓ eo.

Icunt Chyromantici. Si linea
d genenerationis diuidatur prope finem eiuſ ꝛ duos efficiat ramos quorum vnus vadat ad tuberculum indicis: alter vero ramus vadat ad medium: Talis habebit vitam ſine cognitione: Et tamen alij lucrabuntur pro eo.

¶ Capitulum Ducenteſimumum octuageſimum ſecũdum. De Regibus ꝛ Principibus qui male finiunt ꝛ ammittunt regnum ſeu dominium.

Ngulus ſummꝰ valde infimus amiſ
a ſionem regni declarat.

Angulus ſũmus valde ſeparatꝰ amiſſionem ſtatus demonſtrat.

Linea Saturnina non bene conditionata ꝛ valde protenſa cum vberrima copia Linearum in medio tuberculo ammiſſionem dominij minatur.

¶ Linea menſalis protenſa ꝛ vſqꝫ ad indicis Tuberculum nuda ſine ramis infortunium maximum ꝛ ammittere ſtatum ſuuꝫ denunciat.

¶ Quando vna Linea emergit a concauo manus ꝛ vſque ad radicem medij protendat: Omnes in hac arte periti conueniunt in vnum quod talis poſitura ſignificat ammiſſionem Dominij ꝛ etiam in Uinculis mori.

¶ Huiuſmodi rei exemplum tibi dabo: Quod in manu ſit linea cordis: Mediaqꝫ naturalis: Et linea menſalis: Et ſint nude ſine ramis. Et tuberculi ſint illiniati atque depreſſi: Et inſuper linea Saturnina ſit male conditionata cum exuberantia linearum in Saturnino loco: Et ſit diſgregatio digitorum cum articulis craſſis: dicas tunc quod penitus ſecũdum inclinationem naturalem ille ammittet regnum ꝛ vitam.

¶ Alia manus ſit bene monticulata ꝛ angulus ſupremus ſeparatus valde: Et linea menſalis nuda ſine ramis ꝛ etiam articuli ſint craſſi. Dicas tunc ipſum ammittere regnum ꝛ mala nece mori. Alia manus ſit bene lineata atque monticulata ꝛ habeat angulum ſupremum valde infimum cũ linea que dicitur mater carcerum: que eſt illa que iniciat in concauo manus: ꝛ extenditur vſqꝫ ad primum articulum medij digiti aut ad ſecunduꝫ. Dicas tunc quod ille Rex vel Dominus in

vinculis morietur ⁊ amittet regnum vel dominium suum. Oportet igitur iudicantem multa considerare: vt ego feci in iudicijs preteritis: precipue in Paulo vrsino: ⁊ Clenātio: ⁊ in Hannibale filio Julij Carrani principis camerini. Et similiter in Astorgio de Baionibꝰ ⁊ i Hieronymo staphe perusino: ⁊ in multis alijs: qui male vitā suam finiuerūt.

Si quis me interroget an isti pricipes ex se fortunati erant. Respondeo ꝙ eorum fortuna fuit ex causa radicis parentum. scio ac cognosco multos Principes vsque ad hunc diem felices: qui in futurum ammittent dominiuz ⁊ prolem suam que male finiet ⁊ dominium eius in alium Regem transferetur. Et istud accidet in reuolutionibus annorum mundi: ⁊ in genituris et dirrectionibus. Impossibile est: vt aliquantulum diuertam a materia: posse esse bonum physionomum illum: qui non habeat aliquam partem Astronomie: ⁊ medicine quia magna ⁊ potissima pars huius scientie habet dependentiam ab ipsis.

¶ Capitulum. cclxxxiij. De his qui veneno moriuntur aut propter res venenosas aut ex percussione.

Quando angulus supremus non coniungitur et parum distat: ⁊ quedam linea sit inter duas lineas constituentes angulum: Et predicte linee sint ita propinque quod vtraque se tangat superius: ⁊ se extendat ad inferius significat mori ex veneno aut ꝑcussione: Ut dicunt multi. Has quidem positinas notaui ego in Illustrissimo Carolo de Ursinis domicello Romāo benefactore meo Aliquū dicūt ꝙ talis positio significat mori ex catarro: vtramque posituram habebat vt pronosticaui. Dicunt aliqui ꝙ in morte sua non euenit signum aliquod veneni. Isti tales quid sit venenum ⁊ quot sint veneni species ignorant. Sunt hodiernis temporibus venena adeo ⁊ taliter artificiata: quod qui ea suscipiunt incidunt in egritudines incurabiles que i processu temporis iterficiūt: Quam rem nō explico. Ista Alexander sextus vt aiūt sepius fabricare fecit: vt multorum hominum numerum interficeret. Aliquotiens moriuntur homies propter res venenosas vt propter animalia rabiosa ob eoruz venenosuz morsuz: aut propter aliquam fungorum speciem: aut per morsum serpētis et similia. Aut propter pestez que penitus est materia venenosa. Aliqui etiam suffocātur a fumis venenosis: Ut euenit quādoque in fabricantibus puteos: Et i illis qui igrediūtur foueas nuperrime apertas: i qꝰbus frumēta seruātur: que cōsuetudo seruādi maxime est i Romādiola: Qd̄ sepenumero notatum est.

¶ Capitulum ducentesimum octuagesimum quartum. De his qui inebriantur et ganeis vtuntur.

Sunt alique nationes apud quas nullum est dedecus inebriari: aut vti ganeis. Et quedam est gentium species que est ex inclinatione naturali prona ⁊ decliuis ad ebrietatem: vt sunt homines martiales lenones lusores caupones: ⁊ illi qui a vulgo nominantur brentatores: qui precio conducti vina ferunt ad alienas domos: inter istos pono etiam pistores: Si reperies in istis signa aliqua ebrietatis intensiue poteris iudicare.

Si ergo media ⁊ cardiaca non sunt coniuncte: ⁊ notabiliter distant: Et colliguntur ab vno vel duobus baculis vtrinque se tāgentibus dicas significare hominem penitentem expensarum ⁊ largitatis facte: Aliquando talis baculus vel baculi oriuntur ex vna ⁊ vadunt prope aliam Lineam tunc significatur Uinosus ⁊ ebrius.

Ualde ad ebrietatem sunt inclinati ⁊ proni illi qui martialem lineam habent: quemadmodum diximus in suo loco: ⁊ precipue illi qui habent angulum supremum valde separatum ex quacunque causa aut modo aut lineatus sit aut non.

Dicunt quidam: ⁊ precipue Anthiochus. Si in specie arcus media naturalis deflectat mensali: ita quod nullum vel arctissimum i medio spacium derelinquat temulentum atqꝫ cauponarium ostendit.

Scribit etiam Antiochus noster de angulo supremo ad istud propositum dicens. Si i summo angulo reperiantur due linee equedistātes ⁊ vna ex duabus lineis non tetigerit ebrietatez cum voracitate pretendere videtur: sed ipse antiochus nō intellexit nec potuit bene exponere oportet dici vt in precedenti clausula dictū est.

Manus grosse ⁊ carnose luxuriam ⁊ ebrietatez dicunt ostendere.

¶ Capitulum ducentesimum octuagesimum quintum. De infortunio circa domum ⁊ familiam.

Si linea semicircularis sit in triangulo prope angulum summum: ⁊ eius cornua respiciant versus partes digitorum turbationem familie atque domus eius significat.

¶ Capitulum ducentesimũ octuagesimum sextum. De his qui perueniunt ad honores seu ad officium ⁊ sunt fortunati apud Reges vel res publicas.

De maximis rebus que desiderantur in hoc seculo sunt honores diuitie exaltationes officia ⁊ bona fama. Congruum igitur est de his pertractare.

Linea mensalis cum ramis rectis ad superius tendentibus versus indicez signum ē exaltationis: ⁊ denotat honores officia ⁊ dignitates. Et si talis fuerit pauper ascendet gradatiz ad predicta. Hoc signũ pro maxima eius fortuna ⁊ augumento habet inclytus genitor tuus o Alexander.

Quando linea mensalis sic figurata vt superius dictum est vadat ad radicem indicis ⁊ in fine eius firmetur: ⁊ ex altera parte quidam ramus eius aspiciat radicem pollicis significat exaltationes ⁊ honores aut officia: ⁊ talis erit dulcis animi ⁊ morigeratus.

Si quedam linee veniant a radice pollicis vsq; ad lineam vite postremam: que est versus angulum supremum: cupidũ honoris ⁊ laudis ⁊ inanis glorie denotant. si aliqua connexa habent significant honores ⁊ diuitias apud principem seu senatum.

Talis figura. X .in monte pollicis honores videtur ostendere.

Si bine linee oriuntur a mensali ⁊ extenduntur ad radicem medici: ⁊ precipue quãdo sunt equedistantes cum bono colore honores ⁊ dignitates seculares aut ecclesiasticas denotant.

Si quedam linea oritur a cardiaca cum trinaria proportione: ⁊ sit boni coloris: ⁊ transeat per caueam vsq; ad radicem indicis in moduz sulculi honores diuitias ⁊ dignitates summas ⁊ officium apud principem arguit.

Si vna pulcherrima linea oriatur a mensali ⁊ cum trinaria eius proportione in modum sulculi ad radicem medici deuenerit honores dignitates famam ⁊ officia apud principem euenire dilucidat.

Si quedam linea notabilis recta ⁊ bene colorata iniciat a radice indicis ⁊ vadat vsq; ad mediam iuncturam vel prope ipsam significat honores cum audacia.

Inquit Anthiochus noster: scala vel gradus in indicis tuberculo: ⁊ eius cacumina annexa sint gradatim honores ⁊ dignitates: habẽti tale signum ministrat.

Dicũt quidam: quando due linee oriant̃ a rascetta cõtinue ⁊ ad radicem annularis deueniunt seruitutem principũ significant ⁊ talem fortunatum: quippe eum principes amaturi sunt ⁊ muneribus donaturi.

Figura vt sic.b.in monte Iouis denotat habentem esse fortunatum ⁊ diuitem erit quoque talis dilectus ⁊ valẽs apud reges.

Linee vt crux aut stella in spacio prime ⁊ secunde iuncture indicis amiciciam magnorum dominorum denotant: adeo q̃ habentes tale signum ab eis bonum recipiet vt dicit auctor cuius nomen ignoro.

Figura talis. ⊦ .in monte commixtionem cum regibus ⁊ in rebus ipsorum dispositioni habitis significat.

Figura .g. in tuberculo solis significat hominem letum manentem cum principibus ⁊ maioribus terre sue.

Dicunt quidam si nodus carneus bene dispositus recte per articulum medium incesserit magnam omnium rerum peritiam ⁊ maximas opes munere principum denotabit: hoc tamẽ ego per experientiam nunquam vidi neque intellexi.

¶ Capitulum ducentesimum octuagesimum septimum. De infortunio in diuitijs atq; negocijs ⁊ de eis qui non euadunt magnam copiaz angustiarum.

Si linea mensalis sit nuda sine ramis ⁊ veniat ex radice indicis infortunatũ ⁊ sine diuitijs esse minatur. Et magis hec sententia corroboratur si tuberculi sint pallidi.

Si linea mensalis sit connexa cum linea capitis ⁊ linea vite: ita quod angulus censetur: Infortunium maximum minatur ita q̃ desiderabit se nunquam venisse in mundum.

Linea mēsalis recta et subtilis in fine eius versus mōtem indicis īfortunium et substātie diminutiōem promittit.

¶ Si linea mensalis non firmetur iuxta digitos sed tantum terminet se ad digitū medium habentem ducere vitam suam sicut auis. hoc ē ꝙ permanent in continuo timore quēadmodū aues in ramusculis ⁊ nidis suis occultant́: cuꝫ periculo ne recipiant alienas insidias. Ita qꝺ habentes talem positurā sic se habent vniuersaliter in vita sua ⁊ in negocijs suis ita quod arguit vniuocum infortuniū. Alij dicunt: quod si dicta linea mensalis in fine sui fuerit subtilis ⁊ rubra omnia predicta minuuntur; Si vero fuerit grossa ⁊ rubra augumentat.

Quādo linea mensalis est bifurcata versus idicem vel medium signum est laboris in tota vita sua.

Si linea mensalis mandauerit vnicum ramusculū inter medium ⁊ medicū labores ⁊ angustias ostēdit. si sit subtilis et rubra omnia predicta minuūtur. si autem sit grossa et rubra auget significatum.

Si linea mēsalis in pluribus locis intercisa fuerit labores sine requie denotat. Alius textꝰ dicit ꝙ labores et angustias cū regibꝰ significat vtraqꝫ sentēna a me ē experta.

Tenet Mercurius ꝙ quando linea mensalis in vltima sui parte ascendit versus indicem arguit infortunium quod a me obseruatū est: ⁊ hoc intelligitur in omnibꝰ negocijs.

Si in quadrāgulo manus reperiat́ quedam crux male disposita tortuosa ⁊ inequalis etiam significat infortunium.

Si linea que dicitur principū reperiatur in monte solis: ⁊ si fuerit obsessa valde a multis lineis: habēs fugiat a societate Regum: quoniam ratione eorum patietur iacturas angustias et maximum infortuniū et fortasse carceres cū mortis periculo.

Si linea mēsalis curuat́ inter mediū ⁊ indicem angustias ⁊ infortuniū attestatur.

Angulus summꝰ si cōiūgitur in cauea manꝰ angustias et iacturas in omnibꝰ suis negocijs significare dicitur.

Angulus summus separatus valde labores ⁊ angustias pollicetur.

Si vnguis pollicis nō rubeus fuerit ⁊ planꝰ vel pallidus infortuniū facit: ⁊ hec omnia intellige tam in viris ꝙꝫ in mulieribꝰ. Que tamen cōsideranda sunt diuersimode vt in diuersis manibus diuersis temporibus artibus atque etatibus.

Si mensa manus fuerit inequalis infortunium ⁊ labores minatur. Et nota quod ea omnia que diximus in capitulo de damno atqꝫ infortunio hic poterūt applicari.

Scias attamē: vt dixi: quod penuria linearū est magis deterrima ꝙꝫ earundem linearum exuberantia.

¶ Capitulum ducentesimum octuagesimum octauum De his qui sunt bilingues adulatores atqꝫ mēdaces.

q Uādo mēsalis linea vel rami eius vadūt ad lineam capitis superius certa sibi proficua talis capiet: adulator erit ⁊ in verbis mēdax eritqꝫ placēs gētibus. et in absentia pūgit vt venenosus scorpio et ꝺ alijs murmurat vt manifestum est.

Multe linee in mōte pollicis intercise seu cōglomerate ⁊ subtiles defectum mentis et mendacium ostendunt.

Si quedam linea fere vt cētura iuxta supremum angulum sit et respiciat indicem talis est bilinguis ⁊ propria lingua ledetur.

Manus parue arguunt mendacia adulationes dolos et fraudes.

Digiti concaui et indispositi ad inuicē non bene se cōiungentes mendaciū significant.

Scribunt quidam quod si linea mensalis in cauea manꝰ habuerit plures ramos riuulosos significat hominem fellitum ⁊ concipientem in negocijs peragendis diuersa proposita ⁊ varia ⁊ pauca veritate ea prosequet́.

Quādo media naturalis sit nimis breuis ⁊ discontinua inconstantiam verborum arguit.

Si in principio medie naturalis sint linee similes arbori palme: ⁊ tales linee sint valde magne ⁊ curue: ⁊ tales rami vadant ad inferius respicientes montem manus inconstātiā ⁊ mēdaciū demonstrāt.

Angulum supremum valde separatum dicunt aliqui mendacium ⁊ linguam serpentinam significare.

Quando inueneris mensalem efficientem duos ramos vnum ad indicem alterum ad medium digitum deuenientem adulatorē atqꝫ mēdacem dicūt significare.

Si autem talis figura. ⊦ .fuerit in loco mar
tis falsum mēdacem proditorez propter quod
malum habebit denotat.

¶ Raro est ꝙ Claudi strabones lippitudina
rij gibbosi aut diminuti in aliquo corporis mē
bro: ⁊ incommēsurati sint recte nature: ⁊ ꝙ sint
sine mendacio ⁊ fraudulentia ⁊ ꝙ non babe-
ant serpentinam naturam.

Aliqui dicunt ꝙ diminuti accidentaliter nō
sunt huiusmodi nature. Ego autem dico ⁊ af-
firmo hoc esse falsum. Quia complexiones ha
bent determinatam commensurationem mem
brorum. Deficiente autem propria latitudi-
ne deficit etiam talis complexio. Uidi plures:
qui per accidens fuerunt diminuti in aliquo
membro: qui prius fuerant complexionis lau
dabilis: qui post excessum facti fuerunt melan
cholici: Dicant illi quicquid velint penitus sē
incommensurati: sunt tamen tales ingeniosi in
suis negocijs.

Color rubeus obscurus mēdacium dolum
⁊ fraudes significare dicitur.

Color liuidus flauus aut cinericius facit ho
minem q nō euitabit vti mendacio.

Notaui hominem verbosuz ⁊ mēdacem pes
simeqꝫ nature hoc modo figuratū. Cuius habi
tudo fuerat carnea cum soliditate: Pinguis
erat ⁊ mediocris stature. Capilli communiter
laudabiles in colore figura ⁊ substātia. Facies
rotunda Gene tumide: Frons bene conditio-
nata. Cilia arcualia anguli oculorum carnei vt
milui habent. Oculi tumidi celestes: Nasus
satis magnꝰ sed in summitate obtusus: nares
late: subnasum foueatum: ⁊ labium superius
magnum spissum ⁊ parumper euersum ac re-
tortum. Labium inferius spissum magnum et
lassum: Os magnum dentes magni. Mentū
rotundum carneum fossiculatum. Auriculas
habebat magnas atqꝫ caducas submentuz car
nosum. Collum curtum carnosum ⁊ viuidū ex
vno latere curuuz. Spatule eius erant magne
Pectus latuz ⁊ mamillosuz. Magnā quoqꝫ
distantiam habebat inter vmbilicum ⁊ pomuz
granatum magis q̄ꝫ a pomo granato ad furcu-
lam gule. Habebat etiaz ventrez solidum cru
ra pinguia ⁊ breuia: Brachia curta ⁊ grossa:
manus paruas ⁊ crassas. Ungues curtos et
clare subrubentes. In vola manus cuius me
dia naturalis ⁊ cardiaca fuit coniuncta in an-
gulo acuto terminans ī directo inter mediū et ī
dicem. Linea mēsalis erat cum ramusculis in
mensa manus respicientibus. Linea capitis
seu cerebri: ⁊ media naturalis breuis ⁊ discon
tinua in cuius principio erāt linee magne ⁊ cur
ue vt arboris palme respicientes montem ma-
nus. Mons veneris erat tumidus nō bene li
neatus. Tuberculus iouis lineatus atqꝫ depē
sus. Et saturni mons in lineis multis opulen
tus. Linea saturnina a rascetta ad mensalem ꝺ
ueniebat discontinua ⁊ male colorata. Mons
solis nō bene erat cōditionatus. Mercurij lo-
cus optime conditionatus existebat. Lune mō
ticulus eminēs ⁊ varijs lineis obsessus erat.
Ingressus eiꝰ erat similis cogitabūdo: cum ve
locibꝰ ⁊ breuibꝰ passibꝰ. Notaui eum quādo
bibebat: ipse enim cum ciatum ex ore depone
bat allongabat labia cum tumefactione vt faci
unt pueri quādo sorbillāt circa papillas ma-
millarum sue genitricis.

¶ Caplꝫ.cclxxxviij. De signis bone morige
rationis ⁊ societatis.

q Uando linea mensalis est bene condi
tionata ⁊ recta sub indice ac in palma
extensa. Signū est bone morigeratio-
nis secretarum personarum ⁊ bonorum morū.

Linee cōglomerate vt stella bene colorata in
quadrāgulo arguit bonitatē moꝝ ⁊ laudabilez
conuersationem.

Mensa manus perpulchra ⁊ equalis cum
decenti latitudine sine lineaꝝ intersectione bo-
nos mores atqꝫ societates laudabiles prestat.

Linee procedentes a media naturali versus
lineam mensalem si sunt bene apparentes ⁊ bo
ni coloris bonos mores atqꝫ naturaz prestant.
Et ea omnia que diximus in capitulo ꝺ equa-
litate ingenij huic loco applicanda esse viden-
tur. Rex morum atqꝫ honeste vite est iupi-
ter: Ideo mōs Iouis inspiciēdus ē: postea so
laris locus ⁊ post veneris locus qui prestat eti
am mores tamen cum aliquali lascivia: ⁊ si mi
nimus digitus ⁊ eius tuberculus est bene line
atus. Saturnus ⁊ Mars sunt pessimi: Luna
vero cōuertibilis ad vtrāqꝫ ⁊ femina flegmati-
ca ⁊ sic considerabis.

¶ Capitulum ducentesimum nonagesimum.
De signis iracundie

s I linea mensalis sit valde extensi
bilis ita quod egrediatur palmam

versus indicem iracundiam significat si a mul-
titudine ruboris sit obsessa precipue in sui fine.
¶ Si clausum pugnum semper quis teneat i-
petuositatem ⁊ iracundiam significat.
¶ Linea arcualis inter indicum ⁊ medium e-
xistens ⁊ per tuberculum pertingens vsqꝫ ad
minutulum que dicitur cingulus veneris iracū
diam ferinam videtur ostendere.
¶ Tremor manus in iuuene sano ostendit qđ
talis est facilis ad vehementez iram: vt ego ha
beo in manibꝰ meis. si vero tremor fuerit mul-
tum fortis signū est vitiose complexionis: ⁊ ta-
lis de facili irascitur. Melancolicus multiuo-
lus ⁊ malignus est.

Si cardiaca ⁊ media nō cōiungunť ⁊ illud
spacium sit callosum aut durum vel siccum ac
coloratū absqꝫ causa significat irasci.

Linea cardiaca nimis rubra iram significat
maxime in parte superiori.

Si cutis manus maxime palme grossa ⁊ du
ra fuerit naturaliter cum rubore principaliuz li
nearum iracundiam denunciat.

Cutis tenuis ⁊ rugosa cū continuo calore pal
me significat iracundiam.

Color ruffus ⁊ oculi lucentes ⁊ mobiles iraz
atqꝫ furiam declarant.

Pallor cutis condescendens ad liuidū aut
ceruleum iracundiam denotat.

Dicūt aliqui ꝙ si linea cerebri sit nimis gros
sa et rubicūda iracundiam declarat.

Si locus trianguli cum liuore fuerit iracun-
diam denotat.

Rex iracundie est mars ergo martialis posi
tura iracundiam minať.

Dubitant aliq dicētes. si ira est accensio san-
guinis circa cor: ⁊ ꝙ procedit a caliditate: ergo
falsum videtur dicere ꝙ femina est vehemens
ad iram vt actum est in radicibus nostris de di
uisione sexus quoniā femine sunt masculis fri
gidiores. Respondeť quod due sunt diffinitio
nes ire vna est materialis altera vero formalis
Prima tangitur a philosopho in libro de ani-
malibus: Et etiā ab Alberto in eodem loco:
quod est accensio sanguinis circa cor. Altera ē
in libro ethicorum dum diciť: Jra est appetitꝰ
ad vindictam. Prima est materialis: alia for-
malis: ⁊ vtraqꝫ tangiť ab Auerroe si bene me-
mini in secūdo de anima. Jra que est accensio
sanguinis circa cor est vehementissima i mascu
lino sexu: ⁊ p̄cipue in calidis indiuiduis. Secū
da que est appetitus ad vindictam est magis i
feminis ⁊ in idiuiduis frigidis ⁊ presertiz i me
lācolicis: ⁊ quanto animal est magis vile ⁊ ab
iectum: tanto eius appetitus est intensior. Ho
mo post recessuz iflāmationis si est bene natus
minus retinet species vindicte: precipue prop
ter bonitatem intellectus ⁊ rationabilis discur
sus: et ob hoc ē magis placabilis. Femine ve
ro propter imperfectionem materiei sunt impla
cabiles malefice quoniaz ita euenit in frigidis
indiuiduis ⁊ non bene natis.

¶ Capitulum. ccxci. De numero nuptiarum
⁊ vxorum.

Non nulli celeberrimi auctores dicunt
quod tot linee quot sunt iuxta auricula
rem in latere manus prope mensalem
idest inter mensalem ⁊ auricularem quot linee
apparebunt venientes quasi ex dorso manus
tot vxores manifestant. si oblique fuerit prete
ritas: si vero recte futuras: et quot parue linee
ibi iuente fuerit tot concubinas loco vxorū di-
cunt manifestare. si vero antedicte linee sint in
tercise vt plurimum vir accipiet vxorem corrup
tam. si obliquas lineas reperies malam mulie
rem accipiet. si magne erunt linee vitam diu-
turnam habebunt: si vero parue parua vita iu
dicāda est. si autem fuerit dicte linee cum tri-
naria sui proportione et magne cum bono colo
re: ⁊ tuberculus veneris ⁊ alij mōtes fuerit for
tunati denotant diuitias propter vxores: Et p̄
cipue si tales habuerint signa que ostendunt di
uitias aut hereditates mulieris gratia: vt ante
dictum fuit.

Linee extense a radice pollicis per montem
ipsius quot linee fuerint tot mulieres vxori-
bus similes dicunt ostendere. Et in manu
mulieris tot homines vel amicos maritis si-
miles denotāt: Si sint recte extense ⁊ pulchr̄:
tot predictis mulieribus aut viris copulabun-
tur. Et si infra predictas lineas sit aliqua ma
ior altera signum est habere talem mulierem
aut talem hominem maiorem in diuitijs q̄ꝫ fu
erit genus suum.

Dicunt etiam quidam quod quot linee secāt
primam iuncturam medici: tot viros accipiet
mulier: ⁊ talem intersecationem dicunt Chyro
mantici esse per longitudinem iuncture non au
tem per latitudinem.

¶ Dixit pictor Chyromantie: quot lineas in
femina inueneris a prima annularis iunctura
ad secũdam: ⁊ ille sint recte ⁊ pulchre totidem
maritos significat feminã habituram: hoc vero
falsum ⁊ erroneũ est. Nam sunt aliqui q in ta
li loco habent viginti lineas aut decem: Et nũ
quã inuentus est vir qui habuerit in suo perio-
do sex vxores.

¶ Dixit auctor cuius nomẽ nõ bene memini:
quod quãdo linea saturnina oritur a radice bra
chij ⁊ extẽdat ad annularem digitũ: ⁊ tñ nõ tã
gat ipsum digitũ denotat ꝙ vxoribus vel ama-
sijs copulabitur.

¶ Caplm. ccxcij. De signis castitatis.

ſ Si spacium montis auricularis sit pu-
rum ⁊ bene coloratuz stabilitatẽ animi
atqꝫ castitatem ⁊ cõtinẽtiã demõstrat.

Alij vero dicũt: ꝙ si talis mõticulus fuerit sine
signis purus ⁊ nitidus significat virginitatẽ et
quod nunq̃ꝫ talis corrumpetur.

¶ Si quedã linea notabilis recta subtilis ⁊ de
center colorata oriatur a mensali ⁊ vadat ad radi
cem auricularis significat i muliere virginitatẽ
seu castitatem.

¶ Dicit auctor icognitus. si venerit vna linea
subtilis ⁊ equa a linea capitis ⁊ trãsierit lineaz
mensalẽ ⁊ veniat ad auricularem virginitatem
⁊ castitatem significat. Et quãto magis grossa
⁊ magis equa fuerit talis linea tanto minus ca
sta mulier denotatur.

¶ Si vis cognoscere virginitatem mulieris.
Uideas manum mulieris stomacho eius ieiu
no. Et si habuerit lineas graciles ⁊ pallidas.
Tunc illa mulier ẽ virgo. sed si fuerint linee la
te ⁊ rubre vel fracte infallibiliter talis ẽ corrup
ta vt aliqui testantur.

¶ Caplm. ccxciij. De signis eoꝝ q sunt patri
cide vel fratricide.

ſ Semicircularis figura prope mediam
naturalẽ in ascensu manus patricidam
aut fratricidam dicũt significare.

¶ Si q̃dã figura vt stella reperiatur i supradicto
loco signũ est icremẽti malicie ⁊ malignitatis
vt dicũt huius artis auctores.

¶ Si i monte manus iuxta lineã vite prope ra
scettam reperiatur talis figura ⳩ patricidã si-
ue sacrilegũ dicũt denunciare.

¶ Littera. C. i mõte ãnularis patricidã minatur
Figura vt hec. d. i triãgulo patricidã significat.

¶ Dicunt qdã recentiores quod quãdo a mẽ
sali oriatur notabilis linea in directo auricularis
prope percussionem: ⁊ perpendiculariter ten-
dat ad mõtẽ lune occisorẽ proprij genitoris dnũ
ciat. De hoc vsqꝫ ad hũc diẽ indicaui neminẽ.

¶ Caplm. ccxciiij. De his q patiuntur dãnuz
ifamiam aut persecutionem apud Reges.

ſ Si linea solaris sit obliqua ⁊ male posi
tionata arguit apud reges infortuniuz
maximum ⁊ aliquando carcerem.

¶ Si dicta linea sit male disposita rõne essen-
tie loci ⁊ sit conglomerata aut obsessa a multis
lineis ifortunium precipuum apud pricipes de
notat. Et quãdo aliqs talẽ hꝫ positurã fugiat
